3 infertur, † ꝙ nec per ſe, nec per alium poterit eſſe in iudicio. So. dicit glo. vt no. j. de iura. cal. c. fi. li. 6. ¶ Non ob. ꝙ participantes ſunt excõicati: quia illud eſt uerum vniuerſaliter. fallit in caſibus, in quibus iura reſeruant excõicatis defenſionem: quia in eiſdem uidentur aliis reſeruare cõionem cũ eis, ar. j. de ſen. excõ. in mercu. ¶ Quæro. apparet in tex. ꝙ quæſtio fuit generaliter propoſita: an ſcilicet excõicatus in iudicio ſtare poſſit. ſed hoc ſtare poſſe ĩ iudicio põt intelligi multis modis: aut tãq̃ actor: aut tãq̃ reus: aut tãq̃ ꝓcurator: aut tãq̃ aduocatus: aut tãq̃ ꝓſecutor appellationis: aut tãq̃ accuſator: vel iniuriæ ꝓpriæ ꝓſecutor: aut tãq̃ teſtis: aut tãq̃ iudex. quare ergo qõni gñraliter ꝓpoſitæ in ſpecie reſpõdet, ꝙ põt conueniri. dicit Io. An. ꝙ per iſtam ſpecialem reſponſionem datur intelligi: hoc caſu cõceſſo in vno, in ceteris denegatur. ar. c. nõne. de pręſump. ¶ Sed incidenter quæro in caſibus, in quibus non põt: quid ſi exceptione excõicationis omiſſa, ſit proceſſum in negocio: an illa exceptio, ſi poſtea opponatur, reddat iudicium retro nullum. Rñdet, ꝙ ſi cõcernat dicta exceptio iudicem ordinarium, uel delegatum. dic, vt no. in c. 1. de reſcri. li. 7. & eo. lib. c. 1. de excep. Si concernat procuratorem, actorem, uel aduocatum. ibi no. c. poſt ceſſionem. de ꝓba. ¶ Si tamẽ plenius uis uidere. q. ſcilicet, quæ excõicato ſint prohibita, uel conceſſa. uide per Io. An. in d. c. pia. in nouella ſuper uerbo. glo. olim erat. dicit enim ibi, ꝙ quidã ſunt actus publici, ut tutela, & cura. Inſt. de tute. circa prin. Quidã ſunt ciuiles, ut iudicare, & arbitrari. Quidam ſunt cões, ut officiũ procuratoris, & teſtium: quia nec inter ciuiles, nec inter publicos numerantur: & ab iſtis talibus repellũtur. de proba. c. poſt ceſſionem. de procur. c. fi. multò fortius à publicis, & ciuilibus. j. de re iudi. c. ad probandum. ubi patet excõicatum repelli à iudicando, ſi ſit publicus. Similiter ab arbitrãdo. de quo in Spec. de arbi. §. differt. uerſi. item ſecũdùm eum. Similiter ab agendo, teſtificando, & patrocinando, ut in c. decernimus. de ſen. excõ. lib. 6. ubi plenè an à teſtando, & an à cõfectione inſtrumentorum, ſi erat tabellio: & an à contrahendo. dic, vt in c. veritatis. de dolo, & contu. ¶ Quid dices in ſacramentis eccleſiæ, & beneficiorum collatione, uel receptione? dic excõicatum à collatione, & ſuſceptione oĩm ſpũaliũ, & temporalium, quò ad beneficia, & ſacramenta ipſo iure priuatum. Sed aliter in beneficiis, q̃ in ſacramentis. In primis enim dando, & recipiẽdo nihil agit. de ele. c. cum inter. de cõſue. c. cũ dilectus. de ap. c. conſtitutus. Sed in ſacramentis cõſtat, & recipit characterem: ſed non executionem. de ord. ab epi. cap. fi. qđ loquitur in conferente. & de eo, qui fur. or. ſuſce. c. j. & ult. & de ſenten. excõ. ca. cum illorum. quæ loquunt̃ in ſuſcipiente. & ita no. Io. An. in d. c. pia. in nouella. ſup gloſ. olim erat. ¶ Secundò quæro. dixi. s. ꝙ excommunicatus tãq̃ actor repellitur: ſed tanq̃ reus admittitur, ut hic. ¶ Quid er-
b go b ſi probabiliter dubitatur, utrùm ſit actor, uel reus. puta opponit ſe contra electum: uel opponit exceptionem compenſationis: uel offert ſe liti propter ſuũ intereſſe. de his dic, vt no. de excep. c. cũ inter priorẽ. & c. dilectus. & vtrobiq; in nouella. & in c. fi. eo. ti. & j. eo. c. exhibita. Et uide qđ no. j. de app. c. qua fronte. in nouella. ubi quid iuris de reo petente recuperationem tenutæ, & reficiẽte expẽſas: an ab iſtis petitionibus poterit repelli per exceptionem excommunicationis. dic, ut ibi. & j. ut lite nõ conteſtata. c. qm̃ frequẽter. §. in aliis. ſuper uerbo recuperet. in nouella. credo etiam, ꝙ ſi actor cõuenit debitorem excommunicatum, & differt proſequi: ꝙ cõuentus põt inſtare, ut in cauſa ꝓcedatur, iuxta formam traditam ĩ Auth. q. ſemel. C. qũo, & qñ iudex. nec ab illa petitione poterit per exceptionem excõicationis excludi: quia ſic petẽdo dicitur magis ſe defendere, q̃ alium ad iudicium trahere, ar. l. libertus à patrono. ff. de in ius vo. & l. qui cum maior. §. ſi
4 libertus. ff. de bo. lib. ¶ Tertiò † an fideiuſſor excommunicati conuentus ab ipſius excõicati creditore poſſit obijcere cõpenſationem debiti: in quo agens excõicato tenetur. Iſtam quęſtionem diſputauit Ia. de Are. in fideiuſſore excommunicati, & bãniti. & ad eius deciſionẽ præmittit: an ipſe excõmunicatus poſſit compenſare. arguit ſex mediis pro. & aliis ſex contra: & tandem determinat, ſcilicet ꝙ ipſe bãnitus, vel excõicatus à creditore conuentus non poſſit obiicere compenſationem eius, qđ ſibi debetur. Non obſtat, ꝙ compenſatio uideatur ſpẽs defenſionis, quæ non eſt alicui auferẽda; cum ſit de iure naturali, ut cle. paſtoralis. de re iud. Dic. n. ꝙ duplex eſt defenſio. una, quæ habet naturam ſolius excluſionis: & hæc permittitur excommunicato, & bãnito. ar. ff. de accu. l. ſeruos. & alia, quæ habent naturam etiam accuſ. & impugnationis, ut eſt compenſatio. & hæc ei nõ competit. C. de adul. l. qm̃ Alex. & j. de excep. c. cum inter priorem. ubi Bart. & fere oẽs ad illam opi. declinant. In quęſtione ergo propoſita, vtrùm ſcilicet fideiuſſor excõicati, uel exbãniti hoc poſſit, arguit decem mediis, ꝙ ſi principalis compenſationis beneficio non iuuatur: ergo nec fideiuſſor. primò; quia repræ-
5 ſentat perſonam eius. Inſti. de repli. §. fi. ¶ † Secundò quia fideiuſſor dicitur rei defenſor. & ſic, qđ principali denegatur, non debet concedi fideiuſſori. ff. de uer. obl. l. cum filius. ¶ In contratium arguit aliis decem mediis, ꝙ poſſit ex perſona ſua. & tandem cõcludit, ꝙ indiſtinctè compenſabit debitum compenſabile, non obſtante bãno, uel excõicatione principali. & hoc ideò, quia permiſſum eſt fideiuſſori à iure ſoluere de ſubſtantia principalis debitoris, vt ff. man. l. ſi procurator. §. ſi ignorantes. & qui compenſat, ſoluit. ff. qui po. in pi. ha. l. ſi debitor. & in arbitrio eſt ſoluentis, ꝙ ſoluat. ff. man. l. fideiuſſ. & de diſtrac. pig. l. creditor. Excõicatio aũt banni nõ obſtat fideiuſſori cauſam oneroſam habenti, ff. de exce. doli. l. apud Celſum. §. ſi cum legitima. Nec dicat quis. hoc proficit bannito, vel excõicato: & ideò debent fideiuſſori obeſſe bannum, & excõicatio; ex eo, quia reuerſura ſit res ad doloſum. ff. de excep. doli. l. apud. §. apud Iulianum. quia magis fideiuſſori, q̃ reo ſuccurritur: & apud eũ remanere intelligit̃, non ad eum reuerti. excõicatio namq; alia eſt, q̃ perſonã repellit, & æquitatem ẽt non reſpuit: alia, perſona admiſſa, petitionis iniquitatem repellit. ff. de excep. l. 2. in fi. quæ perſonam repellit: ſicut & q̃ adiuuat, perſonalis eſt. ergo non tranſit in fideiuſſorem. ff. de exc. in prin. & de minima ca. in prin. Si ergo excõicatio, quæ prodeſſet fideiuſſori, non tranſit in eum (quia eſt perſonalis) multò fortius non nocet contra ꝑſonam principalem, vt excõicatio, vel bannum, ar. ff. de libe. & poſth. l. cum quidam. perſonalia namq; non tranſgrediunt̃ perſonam. ff. de pac. l. idẽ. §. perſonalem. & de ſer. ru. prę. l. ꝑtor. & hoc dicit ẽt ſi poſt bannum fideiuſſit. nã ſi poſt fideiuſſionem, & ante bannum fuiſſet debitor huius debitoris: manifeſtum fieret fideiuſſorem munitum compenſatione. ff. de compen. l. verũ. & de pac. l. fi. Illa ſunt uerba Ia. de Are. ibi [&
6 prædicta faciũt ad aliam qõnem.] † Si excõicatus ceſſit alteri iura contra debitorem ſuũ: an excõicatio cedentis obſtabit ceſſionario. & vr̃ diſtinguendũ: vtrũ fuerit facta ceſſio ex cã lucratiua: an ex cã oneroſa, vt d. l. apud Celſum. §. ſi cũ legitimam. & §. auctor. dic vt no. j. de iure pat. c. j. lib. 6. & per Bar. in diſputatione, quæ incipit. Statuto cauetur, ꝙ fœnera-
7 tor. ¶ Quartò quæro. † excõicatus vulneratur, vel aliàs verberatur: an perſequens ſuã iniuriã admittatur ad accuſandũ: dñs Fed. dicit ſe mirari, ꝙ de hoc dubitet aliquis canoniſta: quia rõ. c. j. de exce. li. 6. ita adaptatur ad illum caſum, ſicut ad alios: vt. ſ. rationibus ibi expreſſis veniat repellendus. Itẽ ſpoliatis maximus à iure fauor impenditur: & tñ exceptione prædicta excommunicatus ab agendo excluditur, vt no. 23. di. c. j. in fi. & de procura. c. ex inſinuatione. in ver. canonicis. & de reſcrip. ca. dilectus. in glo. lib. 6. in fine. Item apoſtillat Io. And. de excep. c. à nobis. ibi [addebat criminoſus, non excommunicatus] remittit ad gl. Ioan. poſitam. 4. q. 6. c. omnibus. ita dicit conſi. 111. ¶ Sed remanet hic magnum dubiũ. vtrùm pro tali iniuria, vel offenſa poſſit iudex delinquentem ex officio punire, procedendo per viam inquiſitionis. dominus Iacob. But. diſputauit ſimilem quæſtionem in iſtis criminibus. Statuto cauetur, quòd ſi aliquis non ſoluerit collectas: non reddatur ei ius in aliqua cauſa ciuili, vel criminali agendo, vel defendendo: accidit, quòd quidam, qui collectas non ſoluebat, iniuriatus fuit. iudex, qui aliàs ſuper illo crimine ꝑ inquiſitionem poterat procedere, contra illum delinquentẽ opponit, quòd non poteſt. quæritur quid iuris. determinat, quòd non poſſit. quod verum idem ſit in excommunicato, non firmo: ſed remitto ad not. in l. non ſolum. §. fin. ff. de iniuriis. per Barto.

ADDITIO.

a ¶ Et ſic ſtare in iudicio. Aduertendũ eſt, ꝙ tunc debet conſtituere procuratorem ad reſpondendum. Car. in c. ex parte decani. in 2. notabili. de reſcrip. Doct. in c. poſt ceſſionẽm. de prob. Abbas in c. conſulti. de procur. & habetur idem hic in 2. notabili. nu. 2.

b ¶ Quid ergo. vide Bal. in l. libertus. la j. ff. de in ius uoc.

SVMMAE.

1 *Canones debent legibus præualere.*
2 *Doctores iuris canonici debent præcedere legum Doct. ẽt ſi ſint laici.*
3 *Clericus de oĩ crĩe debet conueniri coram iudice eccleſiaſtico.*
*Conſuetudo canonibus derogare non poteſt.*

CLerici. Clericus de omni crimine debet coram iudice eccleſiaſtico conueniri: nec valet conſuetudo contraria. & duo facit, legem probat, & conſuetudinẽ improbat. ¶ Primò not.
1 † ꝙ leges Imperatorum ſuccumbunt canonibus: & canones debent legibus præualere, concor. C. de ſacroſan. ecc. l. priuilegia. vbi Bal. ſic diſtinguit. aut loquimur in ſpũalibus, & pertinentibus ad fidẽ: & ſtamus canonibus, vt d. l. priuilegia. Et ibi concor. idem in rebus eccleſiaſticis, vel iuribus eccleſiaſticarum. de conſti. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. aut loquimur ĩ meris tꝑalibus: & tunc aut in terris Eccleſiæ: & in vtroque foro ſeruamus canones. aut in terris Imperii: tunc in foro ciuili ſeruamus leges: niſi talis obſeruantia induceret pctm̃. qui fi. ſint leg. c. per venerabilem. Sed in foro epi ſtamus potius canonico iuri, vt in c. j. de ope. no. nun. ita diſtinguitur ibi: quibus adde quod no. in c. vigilanti. de præſc. & c. cum eſſes. de teſta. & in reg. malæ fidei poſſeſſor. & in reg. ea quæ fiunt. de reg. iur. li. 6. in mercu. ad illam diſt. rediguntur leges, q̃ dicunt, ꝙ Imperator ꝑ omnia vult ſequi ſacras reg. in Auth. de ſan. epi. §. vt omnipotens ec. col. 9. & in Authen. qũo oportet epos. §. j. col. j. & eccleſiaſtica cauſa ſm̃ ſacras regulas eſt examinãda, & finienda, nulla contradictione obſtan. in Auth. de ſan. epi. §. ſi aũt eccleſiaſtica. & ſe. & in Auth. de man. princ. §. ſi verò cãm. ¶ Scđò no. ꝙ dicit tex. [imitari.] arguit. n. ex hoc Fran.
2 † ꝙ Doct. iuris canonici ꝑcedere debent, ẽt ſi ſint laici legũ Doct. quaſi tantò qs nobilior reputet̃, quantò præeſt maioribus. facit quod no. in c. ſtatuimus. de ma. & obe. ¶ Tertiò no.
3 † ꝙ clericus de oĩ crĩe conueniri debet corã iudice eccleſiaſtico: iudex ergo laicus non cognoſcit de crĩe contra clericum, ẽt ſi per modum exceptionis crimen in iudicium deducat̃, vt no. Inno. j. ti. j. c. verum. Et ẽt ſi dubitetur, vtrùm ſit clericus. nec de illa ꝑiudiciali nõ cognoſcit iudex laicus. de quo dic vt c. ſi iudex laicus. de ſen. excõ. li. 6. Vtrũ aũt quod hic dicitur, habeat locum in clerico depoſito. vr̃, ꝙ nõ. de penis. c. 2. lib. 6. in vl. gl. Itẽ quod hic dicitur in criminalibus, ſupple idẽ in ciuilibus, & perſonalibus, vt patet in his, quæ not. j. eo. c. qualiter. & j. tit. 1. c. quod clericus. & quod dicã eo. tit. c. 2.
4 ¶ Quartò no. † ꝙ cõſuetudine nõ põt canonibus præiudicari. Si em̃ canõ vincit legẽ ſcriptã, & cõem: fortius legẽ non ſcriptã, & particularẽ. & hoc mõ Papa intendit arguere. vt qđ nõ põt facere lex cõis, & ſcripta, nõ poſſit particularis, & nõ ſcripta. & niſi hoc mõ ĩducas illationẽ, nõ vr̃ aptè inferri ad propoſitũ antecedẽs. & ꝑ hoc, qđ dicit tex. ꝙ nõ põt conſuetudine hoc induci, argue, ꝙ nõ ẽt pacto, vel ſtatuto ciuitatis. nil em̃ aliud eſt conſuetudo, q̃ ciuiũ tacita cõuẽtio, q̃ non minoris eſt efficacię, q̃ expreſſa, vt l. de qbus. ff. de legi. & qđ not. C. de decre. decu. in rub. & l. non impoſſibile. de pac. ¶ Oppon. ille tex. innuit, ꝙ conſuetudo non præiudicet iuri ſcripto. ſed contra. 11. diſt. c. in his. ſol. vt in glo. cui addit Io. An. quod no. 8. diſt. c. fruſtra. & plenius. s. de conſue. c. fi. vbi illa materia declaratur.

SVMMAE.

1 *Iudicis officio incũbit, ꝙ perſonæ coram eo litigantes ſint legitimæ.*
2 *Capitulum cum auctoritate, & conſenſu ſui prælati debet agere.*
3 *Libellus debet concipi in perſona Capituli in iuribus ſpectantibus ad Capitulum.*
4 *Acta facta in iudicio cum perſona non legitima non valent.*
5 *Iudex põt ſupplere in cauſis pro eccleſiis, & minoribus indefenſis.*

CAuſam. Iudex prouidere debet, ne collegium litiget corã eo ſine auctoritate prælati. tria facit, committit cauſam, inſtruit delegatum, & inſtructionis cauſam reddit. ſcđa ibi [ꝓuideas] tertia ibi [nec ſi.] ¶ No. j. dum dicit [prouideas.] &c.
1 ꝙ † pertinet ad officiũ iudicis ꝓuidere, vt ꝑſona ſit legitima, quæ litigat coram eo. ſimiliter, vt libellus ſit aptè cõceptus,

vt no.Inno.ſ.de offi.vic.c.1.& de offi.aſſeſ.l. 1.Ratio eſt, ne
iudicium ſuum ſit deluſorium.quod debet ſolicitè prouidere,
vt l.ſi prætor. ff. de iudi.Et inferas ex hoc, ꝙ licèt pars omit-
tat exceptionem inhabilitatis contra perſonam agentis: tñ
poteſt iudex hoc ex officio ſupplere, etiã poſtquã fuerit par-
ti ſuper hoc via præcluſa, vt eſt glo.no.in c.1.de elec.lib.6.fa
2 cit l.quos prohibet.ff.de poſtulan.¶ Secundò no.† ꝙ Capitu
lum cum auctoritate,& conſenſu ſui prælati debet agere: ſi-
cut minor cum conſenſu,& auctoritate curatoris,vt l.1.ff.de
3 admi.tut.Et innuit ille tex:ꝙ † libellus debet concipi in per-
ſona Capituli, non prælati.quod credo verum in iuribus ſpe-
ctãtibus ad Capitulum:in iuribus verò cõmunibus Capitulo
& prælato ipſe prælatus habet exercitium actionum de quo
plenè in ca.edoceri.ſ.de reſcrip.¶ Tertiò not. quòd quando
iudiciũ non eſt fundatũ cũ perſona legitima, poteſt à capite
inchoari. Ideo iura nolunt,ꝙ non prius iuris ratio,quã per-
ſona quærenda ſit,vt l.quidam referũt.de iure codi.& l.ſi quę
4 ramus. de teſta. ¶ † Vtrùm aũt illa acta facta in tali iudicio
cum perſona non legitima faciant fidẽ in iudicio poſtea aptè
concepto,credo, ꝙ non: quia talis nullitas concernit omnia
acta,ar.no.per.Bar.in l.cum quærebatur.ff.de re iu.¶ Quar-
tò no.tex.dũ dicit [ valeat ſuſcitare] relinquit.n.hoc in arbi-
trio minus legitimè cõparentis: vtrũ velit illud iudicium eſſe
nullum,vel efficax ad ſimilitudinem minoris,per quæ lata eſ-
ſet ſententia,vt l.non eo minus. C. de procu.Ratio colligitur
ex l.quod fauore.C.de leg.¶ Primò oppo.Io.An.ille præten
debat ſe epiſcopum,& abbatem:ſed contra,quia duas digni-
tates non poteſt quis obtinere, vt ca. de multa. de præbend.
nam per adeptionem epiſcopatus vacauit abbatia ipſo iu-
re, vt ibi. ſic etiam non poteſt quis habere epiſcopatum, &
præpoſituram,vt c.cum noſtris.de conceſ.præben.So.dicit ip
ſe.monaſterium fortè erat vnitum ep̃atui:vel erat cathedralis
eccleſia regularis,ſicut multæ ſunt in Anglia,& Frãcia.Et hoc
tenent Pe.Ab.Gof.& In.& illa eſt.ſ. cathedralis eccleſia regu
laris Cantuarienſis. Roſ. & Vin.¶ Itẽ archiep̃s Lugdunenſis
eſt abbas ſancti Iuſti Lugdunenſis.& archiep̃s Viennenſis eſt
abbas Eccleſiæ Romanenſis.vnio ergo, vel ſtatus cathedralis
eccleſiæ,quia regularis(vt eſt eccleſia Peruſina, Auinionenſis,
Vticenſis,Magalonenſis,Nemetẽſis,Nemenſis, quæ ſunt ſub
regula ſancti Auguſtini) tollit cõtrarium.¶ Secundò op.hic
imponit neceſſitatem iudici prouidendi, vt iudiciũ fundetur
corã pſona legitima.Sed cõtra iudex nõ debet in cauſis ciui-
libus,& profanis ſupplere de facto,ſed de iure, vt C. vt quæ
deſunt aduo.par.iu.ſup.l.1.ff.de dã.inf.l.4. §.hoc autem iudi
cium.vbi dicitur,ꝙ non debet impendere ſuum officium non
5 petitũ.hic dicitur cõtra,ergo malè.So.† ſpeciale eſt,ꝙ poſſit
ſupplere pro eccleſijs,& minoribus indefenſis, vt no.Bar. in
d.§.hoc autem iudicium. põt enim ſupplere defectum aucto
ritatis tutoris,& tutorem non habenti dare, vel curatorẽ ad
litẽ,vt l.ſi infanti.in fi.C.de iure deli.& c.fi.de iudi.li.6.vel dic
ſubtilius,ꝙ ideò põt ſupplere de facto ĩ illo caſu; quia de ille
gitimitate perſonæ actoris in caſu huius.c.conſtat ſibi iudici,
vt iudici:cum ſubijciatur eius oculis perſona illegitima. ergo
ipſam põt repellere, ſicut excõmunicatum,infamẽ, & alium
quemcunque inhabilẽ,vt d.l.quos prohibet. c.pia. de excep.
lib.6.maximè ne iudicium ſuum ſit deluſorium,vt dixi.

*S V M M Æ.*

1 *Clericus depoſitus incorrigibilis comprimitur per curiam ſecularẽ.* 8.
2 *Deprehenſio ſola non ſufficit ad condemnationem:niſi deprehenſus ſit conuictus.*
3 *Clerici deprehenſi in crimine deponuntur.*
4 *Deponi poteſt quis pro furto,homicidio,& periurio.*
5 *Pluralitas delictorum exigit pluralitatem pœnarum.*
6 *Eccleſia quãdo nõ habet quid vltra faciat,debet vti gladio tẽporali.*
7 *Anathema vnde dicatur.*
9 *Conditio delinquentis ſi varietur:debet imponi pœna, non ſecũdũ præteritũ ſtatũ:ſed ſecundũ nouũ mutatũ pro delicto præterito.*
10 *Excommunicatio aliquando dicitur leuior pœna:quia non eſt perpetua,ſed ad tempus.*
11 *Eccleſia imponit pœnam mortis indirectè.*
12 *Verbum,moriatur, in dubio intelligitur de morte naturali, nõ ciuili.*
13 *Sacerdos ſi matrẽ, vel ſororẽ cã lucri occiderit: qua pœna puniatur.*
14 *Hæreticus reuerſus ad vnitatem Eccleſiæ eſt perpetuò carcerandus.*
15 *Hæreſis eſt maius delictum, quàm homicidium,ſi hæreticus perſeuerat in crimine.*
16 *Delictum maius eſt,quod committitur faciendo,quàm omittendo.*
17 *Debitor fugitiuus poteſt capi die feriato in honorem Dei.*
18 *Incorrigibilis quis dicatur.*

1 CVm non ab homine †Cle ricus
depoſitus incorrigibilis comprimitur per curiam
ſecularem.cõis diuiſio,ſecunda ibi[ conſultationi.]¶ Primò
a nota, ꝙ quãque clerici in criminibus deprehenduntur a ſimili
ter & laici,vt l. capite quinto.ff.de adul. Et ibi not. ꝙ releuat
iſta deprehenſio:cum teſtis non poſſit deponere ſuper crimi
ne de viſu:ſed tantũmodo, ꝙ viderit eũ capi. quia dicebatur
2 furtum, vel adulteriũ cõmiſiſſe dic,vt ibi.¶ Scd̃ò no. † ꝙ ſo-
la deprehenſio nõ ſufficit ad cõdemnationem, niſi etiam ſit
conuictus.nã licèt deprehenſio ſit ſufficiens ad infamiam in-
ducendã,vt ff.de ritu nup.l.palã.§.quæ in adulterio.non tamẽ
eſt ſufficiens ad ferendã ſententiã,ſm̃ Gof.& Hoſt.&c.¶ Ter
3 tiò no.† ꝙ clerici deprehenſi in criminibus deponũtur.& no
mẽ clericorũ intellige largè,ſicut ſumitur. 12.q.j.c. duo ſunt.
vt ſic comprehendat perſonas eccleſiaſticas, quæ gaudent
eodẽ priuilegio.17.q.4.c.ſi quis ſuadente.Et idem videtur de
familia epiſcopi.de offi.archi.c.fi.§.j. vbi de hoc. ¶ Quartò
4 no.coniuncto themate cum fine c.ꝙ † pro furto, homicidio,
& periurio põt quis deponi.& per hoc,ꝙ dicit[ in quocunq;
ordine ] arguit Ho. ꝙ clericus inferioris gradus rõne delicti
ſit degradandus.de hoc plenè de cle.ex.mi.c.2.§.1.¶ Quin-
tò no.quatuor gradus pœnarũ:vt ſic creſcente contumacia,
creſcat pœna,vt j.vt li.non conte.c.quoniam frequenter. ad
5 fi. †Pluralitas enim delictorum exigit pluralitatem pęnarũ,
vt l.nunquam plura.ff.de priua.del.Ex vno autem delicto nõ
debet quis duplici pœna puniri,vt dixi.ſ.c. at ſi clerici. j. in
6 9.no.¶ Sextò not.ꝙ quando eccleſia † non habet vltra quid
faciat,debet vti gladio temporali:ex quo colligit Ho.arg.nõ
b eſſe vtendum temporali gladio,non præmiſſo ſpũali.b ad idẽ
de hære.c.excõmunicamus.§.j.& de homi.c.poſtulaſti.¶ Idẽ
ſecundũ eum in iudice ſeculari,quia ipſe, & eius gladius ſunt
pars Eccleſiæ:vnde ſi vult rectè ꝓcedere, primò recurrat ad
ſpiritualem gladium,antequã vtatur ſuo. remittit ad ea, quæ
no.in ſumma.de treu.& pace.§. quid ſit iuſtum bellum. in fi.
pro quo dicto facit.j.eo.c.nouit.¶ Aduerte tamen ad id. qđ
dicit tex.[ cum eccleſia non habeat vltra quid faciat ] &c.in
nuit enim,ꝙ eccleſia non poſſit pœnas alias infligere, quàm
illas. ¶Sed certè contrariũ eſt verũ. multa enim ſunt genera
pœnarũ,quas imponit eccleſia, & ſubrogare poteſt loco pę-
narum iuris ciuilis. de quo ſubtiliter per In. & Doc. de accu.
c.qualiter,& qñ. 2.de homici.c.humani.lib. 6.intellige ergo
hunc tex.ꝙ non habeat vltra quid faciat,intellige propter po
potentiam delinquentis, qui ſubterfugit agere pęnitentiam
per detruſionem in monaſterium.j.de pœnis.c.tuæ. & C. de
ſpor.li.2.¶Septimò no.ꝙ curãdũ eſt,ne vnus ſit perditio plu
rimorũ.qđ contingit,vel propter malũ exẽplũ.de ſta. mo. c.
ea quæ.§.1.in fi.vbi de hoc,vel ẽt plures dãnificando,mutilã-
do, vel occidendo.ff.de offi.pſi.l.congruit.Vnde ꝓuidẽdũ eſt,
ne alicui exitio.i.deſtructioni,ſiue periculo mortuus ſit.ff.de
of.preſi.l.diuus.ad fi.& de talibus ẽt tẽpore feriato in honorẽ
Dei põt ſumi vltimũ ſuppliciũ, vt l. prouinciarũ .C.de ferijs.
¶ Octa-



¶ Octauò no.ꝙ aliud eſt excõicatio.aliud anathema. & ſu-
mitur in illo c.excõicatio pro minori excõicatione. anathe-
ma pro maiori, ſm̃ Goff.& Inn.vel ſm̃ Io.An. excõicatio ſu-
mitur pro maiori,ſed ſine ſolẽnitate: anathema cũ ſolẽnita-
te.de qua 11.q.3.c.debent.& in Concilio Viennenſi.de pœ.
c.ſi quis ſuadente.de illo anathemate hr̃ ad Gal.j. & ad Co-
7 rint.vl.quas auctoritates vide .q. 3.§.ſi qui.†Anathema aũt
dr̃ ab ana,quod eſt ſurſum,& thema,quod eſt quædam figu
ra ad formam literæ contracta, quæ imprimebatur fronti-
8 bus damnatorũ olim.dr̃.n.anathema.i. ſuperna maledictio,
de quo ẽt 23.q.4.c.Guiliſarius.ſm̃ Ioan.An.¶Nonò no.† ꝙ
depoſitus non ſtatim eſt de foro iudicis ſecularis: ſed tunc
demum,cũ poſt depoſitionem eſt incorrigibilis. de incorri-
gibili ergo non comprimendo ſtatim per iudicem ſecularẽ
loquitur.c.at ſi clerici.§.ſed non debet.ver.eo. ¶Decimò,&
vltimò no. ꝙ depoſitus de delictis commiſſis tp̃e clericatus
punitur pœnis legalibus.¶ Sed inſtabis, ꝙ hoc modo vr̃ pu-
niri.ſ.depoſitionis,& pœna legali,contra dictum c.at ſi cleri
ci.So.dic,ꝙ ſola depoſitio non eſt pro delicto commiſſo ter
minus pœnæ. nam poſt depoſitionem detrudi debet in mo-
naſterium ad pñiam peragendam, vt dixi: quam pñiam in-
terfugiens eſt pœnis legalibus puniendus,vt hic;alteratur er
9 go ex cã.& collige arg.† ꝙ ſi variatur conditio delinquentis,
debet imponi pœna,non ſm̃ præteritum ſtatum, ſed ſm̃ no-
uum mutatum pro delicto præterito. de quo dic ut l.j.ff.de
pœ.per Bar.& ſ.de obli.ad ra.c.j.ubi dixi. ¶Opp.dr̃ hic, ꝙ
primò debet deponi.ſecundò excommunicari.tertiò anathe
matizari.quartò comprimi per iudicem ſecularẽ:Sed cõtra,
imò vr̃,ꝙ alius ordo ſit ſeruãdus in ĩpoſitione pœnarũ:vt pri
mò ſuſpendatur:ſecundò excõicetur: tertiò deponatur, vt
in c.forte.23.q.4.ubi de hoc.& 34.diſt.c.quorundam. & ca.
honoratus.74.di.vbi etiam de hoc. So. dicit glo.qñq; pœna
eſt alicui infligenda propter delictum perpetratum:tũc im-
ponenda eſt pœna iuris: vt ſi delictum exigit ſuſpenſionem,
ſuſpendatur:ſi depoſitionem,deponatur:& ita loquuntur cõ
traria.qñq; delictum non incipit à crimine, ſed à contuma-
cia:tunc ſeruandus eſt ordo iſtius c.vt excõicatio præcedere
debeat.quia excõicatio tantò maior vr̃,quanto ex re mino-
ri cõſurgit,ſm̃ Io.An.qui ſic no.96.diſt. c. duo. ¶ Sed dices
cũ excõicatio ſit maior pœna, q̃ poſſit Eccleſia imponere:
nunq̃ vr̃ à tali inchoandũ,ſed à leuioribus, vt l. reſpiciẽdum
10 ff.de pœnis.Sol.dicit glo. † ꝙ certo reſpectu põt dici leuior:
q̃a nõ eſt perpetua,ſed ad tp̃s,ſ. donec cõtumax perſeuerat
in cõtumacia,vt c.cũ medicinalis.de ſen.excõ.li.6.vnde aliæ
pœnæ per penitentiã nõ abolẽtur,vt l. qui ea mẽte.ff.de fur.
ſed pęna cõtumacię per pñiam aboletur,vt c.ex lr̃is.ſ. de cõ
ſti.qñq: pœna imponitur pp crimen.qñq; pp contumaciam
vt dicit glo.quã ſequitur Tan.& oẽs.¶ Secundò op.& vr̃, ꝙ
pęna debeat incipere,nõ à depoſitione, vel excõicatione, vt
dixi,ſed à degradatione, vt j.de fal.c.ad falſariorum.& c. ad
audientiam.& de hære.c.ad abolendã.So.dicit gl.ſpeciale eſt
in falſario literarum Papæ:hæreſi:& cũ clericus infert cõtu-
meliã ep̃o ſuo.Iſti enim in odiũ criminis ſtatim poſt depoſi-
tionẽ tradẽdi ſunt iudici ſeculari. Exceptis verò iſtis tribus,
ſeruãdus eſt ordo hic traditus ãte traditionẽ. j.de hære.c.ad
abolẽdã.in gl.tribus. & quia ſuper illa materia vidi de facto
arduã q̃õnẽ,in qua ad requiſitionẽ bonæ memoriæ dñi Frã-
ciſci Falerni,ep̃i Caſtellan.aliqua ſcripſi.ideo factũ,& allega
tiones referam,vt contingit.¶ Quidam ſacerdos cum quo-
dam laico conſpirauit interficere quendam presbyterum ec
cleſiæ ſancti Marci, quem diuitem arbitrabantur:vt ipſas pe
cunias,ipſo ĩterfecto deprædarẽtur.hora tarda ille ſacerdos
ad eccleſiã ſancti Marci acceſſit ad cameram dicti presby-
teri,ſuggerendo ſibi, ꝙ iret cũ eo:quia quidam cum naui re-
dierat,& offerre volebat eccleſię ſancti Marci,& ſibi tradere
certas quartas maluaſiæ. Iſte presbyter illa credens, acceſ-
ſit,& ductus in quadam domo ab eo,& illo laico interfectus
fuit:& ablatis clauibus cameræ illuc acceſſerũt. & acceptis
inde pecunijs, & rebus alijs diſceſſerunt. Captus fuit ille mi
ſer ſacerdos,& laicus effugit: qui ſi fuiſſet captus, fuiſſet per
fruſtra diuiſus.& primo craſtinatu quærebatur,an ille ſacer
dos degradari de iure poſſet,& tradi iudici ſeculari, conſide
rato, ꝙ iſte presbyter alijs enormitatibus, & ſæuis ſe immi-
ſcuit, dimiſſo habitu clericali, & vt plurimũ diſſolutam vitã
duxit.Cũ præfatus dominus epiſcopus à me quæreret, quid
ſentirem.de iure ſcripſi,vt ſequitur. ¶ Videtur primò, ꝙ ad
hunc finem ep̃s eum degradare non poſſit,vt eum tradat iu
dici ſeculari:quia expreſſum eſt in hoc c. ꝙ iudex agere de-
beat contra clericum homicidam. vbi ante talem depoſitio
nem traditur certus ordo, quẽ iudex nõ debet ꝑtermittere,
vt l.conſtitutionibus.ff.ad muni. facti enim quæſtio in arbi-
trio iudicantis eſt.pęnæ verò perſecutio non eius voluntati
mãdatur:ſed legis auctoritati reſeruatur:,vt l.1.ver.nã vt Pa
pi.ff.ad Turpil.imò plus, quia iſtam traditionem iudici ſecu
lari poſt depoſitã conſtõ ꝓhibet expreſſè, vt ſ. & c. at ſi cle
rici.Cũ ergo ep̃i dicantur eſſe magiſtri, & cuſtodes canonũ.
c 24.q.3.c.cum quibus c niſi.alias incipit canonum.non vide-
tur ipſos poſſe tranſgredi,maximè exaggerando pœnas ca-
nonum,qui ſunt ab omnibus obſeruandi,vt c. canonum. de
conſt.præterea certi ſunt caſus in iure expreſſi,qui illã tradi
tionem, & depoſitionem ſtatim fieri concedunt, vt dicto c.
ad abolendam.in glo.tribus.Cum ergo iſte non ſit de illis,re
maneat ſub regula generali.ꝙ tradi non debeat, argumento
ſumpto à ſufficienti partium enumeratione,ar.l.obligationũ
fere.§.placet.de act.& obliga.¶ Videt ergo breuiter pro il-
la parte concludendum,ꝙ illud, quod non eſt ſanctorum pa
trum decreto ſancitum, ſuperſtitioſis non eſt adinuentioni-
bus præſumendum,vt c.inter corporalia. §. ſed nec.de tran-
ſla.¶In contrarium multa vrgent,primò tex. expreſſus in c.
1.de homici.Nam illud verbum,euellas, non poteſt intelligi
de fugiente ad eccleſiam,vt immunitatem eccleſiæ conſequa
tur:quia ( vt dixit ibi Io.An.) tempore l. exodi non reperitur
immunitas illa conceſſa.oportet ergo neceſſariò dici,vt euel
latur clericus homicida ab altari per depoſitionem,& inde
moriatur.de laico enim non poteſt ſanè intelligi: quia euelli
ab altari non poteſt,qui circa eũ miniſtrare non poteſt:quia
priuatio præſupponit habitum,vt abſolutio excommunica-
tionem,vt ca.ad venerabilem.ad fin.de elec. ¶ Nam euelle-
re propriè eſt eius,quod radices agit.c.ſolitæ. de ma. & obe.
aliæ expoſitiones,quas ibi facit Ioan.An.pro tollendis con-
trarijs,videtur ſatis contra mentem illius.l.exodi.quæ ſimpli
citer homicidium puniebat morte. quo lex ideo videtur re-
dacta more conſtitutionis iuris canonici:ſiue canonis, vt ſer
uetur non vt fruſtra membranas occupet, contra.c.ſi Roma
11 norum. 9. di. ¶ Non ob. † ꝙ eccleſia non imponit pœnam
mortis.quia hoc eſt verum directè,ſed indirectè, dũ mandat
degradari,& tradi iudici ſeculari,vr̃ inſtituere, q.d fiẽdũ ſit in
actionibus.& per hoc tex.in d. c. 1. dicit [ vt moriatur ] lo-
quitur enim imperſonaliter,quaſi non per iudicẽ eccleſiaſti
cum infligatur talis pœna, ſed per iudicem ſecularem. &
12 hunc intellectum importat verbum[ moriatur.]† quod ver-
bum in dubio intelligendum videtur de morte naturali, nõ
d ciuili,vt no.26.q.1.c.placuit. d & in c. ſuſceptum.de reſcrip.
lib. 6. Expoſitio ergo illius c. apta, & propria illa videtur
[euellas ipſum ab altari per degradationem: vt moriatur.]
ſcilicet p executionẽ iudicis ſecularis. & hoc fortè vult deno
tare verbũ in ſecunda pſona,dũ dicit[ euelles.] vt ad ep̃m re
ferat.nec ſubiũxit [ iuſtitiã facias, vel occidas ] ſed loquutus
eſt quò ad mortẽ in pſona tertia,vt moriat. quaſi nõ ad præ
cedentem,cui dicit[ euellas ] ſed ad aliũ referatur. ¶ Primò
aduertendũ eſt ad caſus, in quibus traditio poteſt fieri iudi-
ci ſeculari, & inter alios eſt caſus,cũ quis falſat literas Papæ.
¶ Item alius,cum quis calumniam,vel contumeliã facit epi
ſcopo ſuo,vt no. in d. c. ad abolendam.Sed nullus dixit non

fore maius crimen homicidij, quàm falſare literas apoſtoli-
cas, ſiue Papæ pro obtinendo fortè mediocri bñficio. Nã ho
micidium iure naturali prohibitum eſt: illa autem iure poſi-
tiuo, vt in d.c.1.de homici. Si ergo maius, ergo grauius iudi-
candum: vt ſic pœna correſpondeat delicto, vt c. quæſiuit. de
his, quæ fi. à ma. parte ca. & l. ſancimus, C. de pœnis. illa.n. cri
mina, propter quæ dẽt quis degradari, ex gratia ſcripta ſũt:
13 & ad ſimilia, & maiora crimina extendimus &c. † ¶ Quid. n.
ſi ſacerdos matrem, & ſororem, vel commatrem ſuã lucri cã
interfecit. & deinde ſacrã domũ combuſſit: patriam prodi-
dit: & patrem occidit. dicemus ne, quia ordo huius.c. nõ præ
ceſſit, ſola depoſitione damnandum? vr̃, ꝙ ſic; quia nõ eſt de
caſibus expreſſis, ꝙ debeat degradari, vt ibi. contrarium cre
do, q̃a idẽ ſtatutum intelligi dẽt, vbi eadem, vel maior rõ re-
peritur, vt C. de reuo. do. l. his ſolis. ¶ Non ob. ſi dicat̃. pœnæ
non ſunt extẽdendæ ꝑ ſimilitudinẽ rõnis: ſed reſtringẽdæ ad
caſum ſuum. de pœni. di.j.c. pœnæ. & qđ no. Cy. in l.2. C. quæ
ſit lon. conſue. dico. n. ꝙ vbi ꝑ oĩa eſt eadem rõ, non põt dici
ampliatio, vel extẽſio. ſed incluſio ſub eodẽ caſu diſpoſito, &
deciſo, vt c.1. de tempo. or. lib.6. præterea ſi quis dicat, ſatis
eſt illa pœna perpetui carceris, & condigna delicto: q̃a mor-
ti eſt ſimilis, vt no. in ca. qualiter, & q̃ñ. de accu. Ad hoc dico
non cẽſeri cõdignã. ꝓ minoribus. n. delictis, q̃ ſit homicidiũ,
reperio hãc pœnã infligi, vt patet in c. q̃m. de ſimo. ubi ſimo
14 niacus detrudit̃ in arcto monaſterio, qđ cẽſet̃ carcer. ¶ † Itẽ
hæreticus reuerſus ad vnitatem Eccleſiæ eſt ꝑpetuò carcerã
15 dus. † Et ſi dicat̃. hæreſis eſt maius delictum, q̃ ſit homicidiũ,
6 e fateor, ſi perſeuerat de crimine: ſed reuerſus reconciliatus
Eccleſiæ ſuſtinet dictam pœnam, cui tñ in totum videbatur
gratia facienda. q̃a Eccleſia nunq̃ claudit gremiũ redeũti, vt
in epiſtola inter claras. C. de ſum. tri. ¶ Item clericus, ꝙ falſa
uit ſigillum regis, à ſuis ordinibus degradatus, charactere in
ſignum maleficij inſignit̃, & prouinciam abiurare cõpellit̃,
vt c. ad audientiam. de crimi. fal. Rurſus calumniator officio
priuatus verberibus fuſtigat̃, & in exiliũ deportat̃, vt c.1. de
calum. latrones clerici in arctis monaſteriis detrudunt̃, vt c.
tuæ. de pœnis. ¶ Si ergo illę tam graues pœnæ ꝓ minoribus
criminibus homicidio inferunt̃: quid dicere debemus de ho
micidio hominis ſacrati: in tales enim commiſſa crimina for
tius puniunt̃, vt dicit tex. in c. j. de calum. præterea qui templa
Dei effregerũt, & dona Dei nocte tulerunt, de iure ciuili dã-
nantur ad beſtias, vt ff. ad legem Iuli. pecu. l. ſacrilegiũ. ¶ Sed
maius videtur eſſe delictum, Dei ſacerdotem mactare, q̃ Ec-
cleſiam vtenſilibus ſpoliare. quia hominum gratia Deus oĩa
creauit, vt l. in pecudum. ff. de vſu. facit l. ſi quis in hoc genus.
de epiſco. & cleri. ¶ Vlterius aduertendum ad illa, quæ not.
Inno. in c. qualiter & quando. ſecundo. de accu. vbi cõformã
do pœnas iuris canonici pœnis iuris ciuilis: uidetur dicere, ꝙ
vbi per ius ciuile imponitur pœna mortis: ſimilis ei erit pœ-
na illa, ꝙ relinquatur iudici ſeculari: ſed omni iure, naturali,
gentium, & ciuili homicidiũ morte punitur, vt dixi, ergo &c.
& hoc fortè voluit c. at ſi clerici. ſ. eod. dum dicit [ ſed non de
bet quemlibet depoſitum. ] & c. quaſi dicat, in enormibus cri
minibus hoc debet, non obſtante illo. c. vbi ad traditionẽ iu-
dici ſeculari fiendam, requiritur, ꝙ ſit incorrigibilis. Nam
non ſolùm debet dici incorrigibilis, qui monitus à iudice nõ
egit pœnitentiam: ſed ille, qui delicta continuat, vt erat iſte
miſer ſacerdos. & multò magis delicta continuat, q̃ ille, qui
de veteri pœnitentiam non egit. quia iſte delinquit omitten-
16 do: ille autem faciendo. † Et maius eſt delictum, quod cõmit
titur faciendo, q̃ omittendo, vt l. qui ſeruum. de ver. obli. facit
l. ſi diuortio. ff. de pœn. ius enim monet, ne quis delinquat: in
tantum, ꝙ ignorãtia nõ excuſat, vt l. Mæuia. C. de iniuſt. teſt.
Qui ergo malè agit, videtur in pœnam cõſentire. Et alia mo
nitione non eſt opus. facit quod not. Inno. de præb. c. extir-
pandæ. ¶ Iſtas rationes, & iura pro hac parte adduco. ſed ſo-
lus determinare non audeo. tam turpiſſima morte, ſicut lai-
cus, per fruſta diuidatur, propter reuerentiam præteriti ſa-
cramenti, & characteris. Et ideò quia in pœnis iudicis offi-
cium latiſſimum eſt. & ex cã augere poteſt. & minuere pœ-
nam iuris, vt l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. in
fa. & l. aut facta. §. fi. de pœnis. Ideò veſtræ conſcientiæ relin-
quẽdũ cenſeo, tradere, vel non, debeat, diligenter attẽdendo
quid patriæ: quid clero: quid ipſius ſaluti videbitur expedire.
& quod iuſtum viſum fuerit, exequendo, hic ſibi ſcripſi: qui
poſtea ſine ſolemni degradatione appenſum in quadam ga-
bia affigi fecit in medio campanili ſancti Marci, vt ab omni
bus videretur. vbi quaſi ꝑ annum vixit, & nũc viuit, 392. die
5. Septembris. ¶ Tertiò opponitur, ꝙ primò debet opponi:
deponi: deinde excommunicari: ſecũdò anathematizari. ſed
videtur, ꝙ illa duo vltima idem ſunt; quia non eſt aliud excõ
municatio, q̃ anathema. Sol. ut dixi. ſ. in 8. not. gloſ. exponit
excõicari. i. ſuſpendi. ¶ Sed quomodo ſuſpenderetur iam de
poſitus? niſi dicas cum Pet. ꝙ ſuſpenditur ab ingreſſu eccle-
ſiæ, vel ſimilibus, tanq̃ laicus. idem dicit Abbas. ¶ Quęro ille
tex. loquit̃ de deprehẽſo in crimine. quęrit glo. à quo debeat
fieri illa deprehenſio. dicit, ꝙ à clericis, vel laicis, de licentia
prælatorum. quo caſu ſi eos detinuerint, non incurrunt ſentẽ
tiam excommunicationis. ¶ In caſibus tamen laici hoc poſ-
ſunt ſine pręlatorum auctoritate. de ſenten. excommu. c.3. §.
penul. ¶ Super hoc Franc. tradit talem regulam, ꝙ quando
percuti poteſt ſine pœna excommunicationis, fortius pote-
rit detineri: imò & ſi licentia ꝑlati haberi nõ poteſt; quia eſt
in fuga, ſine pœna excommunicationis poteſt licitè detineri.
Et ita intelligitur Decre. vt famę. vt ibi no. Io. An. in gloſ. illa
duo. ad hoc. ff. de his, quæ in frau. credi. l. ait prętor. §. ſi debi
torem. tamẽ habeatur diſtinctio, vt curialius ducatur, & de
tineatur, q̃ laicus, ſecundùm Gul. Naſo. & Abb. facit, qđ no.
17 ĩ d. l. dies feſtos. C. de feriis. vbi gl. † ꝙ talis debitor fugitiuus
poteſt capi diebus feriatis in honorem Dei. Aduertẽdum ta
men, ꝙ in omnibus caſibus, quibus licitum eſt priuato ali-
quem capere propria auctoritate, debet intelligi, vt eum du-
cat ad iud. cem, nõ ipſe talem ligatum detineat vltra viginti
horas. alias teneret̃ pœna priuati carceris. argu. l. capite quin
to. vbi hoc no. Bar. ff. de adult. ¶ Secundò quæro. nunquid ſta
tim, ꝙ depoſitus eſt, ſine requiſitione eccleſię iudex ſecularis
comprimet clericum depoſitum. an non ſit neceſſaria tradi-
tio iudicis eccleſiaſtici. Hoſt. dicit, ꝙ illud cõprimere faciet
iudex ſecularis ad requiſitionem eccleſiæ. de cleri. excõ. c.2.
in fi. ſiue per ipſius traditionem, & non aliter. pro quo etiam
l. inſtigatur. de verb. ſigni. Sed iudex ſecularis faciet, qđ vide-
bitur. ¶ Subdit. Io. An. ꝙ illam Decretalem non intelligit in
actuali degradato, in quo non putat, nec tenet, ꝙ ſequatur in
corrigibilitas. ſed ſtatim dicit eum de foro ſeculari, vt in di-
cta Decre. nouimus. & c.2. de pœnis. li.6. In verbali ergo de
poſitione intelligit iſtũ tex. ¶ Sed incidenter queritur: vtrùm
in caſu huius. c. poſt incorrigibilitatem erit neceſſaria degra
datio, anteq̃ comprimatur per iudicẽ ſecularem. Petrus hic
dicit, ꝙ ſic. dicit enim, ꝙ ſuper verb. comprimẽdus, & primò
degradandus. Io. An. dicit, ꝙ poterit ſequi: ſed nõ erit neceſ-
ſe, ꝙ ſi præter depoſitionem tertiò monitus ingerens ſe enor
mitatibus perdit priuilegium clericale: multò fortius per-
dit iam depoſitus, qui adhuc poſtea monitus eſt, vt infra de
ſent. excõ. c. cõtingit. & c. in audiẽtia. & c. perpendimus. nec
hic dicitur, ꝙ tradatur ſeculari poteſtati: ſed ꝙ ſecularis po-
teſtas eum comprimit. illa ſunt verba Io. And. ¶ Tertiò pro
declaratione tex. quæro. vtrùm illæ quatuor pœnæ (grada-
tim inferendo) requirant pluralitatem delictorũ: vt ꝓ depo
ſitione vnum homicidium, periurium, ſiue furtum iuxta tex.
ꝓ excõicatione alterum ex prędictis, & ſic ſucceſſiuè aliud
ꝓ anathemate, & inſuper ꝓ compreſſione: vr̃, ꝙ ſic; quia illa
verba ſonant. nam pro vno delicto tantùm non vr̃ illa qua
duplex pœna infligenda. imò nec duplex, vt ſupra c. at ſi cle-
rici. ¶ In contrariũ videtur eſſe primò rõ naturalis. videlicet,
quòd



quòd ſi ante pœnam legitimam imponendam debemus tot
atrocia crimina expectare. ſic eſſet perditio plurimorũ. qđ
vult illud c. præcauere. ¶ Item eſſet abſurdum pro ſecundo
graui delicto (fortè homicidio) ſimpliciter excommunica
re. & pro tertio anathematizare. Et ſic cum illa ſola pœna
permitteretur abire cum delicto, pro vno tantùm ſume-
retur vltimum ſupplicium. verus igitur intellectus huius c. vi
detur, ꝙ pro homicidio deponatur: & vltra depoſitionẽ, vt di
catur corrigibilis, debet pati detruſionem in monaſteriũ ad
agendum pœnitentiã. j. de pęnis, c. tuæ. & l. finali. C. vbi ſena.
vel clariſſi. & hoc dicit hic Ioã. And. ¶ Ex cuius verbis col-
18 ligo, † ꝙ dicatur incorrigibilis e q̃ñ à dicta pœna intruſionis
a ſubterfugit de facto. quo caſu vltra depoſitionem gradatim
procedet ad excõmunicationẽ, & anathema. & hoc probat
verbũ, incorrigibilis. qđ ſonat potius in cõtumaciã primi de
licti, q̃ in nouũ delictũ. nã ille correctus dr̃, qui dolet ſe fuiſſe
peruerſum. hoc etiã ſonat tex. dũ dicit [ deinde creſcente cõ-
tumacia. ] Cõtumacia enim nõ ſignificat nouũ delictũ, ſed
contemnere antiquũ, & pñiam nõ agere. facit etiã tex. coniũ
cta expoſitione Io. An. dicit ẽm tex. [ cũ Eccleſia nõ habeat
vltra, quid faciat. ] ecce, ꝙ Io. An. declarãdo ſupplet. [ ꝓpter
ipſius potentiã ] & c. quaſi dicat, cum Eccleſia nõ poſſit ipſum
cogere ad pœnitentiam, pp eius potentiã adhibeat illa remo
dia excõicationis, & anathematis: vltra non põt. Ideo ipſum
relinquat iudici ſeculari. Sola ergo diſpoſitio non debet eſſe
terminus pęnæ in delictis: ſed detruſio ſequi debet. & ſi ſeq.
nõ põt, ꝓcedat̃ ordine hic expreſſo. & ita intelligo iſtũ tex.

ADDITIONES.

a ¶ Deprehenduntur. Nota, ꝙ deprehenſus in maleficio ſine iudicio damnatur. 50. di. c. ſi quis diaconus. & ibi glo. Io. & Gul. Ber. & Hoſt. in c. tuæ. de pœnis. Quod tamen intellige verum, ſi per ſuum iudicem capiatur vt ibidem Hoſtien.

b ¶ Spirituali. Epiſcopus enim non venit mittere in terram gladium materialem: ſed ſpiritualem. 16. q.2. c. viſis. & ibi vide Io. de Tur. Crema.

c ¶ Cum quibus ibi vide Archi. & Io. de Turre Crema. qui ibi quærit, an com hominibus alienę communionis ſit diſputandum.

d ¶ Placuit. vide ibi Io. de Tur. Crema, qui plures in eo. ti. mouet q̃ões.

e ¶ Q̃àm ſit homicidium. Nullum enim peccatum eſt hæreſi grauius. 32. q.6. c. quod in omnibus, & 24. q.3. quid aũt iniquius. vbi vide Io. de Tur. Crema. qui quærit, an hæreſis peccatum ſit maximum peccatorum.

*SVMMAE.*

1 *Mortuo vno ex litigatoribus, ſuper beneficio alius ſubſtituitur loco eius.*
2 *Succeſſor poteſt conueniri per literas impetratas cõtra prædeceſſorẽ.*
3 *Proſecutio litis inchoatæ contra ſpoliatorem non tranſit in illum, ad quem poſtea res inuaſa deuenit, & ſcienter.*
4 *Dolo qui deſiit poſſidere, lite pendente an poſſit ex eadem inſtantia condemnari.*
5 *Proſecutio litis, ſiue inſtantiæ an tranſeat in ſingularem ſucceſſorẽ.*
9 *Sententia lata contra eum, qui dolo deſiit poſſidere, an poſſit ſine nouo proceſſu exequi contra nouum poſſeſſorem.*

QVia. Per reſcriptum impetratũ contra violẽ
tum conuenitur is, qui ſcienter ſucceſſit
in uitium. cõis diuiſio. ſecunda ibi [ præcipimus. ]
¶ Primò no. quid iuris, cũ inter duos de beneficio litigatur,
& alter moritur, pendente iudicio. de quo dic, vt ſ. de arbi.
c. ex parte. ¶ Secundò no. † ꝙ mortuo vno ex litigatoribus,
1 ſuper beneficio alius ſubſtituitur loco eius. quod an fieri de-
beat, dic ꝙ nõ: donec diſcuſſum fuerit de iure ſuperſtitis. qđ
dic, vt c. j. j. vt lit. pẽ. li.6. & c. ¶ Tertiò no. † ꝙ per literas im-
2 petratas contra ꝑdeceſſorem poterit ſucceſſor conueniri. de
quo in gl. plenè. ¶ Oppo. iſte tex. innuit, ꝙ per reſcriptũ impe
tratũ cõtra Vber. qui dicebatur eccleſiã occupaſſe, poterit
conuenire ille R. qui eam poſtmodum eſt ingreſſus. ſed con-
trarium, quia reſcripta non extẽdũtur ad alias perſonas. nec
extenduntur ad alias res, quã cõtineãtur ibidẽ. ſ. de offi. del.
c. p. & g. imò (qđ plus eſt) nõ trãſeũt cõtra ſucceſſorẽ vniuer
ſalẽ. de reſcrip. c. ſignificauit. iſte tex. vr̃ dicere, ꝙ tranſeat etiã
cõtra ſingularẽ. ergo malè. So. gl. ma. format illã op. & ſoluit,
ꝙ regulariter per reſcriptũ impetratũ cõtra auctorẽ nõ põt
a cõueniri ſucceſſor, a vt in contrarijs. fallit, cũ quis ſcienter oc
cupauit rẽ à deiectore, & ſic ſcienter ſucceſſit in vitiũ. quo
caſu poterit cõueniri vigore eiuſdẽ reſcripti, vt hic, ſicut tene
tur cõdictione. c. ſæpe. j. de reſti. ſpo. & ſicut dicimus in illo,
qui cauſa mutãdi iudicii rẽ in aliũ trãſtulit. ſ. de ali. iudi. mu.
cã fa. c.1. & 2. Nã iſte, qui ſciẽter ſucceſſit in vitiũ, cũ ſit oĩno
ſimilis ꝑdictis: ergo rõne oĩmodę ſimilitudinis cõueniet̃ ex
eodẽ reſcripto, ar. l. nõ pñt. ff. de leg. & hãc ſo. tenet hic Bar.
& Da. ¶ Alij dicũt, ꝙ nũq̃ ſucceſſor ſingularis vigore talis re
ſcripti impetrati cõtra auctorẽ poterit cõueniri, vt in iuribus
primò alle. Nõ ob. iſte tex. quia licèt hic dicatur procedendũ
fore, vt in primis lr̃is mãdabat̃: tñ iudiciũ ſumet initiũ ex iſtis
ſecũdis lr̃is, q̃b. ita mãdatur, vt ꝓcedi debeat, ſicut ex primis.
& iſtud, ſicut, qđ eſt in tex. nõ notat oĩmodã ſimilitudinẽ, ſi-
cut. ſ. de ſum. tri. c. dãnamus. §. cum ergo. & referri debet ad
cauſæ deciſionẽ, nõ ad eiuſdẽ litis ꝓſecutionẽ, vt patet in fi.
tex. dũ dicit [ terminetur. ] Et illã opi. tenet Lau. Vin. Phi. Tã.
Bar. Bri. & Inn. de quo tñ articulo vtrũ, & q̃ñ reſcripta tran-
ſeãt cõtra ſingularẽ, vel vniuerſalẽ ſucceſſorẽ. dic vt no. Ioã.
An. in c. ſi q̃s in ius. de re. iu. li.6. ſ. de reſcri. c. ſignificauit. vbi
de hoc in ſum. Ex prædictis occaſione latius ꝓſequẽdo mate
riã. q̃rit gñaliter, vtrũ iſtud, qđ dictũ eſt de efficacia reſcripti,
trãſeat, vel nõ trãſeat ad ſingularẽ, vel vniuerſalẽ ſucceſſorẽ,
habet locũ in inſtãtia iudicii. vt cæpta cõtra vnũ cõuẽtũ inter
dicto vñ vi, actiõe reali, vel ꝑſonali ſup fundo, vel ſup bñficio
& lite pẽ. fundus ille, vel bñficiũ ĩ alterũ trãsferatur, vel cõuẽ
tus moriatur. an ꝓſecutio inſtantiæ trãſibit in illũ, in quẽ fun
dus ille, vel bñficiũ eſt trãſlatũ. refert ipſe quorũdã op. dicen
tiũ, ꝙ litis ꝓſecutio nunq̃ trãsfertur de ꝑſona in perſona, niſi
in hæredes, vel vniuerſales ſucceſſores. vt C. de acqui. poſ. l. vi
tia. vel de ꝓcurato. in dũm, vel ecõuerſo. ff. de ꝓcura. l. in cau
ſæ. §. ſi tu ex parte. & l. Iulianus. qui ſatiſda. co. vel de filio in
patrẽ. vt ff. de mino. l. pr̃ ꝓ filio. & l. ſi is. §. interdũ. de iniur. Et
3 illã op. ſeq̃tur: ex qua cõcludit, † ꝙ litis proſecutio inchoatæ
cõtra ſpoliatorẽ, nõ trãſeat in illũ, ad quẽ poſtea res inuaſa
deuenit, & ſciẽter; quia alia actione tenetur ſpoliator. ſ. inter
dicto vnde vi. quod eſt perſonale: alia tenetur ille, qui ſucceſ-
ſit in vitium. quia tenetur cõdictione. c. ſæpe contingit. ¶ Idẽ
dicit ſi actũ fuit reali: & lite pendente res, quæ vendicatur, in
aliũ trãsferat̃: vt ſ. cõtra iſtũ nouũ poſſeſſorẽ debeat nouũ iu
diciũ inchoari. ẽt ſi in cauſa contra neminem poſteriorẽ agi-
tata fuerat iam concluſum. ¶ Non ob. l. quamuis indubitati.
C. de adul. vbi deſiſtente accuſatore ab accuſatione, iudex
eandem inſtantiam proſequitur, puniendo reum. quia ibi lo
quitur, vbi conſtabat de crimine per confeſſionem accuſati.
vnde licèt accuſator deſtiterit per hoc delictum, de quo li-
quet: non debet relinqui impunitum, vt. c. crimina. j. de col-
lu. imo plus, ſecundùm eum; quia etiã ſi lata ſit ſententia pro
aliquo: & poſt ſententiam moriatur reus, qui condemnatus
eſt ad reſtitutionem eccleſiæ, & interim alius inſtituatur
in illa eccleſia: vel alius appareat, qui velit aliquid dice-
re contra ſententiam, non mandabitur ſentẽtia executioni,
niſi illo vocato, & ſaltẽ ſũmaria cognitione, vel examinatio-
ne præmiſſa, vt ff. de reg. iu. l. à. diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. &
c. veniens. de teſti. ex quibus concludit̃, ꝙ litis proſecutio nõ
transfertur de perſona in perſonã, niſi ĩ caſibus ſupradictis,
ſm̃ Inn. vt refert hic Io. An. qui in materia beneficiali remit-
tit ad c.1. j. vt lite pen. li.6. vbi altero ex duobus litigatori-
bus mortuo lite pendente, non debet alius in illo beneficio
inſtitui: donec cũ alio litigatore ſuperſtite fuerit cauſa termi
nata. Ita ꝙ quæſtio de tranſlatione dicti beneficij in alterum
nõ poteſt procedere, niſi quãdo vendicaretur beneficiũ, nõ in
titulum, ſed in proprietatẽ. Tũc enim ſicut lite mota ſuper re
ꝓphana, & in alterũ lite pendente tranſlata, locũ habẽt præ-
dicta ꝓſecutione inſtãtiæ: ita poſſit habere locũ in eccleſia.

¶Secundùm prædicta aperiri videtur via fraudibus.ſemper
enim qñ reus poterit perpendere,ꝙ debeat condẽnari,trãſ-
ferret rem in alium,contra quem oportebit inchoare nouũ
proceſſum.& ille poſtea transferret in alium. & ſic ſucceſſi-
uè in infinitum actor non poterit conſequi rem ſuam.Ego
illam materiam proſequor per tres principales quæſtiones.
¶Prima quæſtio eſt,an contra iſtum,qui lite pendente dolo
deſiit poſſidere,poſſit vltra ad ſententiam procedi.¶ Secun
dò an contra ſingularem ſucceſſorem tranſeat inſtantia in-
choata cum auctore ſuo. ¶ Tertiò an ſnĩa lata contra eum,
q dolo deſiit poſſidere, ſine nouo proceſſu exequi poſſit cõ
4 tra nouum poſſeſſorem.¶Reuertor ad primã, & quæro†an
qui dolò lite pendente deſiit poſſidere,poſſit ex ea inſtantia
condẽnari.& videtur,ꝙ non,qa poſterior tenet actione dire
cta:dolò deſinens poſſidere tenetur vtili, vt l. ſi autem.& l.q
petitorio.§.j.ff.de rei ven.Et ſic cum alteretur actio , non vi-
detur,ꝙ ex eadem inſtantia ſequi poſſit condemnatio, vt l.ſi
quis poſt acceptum.ff.de rei ven. & l.non poteſt videri.ff.de
iud.contrarium tenet Dy.in l.quicquid.§.Iul.ff.de aqua plu.
ar.Spec.tangit iſtam quæſtionem in ti.de iura.quæ fiunt ante
lit.conte.Et Roſre.in tit.de rei ven. & Cy. in l.1.in 6.q. C.de
ali.iu.& Bar.in d.§.Iul.vbi tenet opi.Dyn.Non ob. ꝙ altere-
tur actio de directa in vtilem. quia non alteratur actio , ſed
qualitas,quæ non impedit,quominus ex eodem proceſſu ſe-
quatur cõdẽnatio,vt l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxa. ad
hoc l.hæreditas.ad Trebel.vbi in fideicommiſſarium trãſeũt
vtiles actiones.& tamen ex eadem inſtantia ſequitur condẽ-
natio.Præterea ſi ago contra eum,qui dolo deſiit poſſidere:
ſi poſtea pendente iudicio incipit poſſidere,ſequi debet con
demnatio,vt ff.de pecu.l.quæſitum.¶Itẽ ſi à principio,tanq̃
domino mihi competebat directa:ſi ſine facto meo deſino
eſſe dominus:ſed facto aduerſarij,qui vſucepit rem, ſequitur
condemnatio,vt d.l.ſi quis poſt accep.multò ergo magis,ſi
remaneat dominus.diſtingue ergo , ꝙ aut alteratur qualitas
actionis:aut ipſa actio.& ſi ipſa actio, aut de directa in vtilẽ,
aut econuerſo:& ſequetur condemnatio.aut de aliqua in nul
lã:& tunc,aut facto rei conuenti:& nil poteſt imputari acto-
ri.& idem,vt d.l.ſi poſt acceptam.alias ſecus.vt ff.ad exhibẽ.
l.tigni.§.fin.& Inſti.de perpe.& tempo.ac.in fi.In caſu igitur
noſtri c.R.non punietur,non obſtante dicta translatione:niſi
poſſet ex eadem inſtantia condemnari.ſed de hærede iſtius.
R.ad quem res inuaſa(ſcilicet eccleſia)non trãſiret , an poſ-
ſet condemnari propter doloſam translationem actoris , eſt
dubium ex eo,ꝙ ad ipſum res non tranſit. & in iuribus non
tranſmiſſibilibus ad hæredes expirat inſtantia.contrariũ cre
do,ſcilicet ꝙ hæres debeat condemnari ad intereſſe agentis.
quia res ipſa præſtari ab hærede non põt. & ſic contingit in
oĩbus obligationibus facti: vbi non mirum, ſi vnum petitur,
& in alio procedit condemnatio.vt l. ſi quis ab alio. ff. de re
5 iud.& hoc de prima queſtione.¶Secundò quæro,†an ꝓſecu
tio litis,ſiue inſtantiæ tranſeat in ſingularẽ ſucceſſorẽ.Rñdeo
dupliciter hoc poſſe intelligi.primò an inſtantia poſſit cedi:
& põt,vt l.in cauſæ.§.ſi tu ex parte.ff.de proc.niſi ſubeſſet vi
tium,de quo in tit.de litig.Secundo modo põt intelligi, vtrũ
ad eũ,ad quẽ tranſit res,vel actio,tranſeat inſtantia inchoa-
ta ſuper re, vel actione contra poſſidentem , vel obligatum.
& in hoc diſtingue:aut res,vel actio tranſit de neceſſitate:&
tunc trãſit inſtantia,vt l.in iudicio.ff.famil.erciſcun. & l.inter
quos.§.j.de dam.infec.per Iac.de Are.ſic loquit l.ſed ſi vnus.
§.fi.ff.de iniur.aut nõ tranſit de neceſſitate. & tunc nõ trãſit
inſtãtia.vt l.2.§.nõ ſolũ.ff.de here.vel act.ven.¶In caſu ergo
noſtri.c.cum translatio non fuerit de neceſſitate , nõ tranſit
inſtãtia,ſecũdùm Inn.nã dictus R.inuaſor tenebatur interdi
cto vnde vi.Iſte R.tenet cõdictione. c. ſepe cõtingit. de reſt.
ſpo.& ſic noua actione.vnde nouo iudicio opus eſt,vt l. non
põt videri.de iudi. licèt multũ ob. ille.§. certa forma.ff.vt in
11 clericus.C.de epi.& cler.¶Quæro tertiò vltra Doct.†an ec-
cleſia in criminibus eccleſiaſticis poſſit capere laicum,& pu
nire.dicunt aliqui,ꝙ non:ſed ſolùm per cenſuram eccleſiaſti
cam.ar.j̃.eo.ti.c.cum C.laicus.li.6.& de of.or. c.cum epiſco
pus.eo.lib.vbi licèt dicat generaliter, ꝙ epiſcopus de cauſis
ad ſuum forũ ſpectantibus poſſet in qualibet parte ſuæ diœ
ceſis cognoſcere:tñ quandò loquitur de captione,ſtatim re-
ſtringit ad clericos.Idem videtur ſentire.de pœn. ca.quãuis.
li.6.maximè de iure ciuili,vbi videtur, ꝙ non poſſit cogno-
ſcere ſine præſide in Auth.de man.principum.§.ſi verò can.

coll.3.pro hoc videtur facere l.placet.C.de ſac.ſan.eccle.vbi
iudex eccleſiaſticus excõmunicauit, & ſecularis deportauit
ſacrilegum.¶In contrarium videtur.nam ratione delicti fa-
ctus eſt de foro eccleſiæ.C.de epiſc.& cler.Auth. nulla com-
munitas.& ibi not.& illo.c.& cap.exteriore.ad epiſcopũ er-
go ſpectat ſubditum, ſiue clericum, ſiue laicum non ſolùm
corrigere,ſed punire:dummodò ſecundùm canones ad hoc
inuocet brachium ſeculare.de offi.or.c.j.& ibi per gl. & Inn.
& videtur tex.C.de epiſc.& cler.Auth.cauſa quæ fit cum mo
nacho.facit de pœnis.c.felici.lib.6. & eo.tit. c.1.in cle. & de
ſen.ex c.Romana.li.6.Idem dicit Old.conſi.90.&c. ¶Quar
tò quæro de no.tex.ille loquitur, cum actor agere intendit:
12 quia tunc ſequitur forum rei:†ſed quia reus poteſt quãdoq;
principaliter petere,vt actori imponatur ſilentium : quia eũ
diffamat,vt l.diffamari.de inge.& ma.vel vult eo ſcilicet exa
minari ſuper exceptione ſibi competenti ad perpetuam rei
memoriam.qđ poteſt,vt ĵ.de teſti.c.Albericus.& c.ſignifica
uit.coram quo debet reus iſta petere:videtur,ꝙ ſequatur in
hoc forum aduerſarij.quia in hoc cenſetur actor : poſtquam
prouocat ipſum ad iudicium,vt l.in re furtiua.§.fi.& l.æquè.
ff.de condi.fur.Bar.dicit, quòd ille debet in hoc petere corã
illo iudice,coram quo actor ſi peteret:teneret eum conueni-
re,probat per l.cum hi.§.tranſac.alimentorum.ff. de trãſac.
& ille iudex debet arbitrari ſuper tranſactio. qui eſſet futu-
rus iudex ſuper illa lite:vnde cõcludit,ꝙ ſi actor,& reus ſunt
diuerſi fori,& reus velit dicere laudum arbitratoris iniquũ:
ꝙ hoc iudicet coram ſuo iudice:nõ coram iudice actoris.nec
ipſius arbitratoris.hoc probat per c.expoſita.s̃. de arbi. vbi
Papa cognoſcit de arbitrio dato à Duce Veneto, qui ſibi
non ſubeſt:tamen partes ſibi ſuberant,& ita no.in l.ſi ſocieta
tis.§.arbitrorum.ff. pro ſo. in repetit. & ita ſentit dominus
Fed.de Senis.conſi.230.qđ tene fixum menti.¶ Quintò quæ
ro,vtrùm illa reg.actor ſequitur forum rei &c.habeat locum
in foro pœnitentiali,dicã.ĵ.in proſecutione tituli.vbi melius
applicatur in articulo,an rõne delicti ſequatur qs forũ, &c.

A D D I T I O.

a ¶Malefactor.malefactoris nomine non venit occiſor banniti,qui potuit impunè occidi ex forma ſtatuti, no.Bar.in l.fi.§.diuus.ff. de publicanis.

b ¶De crimine vſurarum no.de crimine vſurarum, vide in cõſiliis Io.Cal. conſilio 70.

*S V M M Æ.*

1 *Cauſæ clericorum,ſiue agatur,ſiue conueniantur,ſecundùm canones: non ſecundùm locorum conſuetudines terminari debent.*

2 *Clericus ſi non trãſmittit hæreditatem in bonis patrimonia libus,ſubiacet conſuetudini patriæ.*

3 *Epiſcopus diœceſis,vbi eſt ſtudium:ratione moræ,quam ibi trahit ſtudens,non poteſt eum ordinare.*

4 *Epiſcopus habet Parriſiis temporalem iuriſdictionem,& cognoſcit inter laicos.*

5 *Perſona clerici an ligetur lege,vel ſtatutis.*

a CLericus. Cõqſti ſunt ſcholares a Parri
ſienſes,ꝙ quando conuenie-
bant,vel conueniebantur, non recipiebantur ca-
nones alteri, ſm̃ conſuetudines terræ tantùm.ſuper qđ proui
1 det,†ꝙ cauſæ clericorum ſecundùm canones,nõ ſecundùm
laicorum conſuetudines terminentur,ſiue agant,ſiue conue-
niantur.¶Opp.& videtur, ꝙ debeant terminari, ſecundùm
conſuetudinem terræ,vt ĵ.de eo,qui mit.in poſ.c.3.¶Sol.il-
le tex.loquitur in cauſis pecuniariis:ſecus in realibus,& feu-
dalibus,quæ ſecundùm conſuetudines terræ, & curiæ regis
terminantur.quia ipſius eſt cognitio, & cuiuſcunq; domini
feudalis,vt s̃.c.ex trãſmiſſa.in fi.& c.verum.¶ Item videtur,
ſi de temporali hæreditate agatur.ĵ.qui fi.ſint legi.c.lator.&
c.cauſam quæ.2.vbi de hoc ſcribit Io.An.poſt. Hoſt. ex quo
2 ſequitur,†ꝙ ſi clericus hæreditatem non tranſmittit, vt l.vni
ca.§.in nouiſſimo.de ca.tol.in patrimonialibus bonis ſubia-
cet clericus conſuetudini patriæ.¶Vnde in locis, in quibus
de conſuetudine eſt,ꝙ ſuccedat primogenitus,ſuccedet cleri
cus,& ſecundo genitus excludetur,propter illam conſuetu-
dinem,à ſucceſſione.facit qđ no.in l.ex ea.ff.de poſtu. & qđ
dicã.ĵ.in q.¶Secundò oppo.dicitur hic,ꝙ ex ſola mora,quã
faciunt clerici Parriſiis,poſſunt ibi conueniri.contra qui cau
ſa ſtandi moram trahit in ciuitate, non intelligitur ibi trahe
re domicilium:niſi poſt moram.10.annorum.C.de incol.l.2.
3 lib.10.¶†Nam epiſcopus diœceſis, vbi quis ſtudet, ratione
talis moræ non poſſet eum ordinare.de offi.arch.c. ſignifica-
ſti.ergo nec iudicare.de parochi.c.nullus.11.q.2. c.j. & 2.&
per totum.¶Itẽ nec ſola poſſeſſio facit incolã. ff.ad muni.l.
libertus.§.ſola poſſeſſio.nec ſola mora.C.de incol.l.3. & 4.il
le autem tex.vult,ꝙ cauſa illius moræ poſſit aliquis conueni
ri in loco,vbi moram trahit:ergo malè.ſol.dicit Hoſt.ille tex.
intelligitur in contractibus,& quaſi.in dilectis,& quaſi deli-
ctis Parriſiis initis,& commiſſis:ſed illa ſolutio non videtur
bona,per l.hæres abſens.ff.de iudi. vbi trahens moram in lo
co,ratione contractus ibi initi,conueniri nõ poteſt.¶So. ibi
loquitur in viatore,& tranſeunte,qui non poteſt ibi conueni
ri,niſi ad hoc venerit:& reperiatur ibi. qđ dic,vt ĵ.e.c.Roma
na.§.contrahentes. li.6.hic verò loquitur in eo, q̃ trahit mo
ram,quæ ex contractibus ibi initis poteſt conueniri:ſicut di
cimus in milite.ff.ad muni.l.municipes.§.miles.¶Item præ-
dicta ſolutio nõ videtur bona:ſed præcisè ſcholares in loco,
vbi ſtudent,poſſunt de omni negocio conueniri,vt 10.col.de
ſchola.& eo.præ.Auth.habita.ibi[verùm,ſi eis litem ſup ali-
quo negocio.]&c.Sed expone ibi,aliquo, ſuper quo ibidem
valeat conueniri.argu.de conſe.diſt.j.c. omni tempore. &c.
¶Tertiò op. & videtur.ꝙ indiſtinctè clerici poſſunt conue-
niri,ſecundùm l.vt 10.di.c.j.& c.ſi in adiutorium.So. quia di
cit hic,iure canonico,ſupple,& ciuili,per ius canonicum nõ
reprobato,vt in contrariis.& plenè.ĵ.de ſolu.c.fi.¶ Quartò
b op.ille tex.innuit,ꝙ ſi clericus mouet litẽ cõtra laicos.[b](qđ nõ
poteſt eſſe regulariter,niſi in foro ſeculari,vt s̃.c.ſi clericus.)
debet ibi ſeruari ius canonicum.cõtra imò videtur, ꝙ iudex
laicus debet in ſuo foro ſeruare conſuetudines,& leges:vt ſic
conſuetudo nullius peregrini priuilegio violetur vt 9.quæſt.
4 diſt.quæ contra morem.¶†Sol.dicit gl.epiſcopus habet Par
riſiis temporalem iuriſdictionem, & cognoſcit inter laicos:
ideò tenetur ſeruare canones,& non.ll.vt no.ĵ.c.prox. p Io.
An.ſuper verbo recuſari.vbi verò laici coram ſuo iudice con
ueniuntur à clericis,nõ tractabitur ibi cauſa iure canonico:
ſed ciuili,vel municipali.Ita dicit gloſ. quam aduocati ciuilis
fori multum allegant,ad probandum cauſas,quas mouẽt cõ
tra laicos in foro ciuili:non ſolùm ſecundùm leges, ſed etiã
ſecundùm ſtatuta,& conſuetudines ipſius fori tractãdas. Ita
dicit.Io.An.Do.Io.de Lig.duo membra facit. dicit enim,ꝙ
aut ſtatutum concernit cauſam:aut perſonam.primo caſu lo
quitur hic:vnde ſi dicat ſtatutum, ꝙ inſtantia duret duobus
menſibus,habebit locum in clerico litigãte ibi, ſecũdùm eũ.
qđ credo verum ſemper,quando ſtatutum diſponit ſuper li-
te ſine iudicij ordinatione:ſecus ſi ſuper cauſę deciſione: vt ſi
dicit ſtatutum,ꝙ 10.annis debitum ſit præſcriptum.clericus
enim agens contra laicum ad debitum in iudicio ſeculari,de
bebit audiri,non obſtante tali ſtatuto,quo clericus non liga-
batur:& ita intelligo,qđ no.Io.An.s̃.de conſti.j.in nouella.&
hoc verum,ꝙ clericus non ligatur tali ſtatuto:niſi in agendo
ſumeret adminiculum,& fundamentum ex ſtatuto : puta q̃a
petit exequi inſtrumentum confeſſionatum.qđ habet para-
tam executionem per ſtatutum:nam tunc videtur,ꝙ poſſit ſi
bi obiici præſcriptio ex eodem ſtatuto. ar.ff. de leg.2.l.ſi ex
duobus.& l.neminem.¶Quædam tamen lex videtur velle in
diſtinctè,ꝙ clerico litigãti in foro ſeculari omnia priuilegia
reſeruentur,vt in Auth.clericus.C.de epiſ.& cleri.ibi[ſerua-
tis clericorum priuilegiis.]&c.& vide Bar.qui aliter loquitur
ſuper illo articulo in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure. in re-
petitio-



petitione ſua.& Bal.in l.omnium.C.de ſac.ſan.eccl. qui vltra
prædicta nihil boni dicit.niſi,ꝙ remittit de hoc ad Spe.de di
ſpu.ad.§.porro.ver.ſed nunquid ec.ad Io.An.de op.no.nuc.
5 c.j.¶†Secundo caſu principali,quando quæritur, an ligetur
perſona clerici legis conſuetudine,& ſtatutis. dicendum eſt,
ꝙ non.contra prædicta poſſes dicere, & inſtare,ꝙ ſcholares
non poſſint conueniri in loco ſtudij, niſi de contractibus,&
delictis ibi initis,& commiſſis.ſequitur abſurdum, ꝙ ſi alibi
contraxit,vel deliquit, non poſſit toto tempore ſtudii conue
niri.¶So.dicit Hoſt.ꝙ in partibus ſuis defendẽdis cogũtur:
& ſi procuratorem non dimiſit, imputatur eis.ff. ex quibus
cau.ma l.ergo.& l. proce.de hoc. s̃.de of.dele.c.conſultatio-
nibus. Iniquum autem eſſet, ꝙ duobus locis ſe defendere
cogerentur.s̃.de reſcrip.c.fin.& de ſequeſtra.c.1.& C.de iu-
di.l.nulli.

A D D I T I O N E S.

a ¶Scholares.quæ priuilegia habeant, no.in Auth.habita.C.ne fi.pro pat. niſi in criminalibus,gl.in Auth.de mã.prin.§.non permittas.il.i. Doc.in Auth.habita.vbi Bal.in 7.col.

b ¶ Contra laicos.Clericus autem,an poſſit conuenire laicum coram iudice eccleſiaſtico,not.Io.de Turre crema.in c ſi quis.2.q.8.

c ¶Vnum collegium.Et maximè Cardinalium, vacante ſede Papali.Bart. in l.vbi abſunt.ff.de tu.& curat.da.ab his.& ibi Alex.in apoſt. ad ipſum in verſi.collegium Car.vbi videtur tenere contrarium. quod verum intellige in arduis,& periculo imminente.glo. in c.1. in ver. ſede vacante. de ſciſma.lib.6.gl.in cle.ne Romani.de ele.& per Doct. & Hoſt.in c. cũ acceſſiſſent.de conſti.

*S V M M Æ.*

1 *Laicus laicum ſuper re ciuili coram eccleſiaſtico iudice non poteſt conuenire,niſi in defectum iuſticiæ ſecularis.*

2 *Literæ apoſtolicæ contra laicum impetratæ ſunt ipſo iure nullæ:niſi in caſibus,in quibus laicus efficitur de foro eccleſiaſtico.*

3 *Iudex,qui cognoſcit de viribus literarum Papæ,poteſt pronunciare ſuper ipſarum efficacia.*

4 *Iuriſdictio deuoluitur ad iudicem eccleſiaſticum,propter negligentiã iudicis ſecularis.9.*

5 *Iuriſdictionis exercitium poteſt reſidere penes collegium.*

6 *Imperio vacante,Papa ſuccedit in iuriſdictione,& qualiter.nu.11.*

7 *Iuriſdictio ſuperueniens in perſonam iudicis non ratificat retrogeſta, quæ fuerunt nulla ratione defectus iuriſdictionis.*

8 *Iudex eccleſiaſticus quando habet temporalem iuriſdictionem,debet iudicare ſecundùm canones,non ſecundùm leges.*

10 *Rex,vel alius princeps,ſi eſt negligens,quis erit eius ſuperior.*

1 LIcèt ex ſuſcepto. Laicus laicũ
ſuper re ciuili
coram eccleſiaſtico iudice conuenire non poteſt, ni
ſi in defectum iuſtitiæ ſecularis: vel niſi conſuetudo illud ha-
beat.primò ponit dictum cum ſua modificatione. ſecunda
ibi[liceat.]prouidet contra granamina cõſulum.tertia ibi[ſi
2 non.]prouidet contra recuſationes ipſorum.¶Primò no.ꝙ
literæ apoſtolicæ contra laicum impetratę ſunt ipſo iure nu-
læ.ſecus ſi contra clericos,vt per totum tit.de reſcri. ¶Et in
tellige id.c.ꝙ non valent,niſi in caſibus.in quibus laicus effi-
citur de foro eccleſiaſtico.de quibus.s̃.eod.c.cum ſit.&c.no
uit.de iudi.& ſecundùm hoc illud[præſertim]exponitur tan
3 tùm qui forũ ſeculare contingunt,&c.¶†Secundò no.ꝙ iu-
dex,qui cognoſcit de viribus literarum Papæ,poteſt pronun
ciare ſuper ipſarum efficacia.concor.s̃.de reſcri. c. ſuper lite
4 ris.& e.tit.c.j.in cle.¶Tertiò no.† ꝙ propter negligẽtiam iu
dicis ſecularis deuoluitur iuriſdictio ad iudicem eccleſiaſti-
cum:ex tunc enim tenet impetratio, vt in verſi. dummodo.
¶Quartò nót.in ver.liceat.ꝙ de conſuetudine appellatur ad
epiſcopum: poteſt ergo conſuetudo operari,ꝙ non appella-
tur gradatim.de quo.ĵ.de ap.c.dilecti.& de præben.c.referẽ
a te.¶Quintò no.quando penes vnum collegium,a puta con-
ſulum,poteſt reſidere iuriſdictionis exercitium. de quo dic,
5 vt s̃.de conſti.c.quæ in eccleſiarum.per Inn. ¶ †Sextò not.ꝙ
vacante Imperio,Papa ſuccedit in iuriſdictione.an etiam ſic
ſuccedat vacantibus dignitatibus,& regnis,dicam.ĵ.¶Septi
mò no.in ver.ſi non.ꝙ contra vnum collegium poteſt allega
ri ſuſpitio,& dicta de cauſa recuſari. de quo dixi. s̃.tit. 1.c.j.
¶Opponitur & videtur,ꝙ ille tex.contrariatur ſubiipſi.pri-
mò enim mandat tales literas pronunciari irritas,& inanes.
ſecundò in ver.dummodo.innuit,ꝙ ſunt aliquæ negligentiæ
ſubſequẽtes. cum tamen,qđ eſt nullum, non poſſit tractu tẽ
poris confirmari,vt in reg.non firmatur.de reg.iur.li.6. & c.
ſi eo tempore.de reſcrip.eo.lib. ¶Sol. dicit Inn.ꝙ ille verſic.
dummodo.non debet intelligi de literis prius irritis pronun
ciatis.ſed de aliis poſt illam negligentiam impetratis:nã an-
te negligẽtiam Papa in laicos nullam habet iuriſdictionem;
ergo literæ contra eos impetratæ non tenent : nec proceſſus
habitus per eaſdem,vt l.ſi pater.C.ne de ſtatu defunc.nec ne
gligentia ſubſequens poſt ipſam datam faceret ipſas cõuale-
ſcere.quia negligentia requiritur ad ſubſtantiam impetratio
nis adeſſe à principio;ergo nullum fuit ar.dicti c. ſi eo tem-
6 pore.& l.in delictis.§.ſi extraneus.de noxa.hinc eſt,† ꝙ iuriſ
dictio ſuperueniens in perſonam iudicis,non ratificat retro-
geſta,quæ fuerunt nulla ratione defectus iuriſdictionis, vt l.
obſeruare.in fi.de offi.procon.& le.ad idem,qđ no.gl. in l. 1.
C.qui pro ſua iuriſ.Hoſt.tamen tenet, ꝙ literæ contra laicũ
impetratæ non ſunt nullæ,intantum, ꝙ ſuperueniente negli-
gentia iudicis ſæcularis,non poſſunt conualeſcere. imò poſ-
ſunt,ſecundùm eum.& ad verbũ,qđ eſt in tex.[irritas, & ina
nes]reſpondet:ꝙ debet intelligi,quando impetrans ſuggeſ-
ſit in reſcripto,ꝙ conſules negligentes erant,cum ſuper hoc
non fuiſſent requiſiti.ego teneo cum Inno. cuius opi. melius
ſuſtineri poteſt de iure. & idem tenet Io. Cal. vt dicam poſt
eum.ĵ.c.proxi.qđ videtur facere pro Hoſt. ſed non facit, vt
ibi per Inno.¶Secundò op.dicitur hic[hoc præſertim tem-
pore.]&c.quaſi innuat, ꝙ etiam ſi non vacat Imperium:poſ
ſit prius ad Papam, q̃ ad epiſcopum, ſi maluerit, appellare.
¶Sed contra,quia iſtam ciuitatem retinet epiſcopus in feu-
dum ab Imperatore:ergo ad ipſum dominũ feudi debet ap-
pellari.Solu.expone,præſertim.i.tantùm. 12.diſt.c. illo. cum
ſuis concor.Conſuetudo tamen operatur hic, ꝙ ex ſentẽtiis
conſulum appellatur ad epiſcopum,omiſſo Poteſtate. ar. de
præben.c.referente.& de oper.no.nũ.c.ſignificãtis.¶Sed ter
tiò.tunc ſi inſtabis,quia ſi ita eſt,ꝙ tamen vacante Imperio
appellari poſſit ad Papam.ergo gradatim eſt ad eum appel
landum,ſicut ad Imperatorem,cuius vice fungitur, vt l.Im-
perator.ff.de appel.cõiuncta.l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ſi qs
cau.hic autem relinquitur in poteſtate appellantis appellare
ad epiſcopum:vel ad Papam,cum epiſcopus non exhibet iu-
ſtitiam:qui forte timore conſulum exhibere non audebat.re
fert.Io.An.alios inutiles intellectus recitatione non dignos.
¶Quartò opp.& videt,ꝙ malè iſti conſules fuerunt recuſa-
ti. quia ſecundùm leges ordinarij non recuſantur,vt C.de iu
di.l.apertiſſimi.Sed cùm iſtam ciuitatem recognoſcat epiſco
pus ab Imperatore in feudum(vt dictum eſt)debent ibi ſer-
uari leges,& non canones permittentes ordinarios recuſari.
7 ¶†Sol.dicit Ab.vbi iudex eccleſiaſticus habet temporalem
iuriſdictionem,ſecundùm canones iudicat:non ſecundùm le
ges.ĵ.de app.c.ſi duobus. vbi per Io. An. Sed hæc ſol.poſſet
tolerari,vbi tractaretur de recuſatione epiſcopi,qui etiam ſi
ab Imperatore recognoſcat iuriſdictionem in feudũ, debeat
ſequi canones,argu.de iure patr.c.1.lib. 6.¶Sed hic tracta-
bant canones de recuſatione conſulum, qui ſunt iudices ſe-
culares in quorum foro videtur,ꝙ ſequi debuiſſent leges, &
non canones.poteſt dici,ꝙ conſules recipiebant confirma-
tionem ab epiſcopo feudatario Imperatori,vt in Authen.de
defen.ciui.Et ille eſt pulcher caſus,cum Imperator, vel alius
princeps dat in feudum ciuitatem,uel caſtrum vni epiſcopo,
an ſeruabit ibi leges,habito reſpectu ad dominum principa-
lem:an verò canones, habito reſpectu ad feudatarium, qui
eſt

eſt perſon a eccleſiaſtica·nam ſi totaliter res transferatur, &
incorporetur:mutato tunc ſtatu,& conditione perſonæ,alte
ratur ſimiliter ſtatus rei,& ſequitur conditio noui domini:
& ille eſt caſus in d.c.j.de iure pat. Quando verò non muta-
tur,ſed nouum ius in eſſe creatur, & producitur in re illa(qa
efficitur feudalis.vbi prius non eſſet)vtrũ feudatarius in exer
citio iuriſdictionis vtetur iure ſuo:vel iure domini concedẽ-
tis in feudum.iſte tex.facit,ꝙ iure ſuo.in contrarium facit c.
ad audientiam.j̃.de reſcrip.cogitabis.& vide quod dixi s̃.c.
verum.in 3.q.¶ Venio ad quæſtiones.dicitur hic, ꝙ cum va
cat Imperium,poteſt adiri Papa in quæſtionibus laicorũ:&
9 ſic †iuriſdictio iudicis ſecularis deuoluitur ad iudicem eccle
ſiaſticum,quando non eſt ſuperior,qui poſſit adiri. ¶ Quæ-
ro ergo,an ſint alii caſus.gl.plenè enumerat quoſdam alios:
& inter alios no.illum,cum aliquid fuerit ambiguum,& dif-
ficile:& inter iudices variatur,vt dicit gl.facit enim ad quæ-
ſtionem de duabus quartis.de qua.j̃.de teſta. ca. Rainutius.
ſcilicet,ꝙ in ambiguitate opinionum legiſtarum ſtetur inter
pretationi canonicæ ad fi.gl.adde 11.q.1.in ſumma. & iſtis
caſibus enumeratis in glo.addit quoſdam alios Io.And.ſ.cũ
locutus eſt de tẽporali iuriſdictione Eccleſiæ.j̃. de appe.c.ſi
duobus.Item per reconuentionem.4.q.8.c.cuius in agendo.
¶ Item cum conſuetudo hoc habet.s̃.e.c.clericus.vel priui-
legium.s̃.e.c.nouit.Item iudex ſecularis recuſatur, vt ſuſpe-
ctus,per hanc Decre.& in Auth.vt diſ.iud.§.j.& 2.Itẽ in cau
ſis mortuariorum à defuncto relictorum. in Auth. de eccle.
ti.§.ſi autem pro redemptione. ¶ Secundò quæro,qd ſi alius
rector alii ſuperiori,q̃ Imperatori ſubditus mortuus eſſet,
vel negligens in reddenda ratione:vel non eſſet rector in ali-
qua terra,dicit Inn.ꝙ illo caſu non deuoluitur iuriſ.ad Papã:
ſed ad proximum ſuperiorem. nam ſpũalis coniunctio, q̃
eſt inter Imperatorem,& Papam,operatur deuolutionẽ: de
qua in illo c.ſicut dicitur in ſimili.j̃.de teſta.c.requiſiſti.nam
Papa Imperatorem conſecrat,& examinat: & ipſius eſt ad-
uocatus.s̃.de elect.c.ven.64.di.c.ego.& c.tibi domino. hac
ergo ratione in iure quodammodo,quod ab Eccleſia Roma
na tenet,vt patet in d.ca.venerabilem.ſuccedat Papa,Impe-
rio vacante.Quid ergo dices,ſi non uacat, ſed ſubditi ita sũt
ſibi rebelles,ꝙ non põt facere iuſtitiam.dicit Io.An. ꝙ tunc
non fiet illa deuolutio,ſiue ſucceſſio in iuriſdictione:ſed de-
bet eum iuuare ad domandam rebellionem ſubditorum. ar.
10 96.di.c.cum ad verum.&c.¶ †Tertiò quæro quid ſi rex, vel
alius princeps eſt negligens,quis ſuperior eſt. dicit ꝙ idem,
ſcilicet Papa ſuccedit in eius iuriſdictione,ar.15.q.1. c.alius.
& s̃.de elec.c.cum inter vniuerſas. in fi. ¶ Sed hoc facit,quia
ab eo tenebat regnum:ſed de plenitudine poteſtatis, quam
habet;quia eſt vicarius Chriſti,vt s̃.ti.j.c.nouit.uerſic.non.n.
Inn.abundantius loquitur,dicens, ꝙ uacantibus regnis, &
principibus quibuſcunque,& vbicunq;,ẽt iudex ſecularis eſt
in miniſtranda iuſtitia Papa,non ſolùm de plenitudine pote
ſtatis:ſed ẽt de iure,& conſuetudine põt, & debet iuſtitiam
reddere;quia de iure communi hi caſus omnibus epis, & ci-
uitati,& ſuis diœceſ.ſunt communes.Ita dicit Inno.qui ſcđm
Io.An.poſt Ho. contradicere videtur ſibiipſi in ſequenti gl.
ſua,inquantum dicit, ꝙ hi poteſtatem habent tantummo-
do,quãdo ſubeſt neceſſitas iuris.quia dubium eſt in iure de
aliqua quæſtione,vt dixi s̃.in 1.q.vel ſubeſt neceſſitas facti:
quia non ſit alius iudex ſuperior,vt in illo c.ſiue ẽt facti; qa
ſicut maiores iudices,qui non poſſunt ſuas ſententias exeq̃:
vel nolunt,vbi debent,iuſtitiam exercere.j̃. qui fi.ſint legi.c.
peruenit.& optimè.j̃.de homic.c.pro humani.li.6.non ſim-
pliciter ergo propriam habent iuriſdictionem:ſed ad certos
caſus limitatam:vel ſi habet eã,habebat habitu,ſed nõ actu,
vt in illo.[mitte gladium in vaginam.]vt dixi.s̃.ti.1. c.nouit.
11 ¶ Quartò no.circa prædicta quæritur,†an in caſibus,de q̃-
bus.s̃.vidimus in 1.q.& præcedenti, in quibus Papa vẽdicat
ſibi iuriſdictionem ſuper aliquos,procedit de ordinata pote
ſtate,vel per vſucapionem:quia ſic ſibi placuit.dicit Inno. ꝙ
ex ordinata poteſtate.Deus.n.per ſeipſum, cum in eſſe pro-
duxit humanum genus,per ſeipſum rexit leges, & præcepta
tradidit.& tranſgreſſores ipſe puniuit, vt patet Gene. 1.& 2.
puniuit.n.Caym,Lamech, & quoſdam alios,vt patet Gene.
4.& 5.c.Recto mundo per ipſum Deum vſque ad Noe: tũc
cœpit Deus regere creaturas per miniſtros,quorum primus
fuit Noe.de quo(ꝙ fuerit rector populi) ex eo patet, ꝙ etiã
Dominus Noe,& filiis rectoriam dedit.Gen.9.¶ Et licèt nõ
legatur,quòd fuerit ſacerdos:officium tamen exiuit ſacerdo
tis ſtatim poſt egreſſum arcæ:anteq̃ leges populo daret.Ge-
na.8.ibi[ædificauit autẽ Noe.] qđ officium ſacerdotis ſimul
Abel,& Caym prius ſimiliter fecerãt. ¶ In hac ergo vicaria
ſucceſſerũt patriarchæ,Reges,iudices,ſacerdotes,& alij, qui
propriè fuerunt in regione populi Iudeorum. & ſic durauit
vſque ad Chriſtum,qui fuit naturalis dominus, & rex verus.
de quo dicit Dauid pſal.71.Deus iudicium tuum regi da.&
Eſaiæ.33.Dominus enim iudex noſter:Dominus legifer no-
ſter:Dominus rex noſter.& ipſe Ieſus Chriſtus vicariũ ſuum
conſtituit Petrum,& ſucceſſores ſuos,quando ei dedit claues
regni cœlorum. & quando dixit[ & paſce oues meas.] pro
iſta concludit Io.An.poſt Inn. ꝙ licèt multa ſint regimina:ta
men cũ imminet neceſſitas iuris, vel facti,ſemper ad Papam
recurrendum eſt de iure,ex ordinata poteſtate,progrediente
à creatione mundi,vſque ad ipſius creationem,vt s̃.probatũ
eſt,ſecundùm eum.¶ In Apocalipſi etiam legitur. [factũ eſt
regnum huius mundi Domini Dei noſtri,& Chriſti filij eius:
& regnat in ſecula ] Apoc.11.[Sibi data eſt omnis poteſtas
in cœlo,& in terra ] Mathei vltimo.c.vt impleatur illud Eze
chielis.81.[Faciam eos gentẽ vnam, & erit vnus rex omni-
bus impijs: & non erunt vltra duæ gentes. ] per Criſtũ enim
omnes monarchiæ fuerũt deſtructæ,& reprobatæ.Ipſe enim
eſt ipſe lapis ſine manibus abſciſſus: qui ſtatuã percuſſit in
pedibus,& contriuit.per quem illæ quatuor monarchiæ figu
rantur.ſcilicet Aſſyriorum,Perſarum.Græcorum, & Roma-
norum.& eſt not. ꝙ eam percuſſit in pedibus: quia ſicut pes
eſt vltima pars corporis:ſic Romanorũ monarchia fuit vlti-
ma.¶ Sed ſecundùm prædicta quid dices de poteſtate Impe
ratoris: duo enim non poſſunt habere eiuſdem rei dominiũ
inſolidum:nec poſſeſſionem,vt l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehi
culum.ff.commo.& l.3.§. ex contrario.ff. de acqui.poſ. ¶ Si
ergo omnis poteſtas in cœlo, & in terra data eſt Papæ:mul-
ta iura,quæ dicunt eſſe contrarium,ſunt malè poſita. dicit.n.
lex,ꝙ Imperator Dominus mundi eſt,vt ff.ad legem Rho.de
iac.l. deprecatio.¶ Et omnia principis eſſe intelliguntur l.be
ne à Zenone.C.de qua.præſcrip.Rem enim meam poſſum al
teri dare.ff.de rei vẽdi.l.Item ſi verberatũ.& l.cuius.de euic.
populus enim ei,& in eum omnem peteſtatem tranſtulit, vt
Inſti.de iure na.gen.& ciui.§.ſed quod principi. & eũ in do-
minum elegit, principem: vt apparet in Saul.8.q.1.ca.Moy-
ſes.¶ Et ibi no.[ſicut collegium.]&c.eligit ſibi prælatum.de
elec.c.j.neceſſarium enim fuit per vnum reipublicæ prouide
ri.ff.de ori.iu.l.2.§.nouiſſimè.7.q.1.c.in apibus. nã multi de
facili diſſentiunt.de lib.vni.l.1.ſub eo enim ſunt oẽs nationes
11.q.1.c.hic ſi quis.& totius orbis obtinet monarchiam.11.
q.c.futurã,& quia imperium à cęleſti maieſtate traditũ eſt.
C.de vete.iu.enu.l.1.in princ.¶ Sacerdotium enim,& Impe-
rium ex eodem fonte procedunt, in Auth. quo. opor.epiſ.in
prin.¶ Imperatorem enim miſit Deus legem animatã in ter
ris.in Auth.de conſul.§.fi.col.4.& ideò Deus de cœlo Impe
rium conſtituit:vt difficilibus legem imponeret:& generi hu
mano iura diſtribuat.in Auth.de inſtru.cau.& fide.§.qa igi-
tur.col.6.& ſic cum à Deo fuerit conſtitutum Imperiũ: qa
non eſt poteſtas,niſi à Deo.de homic.c.pro humani.§.j.li.6.
qui enim ei reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit.11.q.3.c.qui re-
ſiſtit.qui enim pręceptum contemnit Imperatoris,ſibiipſi iu
dicium acquirit.& inter homines pœnas luit. & apud Deum
fron-



frontem non habebit 11.q.1.c.Imperator. omnia enim ſibi
licent,& ſua ſunt vniuerſa.23.q.7.c.conuenior. hoc etiã pro
batur per c.per venerabilem.qui fi.ſint leg. vbi dr̃ notabili-
ter,ꝙ Rex Franciæ de facto non recognoſcit Imperatorem:
quaſi dicat de iure debet recognoſcere. nam & dñs manda-
uit reddi,quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Matth.22.& ſoluit tribu-
tum.Matth.17.& 28.q.1.ca.iam nunc. ¶ Et conſtituit Deus
duo magna luminaria,vt s̃.de ma.& obe.c.ſolitæ. ex quibus
iuribus patet,ꝙ iſta naturalis poteſtas, & Imperiũ reſideat
penes Imperatorem.& fuit ſibi data à Deo Inn.autem con-
cluſit,vt s̃.& probauit,ꝙ reſideat penes Papam.quid dicen-
dum.ſolutio ad me non pertinet:ſicut de ſe dicit Accurſi. in
Auth.quo.opor.epiſ.in prin.colla.1.ſed glo.in c.nouit. s̃.tit.
1.dixit,ꝙ Papa habeat vtrunq; gladium habitu, ſed actu nõ
habet executionem gladii temporalis. Auguſtinus præcisè
dicit,ꝙ iura humana poſſeſſionum, & ſimilia ſunt Imperato
ris.8.di. c.quo iure.& beatus Cy.dicit, ꝙ dñs Ieſus Chriſtus
actibus propriis,& dignitatibus diſtinctis officia, & poteſta
tes vtriuſq; diſcernit, vt Chriſtiani Imperatores pro æterna
vita pontificibus indigerent, & pontifices pro curſu tempo-
ralium tantummodo rerum imperialibus regibus vterẽtur.
Ita habetur tranſumptiuè.10.di.c.cum idem.cui concor. op
timè in præalle.Auth.quomodo oportet epiſcopos. in prin.
Iſta.n.ſunt duo luminaria inſtituta à Deo:vnum,vt præeſſet
nocti.i.terræ.alterum diei,vt le.& no.in d.ca.ſolitæ. ¶ Et iſta
diſtinctio æqua videtur,ne promiſcuis rerum actibus turbẽ-
tur officia.vt l.conſulta diualia.C.de teſta.& ne ille, qui diui
nis rebus præſidere vr̃,negociis ſecularibus implicetur,vt di
cit tex.in d.c.quoniam.&c.

A D D I T I O.

a ¶ Lamech.Adde 15.q.1.c.illud relatum §.ſed obiicit, & ibi quis eorum magis peccauerit.ui de Io.de Tur.Cre.

*S V M M AE.*

1 *Vidua laicũ coram iudice eccleſiaſtico conuenire non põt:niſi in cauſã eccleſiaſtica,vel in defectum iuſtitiæ ſecularis.*
2 *Iudex non debet fauere alicui,quantumcunq; priuilegiato, cum alterius detrimento.*
3 *Iudices,quibus præcipitur,ꝙ in defectum iudicis ſæcularis procedãt, quo uigore procedent.*
4 *Viduæ ſunt de foro eccleſiæ propriè.*
5 *Literę impetratæ contra laicum ad eccleſiaſticum iudicem an ualeãt.*

1 EX tenore. †Vidua a laicum coram iu-
a dice eccleſiaſtico conueni-
re non põt:niſi ſuper cauſa eccleſiaſtica:vel in defe
ctu iuſtitiæ ſecularis.¶ In prima Comitis conqueſtio.¶ In ſe
cunda Papæ prouiſio.ſecunda ibi [ nos igitur. ] quæ tria fa-
cit.cauſam reddit.ſuperſederi mandat.duos caſus excipit.
¶ Primò no.ꝙ hic erat quæſtio de hæreditate (& ſic non de
re feudali)& tñ dominus, de cuius foro ſunt litigatores, põt
ſubdito prohibere,ne litiget coram alio, q̃ coram ſe.& ſic fa
2 cit ad no.s̃.eo.ca.1.¶ Secundò no.ꝙ non debet iudex fauere
alicui,quantumcunque priuilegiato, cum alterius detrimen
to.concor.ti.de admi.tu.l.impuberi filio conturio. beneficia
enim,& conceſſiones principum debent interpretari,ne per
ipſa alterius ius lædatur,vt l.2.§.ſi quis à principe.§.meritò.
ff.ne quid in loc.pub.& c.ex tuarũ.de auct.& vſu pal.¶ Ter-
tiò no.ꝙ literæ iuſtitia impetratæ à vidua non ſunt ipſo iure
nullæ:ſed in ſuſpenſo.nam aliud eſt in ſuſpẽſo manere: aliud
opprimi:vel extingui.& hoc in l.illa. §.j. ff. de hæred. inſtit.
& ex hoc patet, quòd quandoq; iuriſdictio dormit, nõ quò
ad eſſe:ſed quò ad exercitium,vt s̃.de reſcrip.c.paſtoralis.&
quod ibi dixi:an poſſit talis iuriſdictio prorogari.& de reſc.
c.ab excommunicato.& quod ibi per Doct.facit ad materiã
l.3.§.fi.cum ibi no.de lib.& poſth. vbi aliter iudicatur de te-
ſtamento à principio nullo.aliud de eo,quod habuit ſubſiſtẽ
tiam,& defecit,& deinde ea deficiens eſt ſubmota. facit ẽt l.
ſi teſtamentum.ff.de teſta. ¶ Quartò no. ꝙ iſte erat Comes,
& per eius negligentiam deuoluitur iuriſdictio ad delegatũ
Papæ.¶ Sed cum iſte Comes ſubſit Regi Franciæ:quomodo
b ad ipſum Regem fit illa deuolutio b.dicit Io.An.ꝙ tex. ĩ ver.
dummodo.non dicit per Comitem, ſed per iudicem ſecula-
rem.ex quo tacitè põt intelligi,ꝙ fortè Rex Frãciæ ſuperior
Comitis primò debet requiri,ar.s̃.e.ti.c.ex tranſmiſſa.Pe.&
Ab.non dicit plus.Io.An.ſuper hoc, & eſt bene dubitabile:
an iura,quæ loquuntur de iſta deuolutione ad iudicem eccle
ſiaſticum per negligentiam iudicis ſecularis,intelligantur de
negligentia iudicis ſolius cognoſcentis: an ẽt ſuperioris eiuſ-
dem,& contra dictum vſq; ad principem. durum enim pri-
mum,& durius illud vltimum, tot iudicum negligentias ex-
pectare,& primum ẽt abſurdum, ꝙ per vilis iudicis negligẽ
tiam cauſæ ſubtrahantur à ſuperiore illius, ad quẽ pertinet
eum corrigere,& punire.Imperator dicit, ꝙ ſibi iudicis ne-
gligentia intimetur.in l.fi.C.de temp.ap.§.illud.dixi s̃.in ca.
3 prox.in 2.q.¶ †Quærit gl.fi.vtrùm iudices,quibus præcipit,
ꝙ in defectum iudicis ſecularis procedant vigore primarum
literarum:vel vigore huius vltimi mandati.dicit gl. ꝙ per li-
teras prius impetratas:quæ non fuerant nullæ:ſed in ſuſpen-
ſo.ſicut multi alii actus pendent ex futuro euentu. vtrùm va-
leant,vel non,vt l.j.§.ſi pendeat.ff.ad Mace. cum multis ſim.
in glo.¶ Et hoc tenet Inn.in literis impetratis à vidua: ſecus
ſi à laico non miſerabili: quia tunc ipſo iure ſunt nullæ: nec
poſſunt conualeſcere,vt ipſe tenuit.s̃.c.prox. ratio differen-
4 tiæ eſt:†quia viduæ ſunt de foro eccleſiæ: licèt eccleſia defe-
rat iudici ſeculari,ſi non fuerit negligens:ſed laici, non ita,
Ideo literæ viduis conceſſę facilius cõualeſcunt,quàm alię,
quæ ſunt nullæ,ſecundùm In.Ho.contra,vt dixi in d.c. licèt.
5 ¶ Si tamen plenius vis ſcire,†vtrũ literæ impetratæ cõtra lai
cum ad eccleſiaſticum iudicem valeant,vel non:an verò ſint
in pendenti:vt ſi iudex ſecularis poſtea ſit negligens, per ea.
poſſit procedi,ſic diſtingue:aut cõſuetudo loci approbat ta-
les literas:& tunc valent. Ita ꝙ incontinenti procedi poteſt.
s̃.c.ſi clericus.aut in loco,vbi ſunt impetratæ,non eſt cõſue-
tudo:& tunc aut ſunt impetratæ in cauſa,quæ de iure,vel cõ
ſuetudine ſpectat ad forum eccleſiaſticum:aut in alia.primo
caſu valeant:& ſine alio euentu incontinenti p̃t procedi per
eas,vt hic,& s̃.eo.c.cum ſit.& j̃.eo.c.conqueſtus. de exce.c.
2.li.6.& de verb.ſig.c.ſuper quibuſdam. ¶ Si autem non eſt
talis cauſa:& tunc aut locus,in quo ſunt impetratæ tales lite
ræ,eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ:& tunc idem dic,
vt j̃.de iura.calum.c.cum cauſam.& de app.c.ſi duobus. de
teſta.c.Raynutius.& Raynaldus.ne cle.vel mo.c.fi.lib.6.aut
locus prædictus non eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ:
& tunc aut ſpectat cognitio illius cauſæ primo loco ad Impe
ratorem,& vacat Imperium:& tunc idem,vt s̃.ca.proxi. aut
non vacat Imperium:vel cognitio ſpectat ad inferiorem iu-
dicem ſecularem.& tunc aut literæ ſunt ſubreptitiæ:aut non.
primo caſu: puta ꝙ in eis exprimitur, ꝙ iudex ſecularis eſt
negligens,cum adhuc coram eo non ſit querela depoſita:vel
ſit cauſa inchoata:ita corã epiſcopo ipſe procedit, & ſic nõ
eſt negligens:vel quia in literis faletur verum; videlicet quia
de proceſſu coram ſeculari iudice inchoato nulla ſit mẽtio:
quibus caſibus literæ non valent. & ſic per eas non põt pro-
cedi,ſaltem exceptio oppoſita ad hoc.j̃.e. c. ex parte B.& s̃.
de reſcri.c.ſuper literis.& de re iu.c.inter mon. ¶ Si aũt lite-
rę non ſunt propriè ſubreptitiæ, aut inchoatus erat ꝓceſſus
per iudicem ſecularem:ſed fuerunt impetratæ, facta mẽtio-
ne de illo,& ſub cõſtitutione,ſi poſtea negligens eſſet: & tũc
planum eſt,ꝙ adueniente conditione ( ſcilicet in caſu negli-
gentiæ)per eas poterit procedi.s̃.eo.c.ex tranſmiſſa. aut cau
ſa non erat inchoata coram iudice ſeculari:nec in literis ali-
quid dicitur de negligentia. & tunc aut perſonæ miſerabili:
aut non miſerabili.ſi miſerabili,aut ſuper poſſeſſorio; & tũc
valent,

valent,vt incontinenti per eas procedatur.ĵ.ca.ex parte. aut
ſup petitorio:& tunc,eſt in pẽdẽti, donec iudex ſecularis ne
gligens fuerit,& prius procedi nõ poteſt per eas,vt hic. ¶Si
verò huiuſmodi literæ ſint impetratæ à perſona non miſera-
bili:tunc credo cum Inn.tales literas non valere , ſaltem ex-
ceptio.oppoſita,vt ſ̃.c.proxi.in prin.& ibi dum dicitur[dum
modo]intelligo,ſecundùm Inn.de literis poſt negligentiam
impetratis : quia reſcriptum impetrari debet ſecundùm ius
commune.de reſcr.c.cauſam quæ.& in Auth.de iud.§.omnis
autem.coll.7.Sed ius commune non vult hoc caſu per iudicẽ
eccleſiaſticum procedi.ſ̃.eo.c.ſi clericus.facit ĵ.eo.c.ex par-
te.¶Illa eſt diſtinctio domini Io.Cal.quam hic ponit. Vlti-
mò aduerte,ꝙ illa deuolùtio ſolùm videtur habere locum in
caſu negligentiæ:ſi verò iudex ſecularis iniuſtè,vel aliter ma
lè pronunciat,iudex delegatus eccleſiaſticus ſe nõ intromit
tet,quia ſolam negligentiam ſupplere debet , ſecundũ Vinc.
Pet.& Aegi.ita dicit Ioa.An. cuius alia hic ſcripta prætereo :
quia ſatis leuia.

ADDITIONES.

a ¶Vidua Quod intellige,quando eſt diues.ſecus ſi eſt pauper,vt no.in c.
ſignificantibus,& ibi Pan.& Fe.in prin de off.dele.idem Abb.in ca.ſuper
quibuſdam.ver.no.§.cum autem.de ver.ſig.

b ¶Illa deuolutio.De materia huius c.vide in c.ſignificantibus.ſ̃.de of.de
leg.Pe.de Anch.in prima op.

*SVMMAE.*

1 *Clericus non põt ſibi conſtituere laicum iudicem, etiam ſi propriũ iu-
ramentum,& aduerſarij conſenſus accedat.*

2 *Actor,qui trahit clericum coram iudice ſeculari:ſi perdit cauſam,an
perdat ipſo iure,uel per ſententiam.*

*Et ſi agat,antequam priuetur , an poſſit excludi per exceptionem.
nume.11.*

3 *Clericus ſubijciens ſe iuriſdictioni iudicis ſecularis , qualiter pu-
niatur.*

4 *Priuilegio conceſſo vni de collegio , non poteſt alij de collegio renun
ciare.*

5 *Iuramentũ non confirmat pactum à iure reprobatum. & nu.9.*

6 *Iuri pro ſe introducto an quis poſſit renunciare.*

7 *Ius qualiter cognoſcatur,& an ſit principaliter inductum in fauorẽ,
an in odium.*

8 *Clericus an poſſit renunciare foro ſuo.*

10 *Clerici ſponte litigantes coram iudice ſeculari,an perdant cãm ipſò iu
re,vel beneficium:an verò per ſententiam.*

12 *Clericus,qui traxit clericum,quando incidat in pœnam huius cap.*

13 *Sñia ſi fertur à iudice ſeculari contra illũ, qui trahit clericũ corã nõ
ſuo iudice:uel contra clericum,qui ſpontè trahitur,an ualeat.*

14 *Applicari cui debeat illud,in quo clericus eſt condemnatus trahenti
eum ad vetitum examen.*

1 SI diligenti. †Clericus non poteſt ſibi cõ
ſtituere laicum iudicem, etiã
ſi proprium iuramentum, & aduerſarii conſenſus ac-
cedat.poteſt diuidi in tres partes.In prima parte ponĩt falſa
opinio archiepiſcopi Piſani. Secunda ipſius impugnatio.
Tertia concluſio.ſecunda ibi[immemor.]tertia ibi [manife-
ſtè.]¶Primò no.regulam,ꝙ pactis priuatorum iuri publico
non derogatur.de quo in prima gl. ¶†Secundò no.ꝙ actor,
2 qui trahit clericum a coram iudice ſeculari,perdit cãm. vtrũ
a autem ipſo iure,vel per ſententiam:dic,ut in gl. ſed nunqd.
3 ¶†Tertiò no.in ver.tam epiſcopi.ꝙ clericus ſponte ſe ſubij-
ciens iuriſdictioni iudicis ſecularis puniatur diuerſimodè.In
criminali enim præcisè beneficio priuatur. in ciuili ꝑdit cau
ſam,vbi velit beneficium retinere aliquantulum:ergo minus
punitur clericus ſe ſubiiciens in ciuili: quia non præcisè per-
dit beneficium,ſed ita,ſi obtineri voluerit,quod euicit . pœ-
na ergo quandoq; imponitur alternatiuè: & tunc eſt electio
delinquentis,vt hic.de quo dic,vt C.de ſer.fug.l.quicunq;.&
dicam ĵ.eo.c.conqueſtus.facit ĵ.de vi.& hon.cle. c.à crapu-
4 la.in fi.¶†Quartò no.ꝙ priuilegio indulto vni collegio , vel
vniuerſitati:vnus de collegio renunciare non poteſt , ẽt quò
ad commodum eius,quod renuncians conſecutus eſt ex illo
5 priuilegio.¶†Quintò no.ꝙ iuramentum non confirmat pa-
b ctum à iure reprobatum.b concor. C. de legi.l.non dubium.
ſimiliter non confirmat pactum contra bonos mores , vt in
reg.non eſt obligatorium.de regu.iu.lib.6.¶Parum vtiliter
Io.An.meo iudicio proſequitur apparatum huius c.ſequen-
do ergo ordinem gl.ipſarum materias latius declarabo.Ca-
pio ergo gl.5.& opp.dr̃ hic, ꝙ pacto priuatorum non põt iu
ri publico derogari . Sed contra de l.paciſci.ff.de pac.& de
temp.app.l.fi.in fi.de regu.c.ad apoſtolicam. cum aliis ſimi-
li.alleg.in gl.quæ minus perfectè ſoluit. ¶Aduerte,quia pri-
mò diſtinguẽdum eſt ſpecialiter quò ad forum. an poſſit qs
renunciare priuilegio fori.Scdò generalius diſtinguẽdũ eſt,
an poſſit qs renũciare iuri pro ſe introducto. quos duos paſ
ſus Io.An.ꝓſequitur ſup j.gl.¶Quò ad primũ igitur plenius
ſic diſtingue:aut lex diſponit de foro fauore ſuperioris.verbi
gratia l.diſponit,ꝙ de qõne inter vaſallos cognoſcat domi-
nus feudi,vt ſ̃.ti.j.ca.ceterùm. certè feudatarius non poterit
litigare in alio foro:& poterit eum dominus prohibere,vt l.
Imperialem.§.præterea.de prohib.feu.alien.lex diſponit de
foro fauore rei,& fauore tertii(puta reſpectu clerici) & non
valet renunciatio; quia contumelia inferretur ordini clerico
rum,vt in iſto c.& Auth.cauſa,quæ fit cum monacho. C.de
epi.& cle.ibi, dum dicit[tanquam dignitati]& l.qui per ſalu
tem.de iureiu.ff.ibi[reſpectu diuini iuris.]&c.Non ob.l.ſi qs
in conſcribendo.C.de epi.& cle. quia tempore illius nõ erat
conceſſum priuilegium reſpectu totius ordinis: ſed reſpectu
ſingulorum de ordine clericali.vnde poterant ſinguli tãquã
iuri proprio renunciare.quod hodie eſt correctum , vt aliter
ĵ.dicam.aut lex diſponit de foro mera conſideratione priua
torum:& hoc refert,: aut quis vult ſe ſubmittere priori ſancti
Angeli:& non poteſt,primò quia iuriſdictio non poteſt dari
à priuato . Secundò quia non poteſt corroborari per litis
conte.nam coram priuato nulla eſt conteſtatio. C.de iuriſd.
om.iu.l.priuatorum.aut vult prorogare forum,vbi eſt ( licèt
non quò ad ipſum)& tunc aut ſe ſubmittendo in iudicio , &
corã iudice:& non poteſt declinare,vt l.& eſt receptũ.de iu-
riſd.om.iu.& l.ſi conuenerit.aut non ſolùm conſentiẽdo:ſed
confitendo,& prorogãdo.& tunc ſibi preiudicat , vt d.l.ſi qs
in conſcribendo.& ad hoc facit gl.in l. j. ff. ſi quis in ius voc.
non ie. ¶Alii dicunt in illo membro , quando.ſ.quis vult ſe
ſubiicere iuriſdictioni non ſui iudicis : aut quis promiſit ſol-
uere in illo foro:& nõ poteſt declinare;quia locus ſicuti ſum
ma eſt pars contractus:quia continet quoddam intereſſe in-
trinſecum,& promiſſio regulatur ab illo loco,tanq̃ à fine,vt
l.contraxiſſe.de act.& obli.Et intellige,ꝙ ſortitur ibi forum,
vbi contraxit,in cuius ſimili teneretur reſpondere in ſuo do
micilio:vnde clericus in loco,vbi contraxit,conuenitur corã
illo epiſcopo,& non coram Poteſtate.glo.eſt in Auth.qua in
prouincia.C.vbi de crimi.agi oportet.& facit ĵ.eo.c.cũ dile-
cti.aut non eſt collata ſolutio,ſed deſtinata litigatio:quia ꝓ-
miſit reſpondere ibi.& hoc refert.aut ille iudex habebat iu-
riſdictionem inter litigantes:licèt poſſit declinari,vt in ſcho
lari,qui habet plures iudices: & tunc debet ſeruari pactum :
quia cum iuriſdictio eſſet iam nata:& in actu potuit renun-
ciari exceptioni declinatoriæ.hoc enim vocatur pactum iu-
riſdictionis,non euitando ꝙ valet; quia talis iuriſdictio ha-
bet fundamentum ſine pacto:vnde ſi quid eſt,quod eam poſ
ſit elidere,poteſt tolli per pactum.& ita loquitur l. ſi quis in
conſcribendo.ſecundùm alium intellectum,& ſ̃.de iudi.c.1.
aut ille,cuius forum non declinare promiſit,non eſt ſuus iu-
dex:& tunc ſi ibi non contraxit,nec reſpondere promiſit: ra
tione promiſſionis eius iuriſdictioni ſe ſubiicere non cõpel-
litur;quia poteſt pœnitere ante litis conte. vt d.l.ſi conuene-
rit.exercitium enim iuriſdictionis non debet fundari ex pa-
cto:ſed debet fundari per ius ciuile,vt præalle.l.& l.ſi cũ do-
tem.



tem.§.eo aũt tpe.ff.ſo.ma.& hæc de primo articulo, an poſ-
ſit quis renunciare proprio foro,& alteri ſe ſubiicere.¶†Se-
6 cundus paſſus eſt,an poſſit quis renunciare iuri pro ſe intro
c ducto c. & ſuper iſto articulo. primò referam diſtinctionem
Io.Cal.ſecundò Bar.dominus Io.igitur ſic diſtinguit.aut re-
nunciat iuri naturali,aut alteri. primo caſu nõ tenet renũcia
tio.ff.de pac.l.ius agnationis.5.di.in prin.c.ſi aliter.aut illud
eſt introductũ in fauorẽ renunciantis tm̃: aut ſui, & alterius.
primo caſu,aut renuncians non hẽt illius iuris plenã diſpoſi
tionẽ:& tunc non licet.ff.ad l.aqui.l.liber hõ. & C.de lib.cã.
l.nec ſi volens.& ĵ.de præb.c.dilectã. ¶Aut hẽt plenam ad-
miniſtrationẽ illius iuris:& tunc aut renunciatio eſt contra
bonos mores:& non tenet.C.de pac.l.vlti.& l.alia.§.elegan-
ter.ff.ſo.ma.& c.vlti.ĵ.de fer.& c.Quintauallis. de iureiur.&
c.non eſt obligatorium.de reg.iu.li.6.aut non eſt contra bo-
nos mores:& tunc aut per talem renunciationẽ quis inducit
ad delinquendum:& non valet,vt l.ſi vnus.§.illud. de pact.&
de pac.do.l.conuenire.de iureiur.c.quemadmodum.in fin.&
ſic nec hoc caſu valet conſuetudo.de conſue.c.j.li.6.Aut per
hoc non inducitur ad delinquendum:& tunc tenet,vt hic,cir
ca fi.& ĵ.c.dilecti.de conſti.c.cum acceſſiſſent.¶Fallit ĩ qua
tuor caſibus primus eſt.C.de pac.pig.l.fi. & eſt ibi ratio pro
pter auaritiam creditorum.Secundus.de tranſa.l.cum hi. pp
fauorem alimentorum vltimæ voluntatis.Tertius eſt.ff.de ꝑ-
car.l.cùm precario.& ĵ.de precar.c.vlt.quia non valet pactũ
contra naturam contractus.Quartus eſt.ff.cõi di.l.in hoc iu
dicio.§.ſi conuenerit.Ratio,quia ibi cõio,quæ per pactũ in-
ducitur,ſolet diſcordiam parere.ff.de le.2.l.cum pr̃.§.dulciſ
ſimis.de ſen.exc.c.ex tenore.Si verò illud ius fuit introductũ
in fauorẽ ſui,& alterius:ſiue reipublicæ,ſiue alterius. tunc in
ꝑiudicium alterius non tenet renũciatio.ff.de pac. dot. l.2.&
ff.ſo.ma.l.j.de procu.l.filiusfa.§.veterani.& ar.de iur.cal.c.j.
2.rñſo.li.6.& ĵ.de arb.c.cum tpe.ĵ.de ſen.exc.c.cum cõtin-
git. & de immu.ec.c.non minus. niſi per pactum contrariũ.
ĵ.de ſen.ex.c.in audientia.c.contingit. & c.perpendimus . &
ĵ.de cler coniu.c.j.& 3.& illa eſt diſtinctio domini Io.Cald.
¶Dñs Bar.plenius ſic diſtinguit:cum quęritur,vtrũ quis poſ
ſit renunciare iuri ſuo.dicas,ꝙ aut eſt ius naturale: aut poſi-
tiuũ. Primo caſu nõ p̃t,quia de neceſſitate ineſt,vt l.iura ſan
guinis.de reg.iur.& l.ius agnationis.de pact. ¶Secundo ca-
ſu,aut eſt ius poſitiuum : quod ſtatuit certam formam acti-
bus hominum:vt ꝙ teſtamenta, vel contractus fiant cum cer
ta ſolẽnitate:& non poteſt renunciare , vt l.nemo poteſt. de
le.j.& C.de teſtam.l.teſtandi.aut ius non diſponit per modũ
ſolẽnitatis, vel formæ, ſed alio mõ in actibus hoĩum : & tunc
aut eſt ius principaliter publicum:& ei non põt renunciari ,
vt l. ius publicum.ff.de pac.aut eſt ius priuatũ: & tũc aut cõ-
tinet priuatam vtilitatem recipientis,& cuiuslibet alterius tã
tũ priuati.aut continet vtilitatem ſolius renunciantis.primo
caſu,aut põt publica vtilitas ſeparari à priuata: & valet quò
ad priuatam vtilitatem,non quò ad publicam, vt l.iuriſgen-
tium.§.ſi paciſcar.ff.de pac.aut non põt ſeparari:& nõ valet
renunciatio,vt l.j.ff.de pact.do.coniuncta.l.j.ff.ſol.mat. & ff.
de poſtu.l.quos prohibet.& c.pia.de exce.lib.6. & l.2.§.ſed
quia veremur.C.de iura.cal. ¶Secundo caſu qñ continet vti
litatem renunciantis,& tertii priuati:tũc ſimiliter refert ; qa
ſi poteſt ſeparari,valet quantùm ad præiudicium renuncian
tis.non quantùm ad iùs tertii.ff.de contratabu.l.poſt mortẽ.
§.fi.ſed ſi non poſſunt ſeparari,non valet renunciatio,vt l.nõ
tantum.de ap.& de lib.cã.l.2.3.& 4.& quod no. in l.pactum
inter hæredes.ff.de pac.Et hæc diſtinctio de ſeparabili, & in
ſeparabili probatur,vt l.quod ſpõſæ.§.generaliter. ff.de do.
inter vi.& vxo.& de lib.leg.l.ſi is,qui duos.¶Tertio caſu,qñ
continet priuatã vtilitatẽ renunciantis tantũ:tunc refert.aut
illud ius eſt introductum principaliter in fauorem: aut prin-
cipaliter in odium alterius,& ſecundariò in fauorem renun
ciantis.primo caſu,ſi quidẽ ille fauor eſt introductus pp re-
nunciantis imbecillitatẽ:& non valet renunciatio , vt l. ſi iu-
dex circumuento.ff.de min.& l.doli mali.§.diuerſum.de no-
ua. & deleg. in gl.de renunciatione beneficii reſt.in integ.cõ
ceſſi minoribus pp ætatis imbecillitatem,cui renũciare non
pñt,vt dicit glo. & hoc verũ, niſi eſſet imbecillitas cauſata ra
tione præſumptæ ignorantiæ:qa tunc poſt certificationem
tenet renunciatio,vt in muliere renunciante beneficio Velle
d iani:d quod poteſt,ſi tamen fuerit certificata,vt in glo. ¶An
autem certificata præſumatur.dic ut no.idẽ Bar.in l.ſciendũ.
ff.de ver.ob.¶Si verò illud ius eſt inductum principaliter in
fauorem alia rõne:q̃ ratione imbecillitatis ætatis: tunc ſi di-
cta renunciatio eſſet contra bonos mores:vel induceret ali-
quẽ ad delinquendũ.& non valet,vt l.alia.§. eleganter.ff.ſol.
ma.¶Sed ſi non eſſet contra bonos mores : vel non induce-
ret aliquem ad delinquendũ:tunc valet,vt l.ſi quis in conſcri
bendo.C.de pac.hoc verũ,niſi in his, q̃ non dependẽt ex no-
ſtra poteſtate:& in libertate,q̃ ſola voluntate non perditur ,
vt C.de lib.cã.l.nec volens.hinc eſt, ꝙ nõ poſſumus nos obli.
gare ad pœnam perſonalẽ,vel ad mortem,vt no.23.q.5.ca.
cum hõ.Intellige tñ hæc cum limitatione,quam ponit Cyn.
in l.ad commentarienſem.C.de requi.reis.l.interdũ.§.qui fu
rem.de fur. ¶Secundo caſu principali,qñ introductum eſt
principaliter in odium alterius, & ſecundariò in fauorem re
nunciantis,vt eſt Macedonianum , introductum principali-
ter propter odium fęneratoris.& ſecundariò in fauorẽ filio-
rum fami.& non poteſt filiusfa.renunciare,vt hic in gl.& no.
7 in l.tam & ſi.ff.ad Mac. ¶†Sed hic incidenter quæritur,qũo
hoc cognoſcatur,an ſit inductum principaliter in fauorẽ:an
in odium.Rñdeo hoc perpẽdi põt ex ratione legis: nam aut
ratio legis conſiſtit in doli præſumptione:tunc eſt in odium:
aut in præſumptione imbecillitatis,vel alia æquitate. & tunc
eſt in fauorem,vt ff.de cond.ind.l.qui exceptio.& ibi eſt tex.
no.¶Si autem de ratione legis non conſtat : tunc ſi quidem
l.prohibet.& non põt renunciari,vt no.C.ne fid.vel man.do.
dentur.in rub.Si verò lex non prohibet,ſed permittit:tũc p̃t
tali legi renunciari.ſi non apparet,vtrũ ſit producta in odiũ,
vel in fauorẽ,omnis lex præſumitur fauorabilis,vt d.l.qui ex
ceptio.& iſta eſt diſtinctio Bar.in l.pe.C.de pact.Dom.Ioã.
An.poſt Ho.ponit hic aliam diſtinctionẽ non ita utilem:quę
tamen poteſt quaſi ad prædicta membra redigi, quaſi tota ,
quam etiam ponit Hoſt. in ſumma de renun.§.2.¶Remittit
etiam Ho.ad no.per eum in eod.ti.§.2.ſub §. liquet etiam ex
ꝑmiſſis ver.ſed nunquid clericus.& ſic ſub §.illud . & de hoc
in Spe.de renun.in conclu.§.2.& in Auth. vt matres ſine præ
iudi.§.quia verò.& ibi gl.tenet non ualere pactum,quod fa-
ciunt debitores creditoribus de ſolutione non probanda: ni
ſi per inſtrumentum.cum teſtificandi vtilitas ſit communis ,
vt in Auth.de teſti.in princ. non debet igitur anguſtari.C.de
hære.l.quoniam.in fi.imò debet impugnari.C.de reb.cred.l.
generaliter.in princ.nec ad vnam ſpeciem coarctari,vt ff.de
teſti.l.3.§.eiuſdem.& de renuncia.cap.in præſentia.& per il-
la ſit expedita materia huius primæ gloſſ.quæ quò ad cleri-
cos,quare non poſſunt litigare coram iudice non ſuo,reddit
aliam rõnem,q̃ reddatur.& ſubdit , vtrũ poſſint in arbitros
8 compromittere.dicam ĵ.¶†Secundò oppo.& videtur,ꝙ cle
ricus poſſit renunciare foro ſuo,ar.3.q.6.c.pulſatus.& Papa
renunciat ſuo foro.2.q.7.c.nos ſi.¶So.dicit gl.quæ incipit,ſi
ergo &c.ſm̃ quoſdam p̃t clericus renunciare ſuo foro tacitè,
non expreſsè,ſicut in ſimili.ff.de procu.l.filiusfa. §. veterani.
& C.de pac.l.vlt.gl.tenet,ꝙ nec tacitè,nec expreſsè p̃t. Non
ob.qđ dictũ eſt in Papa;qa nõ hẽt ſuperiorẽ,cuius debeat re
quirere cõſenſum.de ele.c.licèt. in fi.illã opi.ꝙ poſſit tacitè,
tenuit Io.11.q.j.c.inolita.¶Nã ſm̃ eũ,ſi aliud diceremus, ſe-
queret,ꝙ priuilegiũ ſcholariũ clericorum ſup electione alte
rius ex tribus iudicibus Ptãtis,epiſcopi,vel rectoris,non ha-
beret locũ.cõtra Auth.habita. ne fi. ꝓ pa. nã Imperator cõ-
ceſſit illud in priuilegium vniuerſaliter ſcholaribus(& ſic ad

ſcholares clericos:ſicut ad alios vr̃ extendi.)& hoc põt.ſ.per
ſuas conſtõnes dare priuilegia eccleſijs,& ſeruandæ ſunt, vt
dixi ſ̃.ti.j.c.nouit.Cõfirmari vr̃ opi.Io.ſ.ꝙ tacitè poſſit,p ca.
dilecti.ĩ.eo.& per alia iura,q̃ nolunt,ꝙ contrahendo,vel de-
linquendo clericus conueniri poſſit coram non ſuo epõ : &
ſic tacitè ex hoc ſuo facto forum conſequetur. opi.Bart.hic
tenet Bar.Brix.in d.c.placuit.& Ho.hic,& credo veriorem.
Non ob.quod dixi de cõtractu,& delicto:quia aliud eſt ſim
pliciter tacere,& permittere in cã procedendi.aliud eſt actũ
facere:per quem non principaliter, ſed incidenter ſortiat̃ qs
forum.hæc enim.l.forum conſtituit, & non hõ. ¶Similiter
clericus faciendo actũ contrarium clericatui , priuatur priui
legio fori.ĩ.de ſen.exc.c.perpendimus.& de biga. c.j.li.6.nõ
ſic aũt põt ſimplici taciturnitate priuari. Non ob.quod dixi
de ſcholari clerico,ꝙ per hoc perdat priuilegium , extendat̃
ad ſcholares clericos,vt no.Goff.in ſumma huius c.§.dubita
ri.licèt quidam dicant,ꝙ etiam locũ habeat in clericis ſcho-
laribus forenſibus tantũ:non in ciuilibus ibi ſtudentibus . &
hanc opi.dicit Spe.placere Io.& Vber.de Bobio. vt ipſe not.
in Spe.de reo.circa prin.vbi vide.quia ſuper hoc priuilegio .
& plenius per Ho.in ſumma.eo.ti.§.quib.ex cau.verſi.ſed cũ
illa.vbi tenet conſtitutionem illam non habere locum,etiam
in clericis alienigenis.nam per eam lęditur diœceſani iuriſdi
ctio.quod Imperator facere non poteſt:& ideo de rigore cõ
cludit Io.An.ꝙ dicta opi.Goff.ſit vera.ſ.ꝙ dicta quæſtio nõ
vendicet ſibi locum in ſcholaribus: quã etiam tenet Hoſt. &
de hac materia,quis exequatur ſententiam doctorum. & an
ſi ab ea appellatur,ad quem.vide in Spe.de ſen.ex. §.2.verſi.
quid de ſententia Doctorum.& ſeq.facit quod dixi ſ̃.eo.ca.
quod clericis.& de conſti.c.ex literis.& de conſue.c.cum di-
9 lectus.¶†Tertiò op.dicitur in fin.ꝙ tale pactum non poteſt
iurõ firmari.Sed contra.ĩ.de iureiuran.c.debitores.& c.cum
c contingat.In quibus patet,ꝙ iuramentum firmat c pactũ in-
terpoſitum ſuper re à iure reprobata.Solu.gl.ſi. format illud
contrarium,& non ſoluit.dic ergo, ꝙ quædam ſunt conuen-
tiones improbatæ ratione turpitudinis: & illę non firmantur
iuramento,vt c.non eſt obligatorium.de regu.iu.li.6.& l.ſti-
non eſt apertum delictum:ſicut eſt eſſe verum contumacem;
quia fortè dño non expedit proſequi.¶ Et per hoc conclu-
do cum Inn.ꝙ ſi procurator nō producit inſtrumēta, teſtes,
& alias probationes in cauſa,pręiudicat dño: nec beneficio
reſtitutionis iuuatur eccleſia.ſiue minor.ff.de minori.l. ſi mi-
nor. ¶Si verò producit inſtrumenta falſa,vel teſtes falſos:
vel corrumpat iudicem, non præiudicat domino: quia iſta
non veniunt in mandato. ¶ Sed hic incidenter quæritur
(quia vt apparet ex prædictis)magna eſt differētia, an ſit cō
18 tumax procur.an dominus.†quæro quando dicatur eſſe con
tumacia procuratoris,& qñ dñi.dicit Bar.ꝙ ſi eſt actus expo
diendus per dñm,& cum ipſo ꝑcuratore nil eſt geſtum:tunc
ſi con-

ſi conſtituit ꝓcuratorem, & eſt cōtumax:cenſebitur cōtuma
cia dñi,non procuratoris : quia qđ ipſe facere debuit , alteri
committendo,non eſt excuſatus,vt l.ſi procurator.§.ſi tuto-
res.ff.manda.hoc verum,niſi procurator fuiſſet caſu fortuito
impeditus,vt l.cum à matribus.C.qui pe. tu. Quãdoq; actus
radicatur in perſonam procuratoris;quia ipſe citatur: & eſt
contumax.& dicetur contumacia ſua.Ita no.Bar.in l.cum fi-
lius.§.in hac.de verb.obli.¶Vndecimò quæro quid in con-
19 feſſione†an confeſſio procuratoris noceat dño.[d]dic per Cy.
d C.de confeſ.l.vnica.& vnum notabile verbum vide in c.ꝑ in-
quiſitionem.de elec.in nouella.an eius confeſſio noceat dño.
in alio iudicio.& dicit,ꝙ non.;& c.ſi.de præſcri.vbi de confeſ.
ſione prælati.& c.ex parte.de confeſſis.per Io. Cal. in com-
mento.Et quid in confeſſio.tutoris,& curatoris in l.certum.
20 §.ſi de confeſſis.†Item an poſſit procurator renunciare ex
ceptio.peremptoriis,& dilatoriis:vel exceptionibus, quibus
vſitatum eſt renunciari in contractibus.dic per Bart. in l.fin.
in prin.ff.de his,quę in fraudem credi.per Inn.in c.grauis.ff.
depoſiti.Item an poſſit prorogare iuriſdictionē.de re ad rē:
vel de tempore ad tempus.dic per Inn.vt s̃.de offi.dele.c. cũ
21 olim abbas. &c. ¶Duodecimò quæro.† creditor liberauit
debitorem à debito,& promiſit vltra non petere, vel contro
uerſiam non mouere ſub pœna:modò non ipſe, ſed procura
tor eius generalis petit,& inquietat.an ex tali moleſtia inci-
dat dñs in pœnã:videtur,ꝙ non;quia hoc non venit in gene-
rali mandato.qđ nõ extenditur ad indebita exigenda,l.ſi ꝓ-
curator.ff.de condi.inde.& hoc verum,ſi peteretur pœna ex
illo capite,tanq̃ dñs petierit, vel peti fecerit: ſed ex alio capi
te peteretur,valet.qa debuit facere,& curare, ne ab alio pe-
teretur:tunc pœna committeret, & exigi poſſet. quia curare
debuit,ne peteretur ab his,quos potuit prohibere, & fuit in
culpa non præmonendo de hoc procuratorem ſuum,vt l.in-
ter ſtipu.in prin.ff.de verb.obli.& hoc verum, cum ex natu-
ra obligationis tenetur non ſolum non facere,ſed curare, ne
fiat.alias ſecus.requiritur enim,ꝙ habuerit hanc facultatem
prohibendi eo tempore,cum aliquid illicitum committitur,
vt l. in delictis. ĩ prin.ff. de noxa.Vel dic de iſta qõne,vt no.
Bar.in l.in illa ſtipu.ꝑ te nõ fieri. de verb.obli.¶Vltimò ſciē
dum eſt,ꝙ dñs Io.Cal.poſuit de prædicta materia hic talem
diſtinctionem.cum quæritur,an factum,dolus,contumacia,
vel negligentia procuratoris noceat dño , vel non. ſic diſtin-
gue.aut procurator excedit fines mandati. & tunc nõ nocet
dño id,qđ facit,ſiue ſit procurator datus ad negocia, ſiue ad
iudicia.s̃.de offi.dele.c.cum olim.& C.de procur.l.ſi procu-
ra.& j̃.de appel.c.ſignificante.aut non excedit fines mãdati.
& tunc aut habet ſpeciale mandatum ad id,qđ facit.quo ca-
ſu ē, ꝙ noceat dño.ff.de vi & vi.arm.l.j.§.deieciſſe. & de ſen.
ex.c.mulieres.ff.qđ quiſq; iuris.l.3.§.ſi ꝓcurator.& C.de di-
gni.l.penul.lib.12. aut non habet ſpeciale mandatum. & tũc
aut loquimur de his,quæ facit extra iudicium.aut de his,quę
facit in iudicio.¶Primo caſu ſiue habeat generale mandatũ
cum libera:ſiue ad vnum negocium tantùm contrahendum,
vel quaſi.& nocet dño ſcienti,vel ratum habenti.ff. de tribu.
l.procurationis. & de cauſa poſ.c.cũ olim.ſed ignoranti, vel
contradicenti non nocet.ff. de procura.l. ignorantis. & ſi qs
ius di. non ob.l.j.§.ſi procurator. & de lib. cauſa.l. in ſeruo.
& in Auth.de ec.ti.§.ſi quis in ſua domo.& de elec.c.ſi com-
promiſſarius.ſecundo reſponſo.lib. 6. & hoc quãtùm ad ea,
quæ facit, vel committit:ſed quantùm ad ea , quæ negligit,&
facere debebat: & nocet ſemp dño,ſiue ſcienti.de exac.mili.
an.l.j. §.exactione.vbi ſi procurator non paret præceptis de
mili.anno.transferenda,dominus cõſcius punitur, ſiue igno
ret,vt d.c.ſi compromiſſarius. in prin.li.6. Si autē loquimur
de his,quæ quis facit in iudicio.& diſtinguũt quidam.aut lo-
queris de his,quæ poſſunt ſequi ex ſola ficta contumacia , vt
eſt miſſio in poſſeſſionē cauſa rei ſeruandæ, & ſimilia. & tũc
ſiue ſit ſpecialis illius litis,ſiue generalis, dummodo illius li-
tis ſibi competat exercitium,dolus,vel contumacia ipſius no
cet dño.ff.qđ cuiuſq; vni. nom.l.j.§. ſi nemo. & ff. de no. op.
nun.l.de pupillo.§.ſi fortè.& hic in fi.& de iureiur.c. vlt.li. 6.
aut de his,quæ infligunt ratione veri doli , vel verę contuma
ciæ:tunc ſubdiſtingue.aut poſt litem conteſtatam , aut ante.
primo caſu præiudicat.infra de re iudi.c.ſuborta. & de appe.
c.ſæpe.Sed dño ignoranti tenetur de dolo. & ſi ſoluendo nõ
fuerit iſte procurator,datur dño reſtitutio.ff.de dolo.l.& ele
ganter.§.penul.& de eo , per quem fac.erit.l.j.primo.reſpon
ſo.ſecundo caſu non noceat , niſi habeat generale mandatũ
cum libera.ff.de doli excep.l.apud Celſum. §. quæſitum.& l.
ſi procurator.2.in prin.& §.poſt litē.Saluo,ꝙ in vltimis duo
bus caſibus propter contumaciam procuratoris dñs igno-
rans excommunicari non debet:qa pœna excommunicatio
nis requirit propriam culpã. 12.q.3.c.nemo epiſcoporũ.23.
q.4.c.ſi hæres.illa eſt eius diſtinctio,quæ non ita mentē cla-
rificat:ſicut declaratio ſupradicta per quæſtiones cuilibet ar
ticulo applicatas.

ADDITIONES.

a ¶Cã dotis.Quia dos,& cã pia æq̃parãtur Bar.i l.2.cũ verò §.Titio. de dona.& in l.ſi ergo.in prin.§.j.de iure do.Bal.in l.j.in fi.C.de ac. & ob.& in l.mandatum.C.mãdati.Ale.in l.cum is.§.ſi mulier. de condi.indebi.
b ¶Reo contumace.& ſi paſſus eſt primum decretum, an audietur volens euitare ſm̃ decretũ.Cy.& Bal.in Auth.ei qui.de bo. aucto. iudi.poſ.Ar chi.in rub.de eo,q. mit.in poſ.lib.6.Alex.ĩ l.ſi finita.§. Iul. de dam.infec.
c ¶Contumaciam procuratoris.adde Bar.in l.j.§.ſi procuratori.ff.ſi quis ius dicenti non obtē.& in l.ſi.ff.de in integ.reſti.
d ¶Noceat domino Oldr.conſi.126.Spec.in tit.de procu.§.vt autē verſi. ceterum.& ſeq.& in ti.de confeſ.§.nunc videndum.

*SVMMÆ.*

1 *Habens iudicem ſuſpectum nihil debet ſuper meritis cauſæ reſpondere.*
2 *Appellans non debet vlterius comparere,vel reſpondere coram iudice à quo:aliàs videtur appellationi renunciaſſe.*
3 *Contra contumacem non proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem,niſi conſtet per teſtes,vel aliter, deberi, quod petitur.*
4 *Miſſus in poſſeſſionem per iudicem debet in poſſeſſione defendi.*
5 *Cauſæ plures nullitatis cumulantur ad mutationem ſententiæ.*
6 *Iuſta cauſa recuſandi iudicem delegatum eſt,ſi ſit ſuffraganeus.*
7 *Appellatio deuoluit non ſolùm iniuſtitiam,ſed etiam nullitatem.*
8 *Appellatio minus iuſta deuoluit ad iudicem ad quem cognitionē nullitatis proceſſus ſubſecuti poſt talem appellationem.*
9 *Reſciſſa ſententia,debet reſcindi executio facta vigore talis ſentētiæ.*
10 *Grauamen etiam præcedens non facit validam appellationem:niſi illud ſit expreſſum in appellatione,nec ſubſequens.*

AEcedens. Habet quatuor intelle-
ctus,vt dicam.j̃. ideò ſe-
cundùm varietatem lecturarum vario mõ ſum-
matur.vt tamen ſecundùm Io.An.omnem modum compre-
hendas, ſumma ſic.¶In cauſa reſtitutionis,& contra contu-
macem lite non conte.ſententia proferri non poteſt. & ſunt
duæ partes.prima ponit ordinem proceſſus. ſecunda eius re
1 tractationem.ſecũda ibi[cum igitur. ]&c. ¶ Primò no. † ꝙ
habens iudicem ſuſpectum nihil debet ſuper meritis cauſæ
reſpondere,ſed contumacia illum recuſare,vt fecit ille pleba
nus.nam ſi reſpondiſſet in aliquo ſuper cauſa: videretur in iu
dicem conſenſiſſe.ideò poſtea recuſare non poſſet.qđ dic, vt
plenè le.& no.in c.inter monaſte.j̃.de re iud.¶ Secundò no.
ibi[& licèt.]ꝙ poſt appellationem interpoſitam ab interlo-
cutoria appellans citatur ad alios actus per iudicem à quo
qui appellationi non detulit.qđ hodie iudex facere non tene
tur,vt c.eum qui.j̃.de eo,qui mit.in poſſeſſio.lib.6.¶Tertiò
2 no.ibi[noluit reſpondere, vel etiam comparere.]&c.†ꝙ ap-
pellans non debet vlterius comparere , vel reſpondere corã
iudice à quo:aliàs videretur ſuæ appellationi renũciaſſe. de
app.c.ſolicitudinem.de offic.deleg.cap.gratum.& l.ad ſolu-
tionē.C.de re iu.& hoc verum,ꝙ non debet: niſi iudex à quo
vellet



vellet reuocare grauamen,vt c.cum ceſſante.de app.re. c.ſi à
3 iudice.lib.6.¶Quartò no.†ꝙ contra contumacem non pro
ceditur ad miſſionem in poſſeſſionem, niſi cõſtet per teſtes,
vel aliter,deberi,qđ petitur.¶Sufficit tñ in miſſis ex primo
decreto probatio debiti ſemiplena , & etiam fortè per iura-
mentum,vt l.theſaurus.ff.ad exhi.& l.cum ꝓponas.C.de bo.
auct.iudi.poſ. hic tñ non ad finē perueniendi ad primum de
cretum,ſed ad probationem , fuerũt teſtes examinati,& ma
4 lè, vt patet ĩ tex.¶Quĩtò no.ibi[diſtrictius. ]&c.†ꝙ miſſus ĩ
poſſeſſionem per iudicem debet in poſſeſſione defendi.& lo
quitur iſte tex.in iudicibus delegatis. & ſi eſſet facta miſſio
ex primo decreto propter contumaciam, non eſſet dubium;
quia talē miſſum debet iudex defendere, vt l.j.ff. ne vis fi.ſed
tex.iſte loquitur in miſſo in poſſeſſionem ex ſententia diffi-
nitiua.& hunc ꝙ poſt miſionē debeat iudex defendere,ma-
gis dubito:videtur enim,ꝙ ſi iſte moleſtetur, debet agere via
ordinaria,ſcilicet interdicto vti poſ.quia iuſtè poſſidet , vt l.
iuſtè.de acqui.poſ.¶Nam poſt factam executionem non vi
detur,ꝙ iudicis officium duret vltra,& ſi miſſus expellit:non
videretur,ꝙ poſſit iterum petere miſſionem officio iudicis.
qđ expirauit ꝑ primam miſſionem. facit qđ no.Bar. in l.in-
ter caſtel.ff.de arbi.& l.ſed ſi poſſeſſori.de iureiu. Et not.iſta
ꝓ intellectu c.q̃renti.s̃.de offi.dele.vbi dicitur , ꝙ vſq; ad an
num poteſt iudex delegatus à Papa exequi ſententiam ſuã.
5 & vide,qđ ibi dixi.¶Sextò no.in verſi.cum igitur.† ꝙ ad mu
tationem ſententiæ cumulãtur hic plures cauſſæ nullitatis.ſ.
quia lis non conteſt.Item quia poſt legitimam recuſationē.
& poſt ap.¶Similiter ad victoriam cauſæ videtur, ꝙ poſſint
plures cãæ criminaliter cumulari. de quo dic vt c.nullus plu
ribus. de regulis iuris. lib.6.ꝑ Dy.& de edẽdo .l.edita actio.
6 C.per Cyn.¶Septimò no.†ꝙ iuſta eſt cauſa recuſandi iudi-
cem delegatũ,ſi ſit ſuffraganeus,& vult cognoſcere vt iudex
delegatus;tanq̃ ordinarius non videtur, ꝙ poſſit cognoſcere
de cauſa ſui metropolitani,non volentis cõuenire ſubditum
ipſius ſuffraganei coram eo,ſecundùm Gul.in Spec.ti.j.§.ſu-
pereſt.verſi.quid ſi conqueror.¶Et adde , qđ circa hoc dixi
in repetitione c.poſtulaſti.in 6.op.de foro compe.¶Octauò
7 no.†ꝙ appellatio deuoluit non ſolùm iniuſtitiam , ſed ēt nul
litatem.de quo per Inn. in c.dilecto.de app.& per Bar.eo.ti.
l.ſi expreſſum.& l. Carmelia pia.de iure patro.& l.quædã mu
lier.famil.erciſ.¶Nonò no.in ver.in quē & ſi minus,&c.ꝙ vi
gore inualidæ appellationis ſuperior cognoſcit,& pronũciat
ſuper nullitate proceſſus.ꝙ iudex à quo prius talem app. fri
8 uolam attentauit.& habeo hoc pro no.† vt appellatio minus
iuſta deuoluat ad iudicem ad quē cognitionem nullitatis ꝓ
ceſſus ſubſecuti poſt talem appellationem. facit qđ dicam.j̃.
de eo,qui mittitur in poſ.c.cum veniſſet,&c.¶Decimò & vl-
9 timò no.in verſi.vnde†ꝙ reſciſſa ſẽtētia,debet reſcindi exe
cutio,ſi qua facta fuit vigore dictæ ſentētiæ.¶ Similiter dicit
Io.An.cum tollitur obligatio ſolutione,vel aliis modis, de q
bus.Inſti.qui.mo.tol.ob.per totùm.debent enim reſtitui in-
ſtrumenta debiti.vel(qđ verius eſt) penes partē inefficaciter
remanere.C.de cõdi.ex lege. l.diſſolutæ.facit.ff.de fur.l.ꝙ ta
bulas.quæ eſt ad hoc no.¶Oppono.dicitur hic , ꝙ iſte ſim-
pliciter appellauit.& Papa huic appellationi annuit. ¶ Sed
contra illud op. quia appel.non valet,cauſa non expreſſa, vt
j̃.de app.c.vt debitus.¶Sol.gl.j.ſoluit tribus modis. primò,
ꝙ de iure iſto non requirebatur expreſſio cauſæ in appel. ab
interlocutoria.qđ hodie ſecus eſt,vt d.c.vt debitus.¶ Secun-
dò ſoluit, ꝙ hic fuit cã expreſſa ĩ app.dixit.n.appel.ne proce
das,cum ſis mihi ſuſpectus ex tali cauſa, propter quam te re
cuſo.ff.de ar.l.non diſtinguemus.§.cum quidam.& dicit hoc
eſſe bene no.ꝙ valeat appel.ſub prędicta forma. qđ non ap-
probat.Io.An.qui dicit etiam,ꝙ grauamen præcedat,priuſq̃
liceat appellare.ad hoc qđ not.in c.dilecto.j̃.de appel.poſſet
ſuſtineri dictum Hoſt.ex eo,ꝙ ſine app.aliqua recuſatio ope
ratur irritationem proceſſus poſt recuſationē attentati ꝑ iu-
dicem recuſatum,ſicut poſt appellationem legitimam: licèt
Inn.dicat,ꝙ non meminit ſe legiſſe.ſcilicet non tenere pro-
ceſſum poſt recuſationem ſolam ex vltima cauſa. Sed Bart.
meminit.& ſic conſuluit per l.j.C. ſi qua præditus pote. ¶Se
cundo modo ſoluit gloſ.ꝙ hic non fuit expediens exprimere
cauſam in app.quia cauſa eſſet not.videlicet iudices delega-
tos fore ſuffraganeos archiepiſcopi. ¶ Et pro iſto intellectu
facit tex.ibi[cum manifeſtum eſſet duos. ]&c.& qđ no.Bart.
s̃.de reſcrip.c.ſuper literis.ad fi.in gl.ſup verbo fortè.Et Ber.
Cõpo.de reſcrip.in c. præſenti.& Inn.j̃.de dila.in c.2.in ter-
tia glo.¶Et no.de notoria exceptio.j̃.de teſti.in c.veniens.in
glo.3.quæ incipit.mirum.& de app.c.cum ſpeciali. & cle.pa
ſto.de re iudi.Io.An.dicit,ꝙ licèt cauſa ſit notoria : non per
hoc tamen releuatur ab excep.recuſationis proponenda.
¶Si tamen ſit notorium iuris,ꝙ cauſa allegata ſit rationabi
lis, & notorium reſpectu facti , ꝙ ſit vera : proderit in duo-
bus.primò quia releuabitur ab eius probatione.Secundò qa
non erit neceſſe ad arbitros recurri,ſecũdùm eum. cui adde,
qđ ipſe no.in cle.appellãti.de app.& de materia vide.2.q.6.
c.quoties.& 3.q.5.c.quia ſuſpecti.in glo.fortè.¶ Secũdò op.
dicitur hic in ver.& ex his.plebanum appellaſſe ex pluribus
cauſis.Sed contra quia non appellauit,niſi ex vna cauſa. vide
licet quia erant iudices ſuſpecti.So.vt in glo.quæ incipit.quæ
ro dicit,&c.quæ ſoluit,ꝙ ex his,quæ poſt app.ſubſecuta fue-
runt,ſumpſit app.maiorem firmitatem.idem Ioã.& Vin.qđ 10
non placet Hoſt.niſi Io.An.nam grauamē etiam† præcedēs
non facit validam app.niſi illud ſit expreſſum in appellatio.
multò minus ſubſequens, vt patet in cle.appellanti. de app.
dicas ergo,ꝙ ideò dicit[ex his] quia literæ erant ſubrepti-
ciæ.& iudices ſuſpecti,ſecundùm Hoſt.qui per hoc arguit ꝓ
opi.ſua,ꝙ per literas ſubreptitias nulla detur iuriſdictio. de
quo no.s̃.de reſcrip.c.dilecto.¶Quæro.dicitur in tex.cũ ar-
chiepiſcopus reſtitutionis bñficiũ poſtularet. de qua reſtitu
tione loquitur iſte tex.Rñ.plures dantur intellectus ad hanc
Decre.Primus eſt,ꝙ de reſtitutione in integrum iure mino-
ris. & ſecundùm iſtum intellectum eſt hic caſus , ꝙ in tali cã
debeat lis conteſta.& ſic ſoluitur qõ,quæ no.s̃. de offi. iu. c.
2.¶Secundus intellectus eſt,ꝙ loquatur in iudicio poſt ſcili
cet cum petitur reſtitutio.& ſecũdùm hoc eſt hic caſus eius,
de quo dubitatur.s̃.de offi.dele.c.cõſultationibus¶ Tertius
intellectus eſt,ꝙ loquatur in iudicio petito.cuius natura eſt,
vt petatur reſtitutio.s̃.de iudi.c.examinata.& ſecundùm Io.
An.licèt vſus hoc approbet,ſi non eſt de iure.de quo in Spe.
de li.concep.§.ſi.verſi.hoc autem.¶Quartus intellectus eſt,
ſecundùm Hoſt.ꝙ archiepiſcopus conquerebatur de pleba-
no eccleſiæ ſancti Marci. ideò qa ſibi nolebat obedire: nec
de iure parochiali reſpõdere,ſicut cõſueuerat:nec iſtud fece
rat(diu erat)non tñ dicebat ſe ſpoliatum ;qa nec fuerat. Sed
tam ipſe , quàm prædeceſſores ſui fuerant negligentes in exi
gendo.implorabat ergo officium iudicis, vt eum reducerent
in eum ſtatum,in quo eſſe conſueuerat. & ſic ei reſtituerent
quaſi poſſeſſionem prædictorum:non tñ hoc petebat per be
neficium reſtitutionis in integrum:ſed aliàs per generale iu-
dicis officium.de quo ſupra no. de reſti.in inte.c.ex literis.
¶Iſte intellectus non procedit ſine dubitatione. nam dene-
gatio obediētiæ,& ſubtractio iurium in iſtis incorporalibus
habentur pro ſpoliatione. & ideò pro talibus iuribus dene-
gatis datur poſſeſſorium,vt s̃.de elec.c.querelam.¶Itē ſi ip-
ſe,& prędeceſſor fuerunt negligentes, omiſerunt quaſi poſ-
ſeſſionem dictorum iurium,quæ per negligentiã perditur,vt
l.furtum.§.feudi.ff.de vſuca.ad eam ergo recuperandam, cũ
ab alio occupatur,videtur cõpetere condictio l. conquereba
tur.C.vnde vi. Niſi dicas, ꝙ ꝓpter negligentiam priuati ec-
cleſia non poteſt priuari poſſeſſione rerum ſuarum: qa tunc
ipſa dicitur poſſidere.qđ dic vt j̃.de cauſa poſ. & proprie.c.
cum ſuper.¶Secundò quærit glo.vtrùm ſint aliæ iuſtæ cauſæ
recuſandi,q̃ illa,de qua in tex.glo. quæ incipit. hæc eſt iuſta.
enumerat

enumerat quaſdam alias.& ſubiungit, ꝙ non ita ex leuibus
cauſis recuſatur teſtis.ratio eſt, quia facilius poteſt de pluri-
bus iudicibus prouideri, quàm de vno teſte.¶ Idem no.3.q.
5.c.j.& c.accuſatores.tertio.

*S V M M Æ.*

1 *Reus ſi lite non conteſtata eſt contumax, mittitur actor in poſſeſſionẽ*
*cauſa cuſtodiæ, ſi fieri poteſt. aliàs reus excommunicatur.*
2 *Procedi qualiter debeat contra contumacem ante litem conteſtatam.*
3 *Miſſio in poſſeſſionem fieri debet in rebus petitis, vel in alijs pro men*
*ſura debiti.*
4 *Miſſus in poſſeſſionem eſt habendus vt cuſtos, non vt poſſeſſor.*
5 *Miſſio corporalis, in quibus rebus non cadit, quamuis petantur.*
6 *Miſſio in poſſeſſionem ſi non cadit in rebus petitis contra contumacẽ*
*qualiter actori ſubueniatur.*
7 *Reus contumax ſi non admittit reum in poſſeſſionem, quot remedia*
*competant contra eum.*
8 *Iudex quilibet an poſſit facere miſſionem in poſſeſſionem.*

1 TVæ. †Si lite non conteſtata reus eſt cõtumax,
ſi fieri põt mittit̃ actor in poſſeſſionem cã
cuſtodiæ: aliàs reus excõicabit̃.h.d.in prima deciſa
2 conſultatio.in ſcda reſponſio diſtinguens.¶ Primò †no.qua-
liter contra contumacẽ ante litis conteſt.procedatur; q̃a non
ad ſñiam, ſed ad miſſionem in poſſeſſionem. de quo plenius.
j̃.eo.c.qm̃ frequenter.§.in aliis.& C.de bo.au.iu.poſ.l. cũ ꝓ-
ponas.poſt litẽ verò conteſtatã ſi actor, vel reus contumaci-
ter ſe abſente.dic vt l.ꝓperãdũ.§.& ſi q̃d eſt.cũ §.ſe.C. de iu
di.de actore aũt ſe cõtumaciter abſentãte ante litis conteſta:
eſt prouiſum p̃ Auth.q̃ ſemel.C.qũo, & q̃n iudex. dic vt j̃.de
3 dolo.& contu.c.prout.¶ Secundò no.†ꝙ iſta miſſio fieri dẽt
in rebus petitis, ſubaudi vel in aliis ꝓ menſura debiti, vt j̃.e.
c.qm̃.§.fi.Iſta aũt miſſio non vendicat ſibi locum in bñficiis.
rõ eſt, q̃a in eis prouiſum eſt, vt lite non conteſta.ad ſñiam ꝓ
cedatur, vt j̃.de eo, qui mit.in poſ.c.eum q̃.li.6.¶ Tertiò no.
4 †ꝙ iſta miſſio vocatur cauſa cuſtodiæ.ex quo patet, ꝙ miſ-
ſus eſt habẽdus vt cuſtos, non vt poſſeſſor. Ideo ſi expellitur,
vel turbat̃, non habet ordinaria remedia poſſeſſoria. ſed ſub
uenitur ſibi officio iudicis per ti.ne vis fi.ei. ¶ Itẽ non lucrat̃
fructus.de quo plenè dic.j̃.de dolo, & contu.c.contingit.
5 ¶ Quartò no.†ꝙ q̃dam ſunt res, quæ petuntur, in quib. non
cadit corporalis immiſſio.pone exemplum, ſi quis agit inter
dicto vti poſ.& reus conuentus contumaciter ſe abſentat.hic
enim non hẽt locum miſſio.Ideo excõicandus eſt cõtumax:
licèt quidam dixerint ad ſñiam ꝓcedendũ, & non bñ.de quo
in Spe.de contu.§. ſequit̃.ver.ſed pone Titius.& de primo, &
ſcdo decreto. §.reſtat ver.ſed pone ago.plura alia exẽpla ſup
hoc, qualiter ſcilicet in certis rebus non cadit miſſio, vide p̃
Bar.in l.ſi prius.ff.de no. ope. nun. vbi plenè. qualiter in iſtis
incorporalibus (puta ſeruitutibus perſonalibus, & realib. di
gnitatibus, & cautionibus, libertate, vel ſeruitute deductis in
iudicio, pueniat̃ ad primum, vel ſecundum decretũ.facit im-
poſſibilis rei petitę traditio.in iſtis incorporalib. dic, vt ibi.
6 & facit q̃d no.Inn.in c.in literis de reſt.ſpo.¶ Quintò not.†ꝙ
ſi in reb. petitis cõtra contumacẽ non cadit miſſio.aliter ſub
uenit̃, ſcilicet p̃ ſñiam cenſuræ.& ſic excõicatio, quæ tangit
ſtatum pſonæ, eſt irrogãda in ſubſidium, ſcilicet in defectũ
rerũ tpaliũ.& ſic tanq̃ odioſa hẽt ſimilitudinẽ cũ actione de
dolo, quæ datur vbi alia nõ competit, vt l.j.2.& 3.ff.de dolo.
¶ Et p̃ iſtũ tex.dicebat Hoſt.habẽtẽ bona excõicari nõ poſ-
ſe.q̃d tñ reꝓbat, licèt dicat eſſe honeſtũ, ꝙ iudex debeat hoc
attẽdere: põt tñ à qua vult incipere.ſ.q̃ credit plus timeri ad
7 alterã, &c.vt j̃.e.c.fi.in fi.&c.¶ Quærit gl.magna, † ſi reus cõ
tumax non admittit actorem in poſſeſſionem, quot remedia
competant contra eum.& enumerat gl.quinq; auxilia.de q̃-
bus in Spe.de primo decreto.§.iam de effectu.verſi. & not.ꝙ
ſi miſſus.& verſi.ſe.ponit inter alia remedium excõicationis:
quod tamẽ intellige, ꝙ deferatur dignitati, & perſonæ.de of
fi.dele.c.2.lib. 6.Et quod non excommunicetur vniuerſitas.
de ſenten.ex.c.Romana.§. ſi.poſtquam autẽ cõtumax perſe
uerauerit in iſta excõmunicatione, perdit cauſam.11.q.3.c.
rurſus.ſed hoc non eſt verum, ſecundũ Cy.ꝙ poſt annum au
ditur ſuper proprietate.j̃.c. quoniam. ¶ Sed hic incidenter
8 quęro † vtrũ miſſionem iſtã poſſit facere quilibet iudex.In-
no.dicit, ꝙ miſſionem corporalem non facit, niſi iudex, qui
habet merum imperium.ff.de iuriſdi.omnium iudi.l.iubere.
vbi de hoc plenè.& de offi.procon.& le. l. necquicquam. §.
vbi decretum.minores tamen iudices minorem poſſeſſionẽ.
vt quæ fit cauſa cuſtodiæ, bene poſſunt decernere, cũ aliqua
tamen cauſæ cognitione.ff.de dam.infec.l.4.§.1.& 2.& l.ſi fi
nita.§.fi.remittit Hoſt.ad ſummam de contu.ſub.§.item pu-
nitur.& §.quis poteſt.& §.nunc videndum.¶ Vltra iſta quin
que auxilia, de quibus in glo.addit Ioan.An.ſextum, vt indi
cetur mulcta.ff.ſi quis ius di.non ob. l. vna. ¶ Septimum eſt
(inquantum bonum, & æquum videbitur iudici) extraordi-
nario puniatur.ff.ne vis fi.ei.l.ſi quis miſſus.& de publi.l.lici-
tatio.§.quod illicitè.¶ Octauũ, vt pignus capiatur, corpus
eius teneatur.ff.de iniurijs.§.1.& 2.ff.ad leg.Iul. pec. l. cũ eo
autem.& l.conſentaneum.C.quomodo, & quando iudex.

*S V M M Æ.*

1 *Receptio teſtium facta contra non contumacem in cauſa matrimonia*
*li eſt nulla.*
2 *Forma recuſandi plures iudices quæ ſit.*
3 *Recuſare inimicum ſuum non ſolùm poteſt quis, ſed etiam conſangui-*
*neum, & eius commenſalem.*
4 *Detinens vxorem inuito marito, & eius bona præſumitur eius ini-*
*micus capitalis.*
5 *Habitantes in diſtrictu mei inimici poſſum recuſare, ne cognoſcant de*
*cauſa.*
6 *Iudex debet partibus locum tutum aſſignare.*
7 *Citatio facta ad locum non tutum, non arctat citatum.*
8 *Cautio ſiue ſaluuſconductus non ſufficit, vbi eſt periculũ de perſona.*
9 *Vxor ſi ſubtraxit ſe à ſeruitio uiri, & agit contra iura: non debet*
*audiri, niſi prius reuertitur.*
10 *Inimicitia debet intelligi de capitali, quandocunque agitur de repel-*
*lendo aliquem à iure communi propter inimicitiam.*
11 *Legatarius ſi habebat agere cum vxore teſtatoris, eo ignorante præ-*
*ſumitur legatum reuocatum tacitè ex præſumpta mente defuncti,*
*ſi hæc ſciuiſſet.*
12 *Inimicus patris præſumitur inimicus filiorum.*
13 *Aduerſarius meus ſi dat alapam vni teſti, quem habeo: ſi illum pro-*
*duco, nõ poterit prætextu inimicitiæ teſtẽ repellere à teſtificando.*
14 *Capitale certamen dicitur, vbi præſumitur capitalis inimicitia.*
15 *Spoliatum ſe dicere, ſufficit ad reſtitutionem conſequendam.*

1 ACcedens. † Receptio teſtiũ facta cõ
tra non contumacẽ in cau
ſa matrimoniali nulla eſt.& ſunt duæ partes. pri
mò ponit appellantis querelam. ſecunda ibi [ mandamus.]
cauſæ commiſſionem. ¶ Primò no. formã recuſandi plures
2 iudices.cauſæ enim recuſationis, quæ ſingulos ſingulariter tã
gunt, debent primò exprimi.& deinde cauſæ, quæ concer-
nunt communiter oẽs. & hoc quando omnes ſunt ſuſpecti.
¶ Quid ergo, ſi vnus, vel duo ex pluribus ſunt ſuſpecti de
forma proponendæ recuſationis illo caſu. & an alii non ſu-
ſpecti de iſta exceptione cognoſcant, vel procedere valeãt,
dic vt c.ſi contra vnum.de offi.delega.lib.6.& c.1. de ap.
¶ Secundò no.†ꝙ nõ ſolùm poteſt quis recuſare inimicum
3 ſuũ, & recuſare eius cõſanguineũ, & eius cõmenſalẽ: nõ ſolũ
ergo domeſticos partis, ſiue aduerſarii põt q̃s recuſare: ſed
etiam domeſticos inimici, qui mecũ non litigant, ſiue cõtra
quem non ago: vtrùm autem idẽ ſit in recuſatione teſtiũ. dic
vtinq. Inno.ſ̃.de offic.dele.c.inſinuante.& tangit Bal.in l. cũ
teſta-



4 teſtamento.ff.de teſta.¶ Tertiò not.†ꝙ q̃ inuito marito de-
tinet vxorem, & eius bona, præſumitur eius inimicus capita-
lis: vnde vulgariter dicit̃ [ Inimicus noſter ẽ, q̃ bona noſtra
5 tollit.].¶ † Quartò nota, aꝙ habitãtes in diſtrictu mei inimi
a ci poſſum recuſare, ne cognoſcãt de cauſa.ratio q̃a poſſunt
timere propter ſe, pp̃ parentes, & ꝓpter bona.6.q.2.c. viſis.
6 ¶ Quintò no.in ver.& ipſi.† ꝙ ad iudicẽ ſpectat locum tutũ
partibus aſſignare.& in iudice delegato Papæ, an alibi, q̃ in
loco ſuæ delegationis poſſit cognoſcere, ſi ſubeſt iuſta cã.
dic vt no.in c.ſtatuimus.de offi.dele.lib.6.& de reſcrip.c. ſta
tutũ.§.in nullo.eo.li.& collige, † ꝙ citatio facta ad locũ non
7 tutum non arctat citatũ.concor.cle.paſtoralis.de re iudi. Si-
militer nec ad locũ ĩhoneſtũ, vt l.ſi cũ dies.§.ſi arbiter.§. ſed
ſi aliquẽ.ff.de arbitris.facit.j̃.de exceptio.c.olim.&c.¶ Sex-
8 tò no.ꝙ vbi†eſt periculum de perſona, cautio, ſiue ſaluuſcon
ductus non ſufficit.ratio per ſe patet.perſona enim eſt res in
æſtimabilis, vt l.ex hac.ff.ſi qua.pau.fe.di.¶ Si ergo promiſ-
ſor venit contra talem, occidendo, fragilis fuit cautio, & cõm
mitti non poteſt.¶ Quandoq; tñ cũ de re inæſtimabili litiga
tur, loco cautionis apponitur pœna.ff.rem ra.ha.l.procu. ad
exhiben.§.2.& not.de offic.deleg.c.coram dilectis.¶ Septi-
mò not.ibi [abſq; culpa.] &c̃.ꝙ licèt in cã matrimoniali poſ
ſit procedi, lite non conte.vt j̃.c.prox.§.porro.nõ tamen par
te non citata non poſſint recipi teſtes. Talis enim citatio ten
dit ad defenſionem, quæ ſemper nullum reſeruat, quantum-
cunq; procedatur ſine ſtrepitu, & figura iudicii.q̃d dic, vt no.
Bar.in l filiusfa.ff. de dona. & in extrauaganti ad reprimen-
9 dam. ¶ Octauò no.†ꝙ ſi vxor ſubtraxit ſe à ſeruitio viri: ſi
agit contra iura, non debet audiri, niſi primitus reuertitur.
¶ Sicut ergo ſpoliatus re corporali non cogitur reſpondere
ſuo ſpoliatori ante reſtitutionem, vt c.ſi.de ordi.cog.ita ſpo
liatus re quodammodo incorporali, vt obſequio, & debito
carnis, &c.¶ Venio ad op.& primò oppo.dicitur hic, quòd
iſte magiſter ideo erat ſuſpectus; quia nimis fauebat eidem
domino: ſed iſta cauſa non videtur ſufficiens; quia dilectio ꝓ
ximi eſt in præcepto.ibi [diliges proximum tuum ſicut teip-
ſum] præterea non omnis amicitia repellit teſtem, ſed maxi
ma.¶ Sol.vt in gl.ſed nonne.nam verbum, nimis, tollit con-
trarium.Hoſt.dicit, quòd etiam hoc non ſufficit dicere [ ni-
mis fauens.] &c.in fauoris cauſa exprimatur de inimicitia.
¶ Similiter dicit glo.ꝙ inimicitia repellit teſtem, ſed grauis.
de quo remittit Ioan.And.3.q.5.c.accuſatores.& j̃.de accu.
10 c.cum oporteat.& de ſimo.c.per tuas.& Inno.dicit, † ꝙ vbi-
cunq; agitur de repellẽdo aliquem à iure communi propter
inimicitiam, debet intelligi de inimicitia capitali. ff. de arbi
tris.l.licèt. ¶ Sed vbi tractatur de aliquo repellendo à præ-
mio, ſufficit odioſitas, qualitercunq; concepta. ff. de manu.
te.l.teſtamento centurio.quinimo à præmio repellendo ſuffi
cit cauſa rationabilis inimicitiæ; & ſi non pateat, & occulta
11 ſit illi offenſo.† puta ſi legatarius habebat agere cum vxore
teſtatoris, eo ignorante.ex hoc enim legatum eſt reuocatum
tacitè ex preſumpta monte defuncti, ſi hoc ſciuiſſet, vt C. de
his quæ. vt indig.l.ſi vxor.plus dicit Inn.ſi quis ex prædicta,
vel alia iuſta cauſa debeat alicui inimicari: licèt exterius non
oſtendat inimicitiam: tamen poterit, vt ſuſpectus recuſari, vt
no.Inn.in c.cum ſecunda.de re iudica.ad q̃d optimè.l.athle-
tæ.§.dat remiſſionem.ff. de excu. tuto. vnde autem oriatur
iſta capitalis inimicitia, dicit, ꝙ ex multis. vnum exemplum
habes hic in tex, quando quis detinet vxorem.& terram ali-
12 cuius.¶ † Item ſi quis fuerit inimicus patris, preſumitur ini-
micus filiorum. & extenditur inimicitia ad illos de genere,
propter iniuriã irrogatam vni de agnatione, vt l.j.C.ſi qua p̃
di.po.c.cum p.j̃.de accu.& l.lex Cornelia.de iniuriis. nec eſt
curandum, ex qua parte fuerit inimicitia cauſata. q̃d eſt ve-
13 rum, quantùm ad repellendum à iudicando † ſed à teſtifican
do, ſi aduerſarius meus dat alapam vni teſti, quem habeo: an
poterit prætextu inimicitiæ ipſum repellere, ſi produco: vide
tur, ꝙ non; quia ipſe dedit cauſam huic inimicitiæ, vt no.Bar.
in l.j.ff.de quæſti.ad hoc optimè l.2.§.fi.ff.ſi quis cau.& l. qui
14 cunq;.§.ſanè.C.de ſer.fu.† Et adde, ꝙ ibi eſt capitale certa-
b men, vbi præſumitur capitalis inimicitia.[b] vnde qui conten-
dunt de ſtatu, vel de omnibus bonis, vel maiori parte, præſu
muntur capitales inimici, vt d.§.dat remiſſionem. vbi Bald.
aliqua ex his tangit.facit l.in his rebus. quæ eſt.l. penult. ſol.
matrim. ¶ Secundò op. hic Papa mandat iſtis ſecundis iudi-
cibus, vt procedant, & decidant.Sed videtur, quòd illa nõ ſit
forma à iure ſtatuta, cũ committitur cauſa appellationis ab
interlocutoria.nam forma eſt, vt inquirat de veritate cauſæ
grauaminis, propter quod appellatum eſt. & ſi reperit eam
veram, ꝓcedat ad cauſam: alias remittat ad iudicem à quo,
vt c.vt debito.de app.c.concordi.eod.tit.lib.6. ¶ Sol.dicit
Ioan.An.quòd de iure fieri debuiſſet, vt dictum eſt: tamen iu
dex poteſt, quando vult, iuriſdictionem delegatam reuoca-
re, ſi erat ordinarius, & etiam ſi delegatus, vbi de iuriſdictio-
ne ſibi aliquid reſeruaſſet, vt l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi. &
ſ̃.de offi.deleg.c.ſuper quæſtionum.§.porro.voluit ergo Pa-
pa priorum iudicum iuriſdi.ſimpliciter reuocare, & ſecun-
dis committere propter cauſas expreſſas in text. vt patet ibi
[cum propinquior ſit is.] &c.aliqui dicunt, quòd hic de ap-
pel.iuſta conſtitit Papæ Inn.¶ Sed iſtud eſt contra tex. cũ de
virtute cauſæ app.mandat inquiri.ibi [vobis conſtiterit, ꝙ an
te litem.] &c.primam ergo tenet Hoſt.ſ. ꝙ hic Papa iuriſdi-
ctionem priorum iudicum ex certa ſñia reuocauit. quod po-
tuit, vt ꝓbaui ſupra.¶ Tertiò opp.dicitur hic, ꝙ ſi teſtes fue
runt recepti abſq; culpa contumaciter, &c.quaſi vicecomes
potuerit conſtitui in contumacia.Sed contra hoc op. q̃a ſpo
liatus nõ tenebat̃ illi rñdere, & per conſequens in contuma-
cia non conſtitui.ſ̃.de or.cog.c.cum dilectus So.potuit eſſe
contumax, q̃a exceptionẽ ſpoliationis nõ oppoſuit. ¶ Eſt.n.
dilatoria, vt ibi no.& c.ſi.eo.ti.vel obiecit, & non probauit, ſe
cundùm Io.An.¶ Quartò oppo.hic in fi.c.mandat Papa hũc
vicecomitem ad poſſeſſionẽ vxoris, & terræ reſtitui: ſcilicet
q̃a hic vicecomes non petiit, q̃d oportuit, vt reſtitutio ſibi fie
15 ret, vt d.c.cum dilectus.¶ † Sol.Io.An.dicit, ꝙ ad reſtitutio-
nem conſequendam ſufficit dicere ſe ſpoliatum. q̃d facit ad
no.per eum poſt Inn.ſ̃.de litis conte.c.j.vbi quæritur, an ſuf-
ficiat in libello factum proponere, & narrare ſimpliciter ſine
concluſione petitionis.dic vt ibi.Vel poteſt dici, ꝙ in cauſa
matrimoniali eſt ſpeciale, vt iudex audita querela, ſiue peti
tione, poſſit ſuper hoc principaliter inquirere, & compellere
coniugatos ad habitationem.in iſtis enim cauſis ſpiritualib.
iudicis officium eſt latiſſimum, vt c.cum nobis olim. de ele-
ctio.¶ Quærit glo.vtrũ illa exceptio, ꝙ magiſter fuerit oriũ
dus de terra vxoris, ſit iuſta cauſa recuſandi.dic ꝙ non, ſed p̃
ſtet aliis adminiculum.Io.An.dicit, ꝙ ſic in vno caſu.ſ.cum
ſunt duo eiuſdem ciuitatis remoti in longinquis partibus.nã
q̃a ſe conſueuerunt multum diligere, erit iuſta cauſa recuſan
di, ſecundùm eum.q̃d nota.& iſta procedunt, ſi exponas, de
terra vxo.i.quę pertinet ad iuriſdi.vxoris.text. plenè proce-
dit, ꝙ iuſta ſit recuſatio, ſecundùm glo.¶ Et no.iſtam expoſi
tionem, ꝙ terra dicitur alicuius ex eo, q̃a in ea habet iuriſdi-
ctionem.hac rõne dicitur Imperator dominus mũdi, vt l.de-
preca.ad leg.Rho.de ia.propriè tamen iſta nomina poſſeſſi-
ua, & caſus genitiui ſignificãt dominium, vt no.Bar.ff. de no.
ope.nun.in rub.facit quod not.in l.j.poſt prin.de orig. iuris.

A D D I T I O.

a ¶ In diſtrictu. Diſtrictus, quid ſit.vide Bal.in c.fin.quib. mod.feud.amit.
Feli.in c Rodulphus. de reſcrip.& in c.licet. de proba.
b ¶ Capitalis inimicitia.dicitur aũt duobus modis.Abbas in c.accedens.vt
lite nõ conteſt.Bar.in l.ex parte.de admen.leg.& l.ſi inimicitiæ.de his,
quæ, vt indig.Bar.in l.j.de iure patro.Bal.in l.liberti. de inoffi.teſta.

*S V M M Æ.*

1 *Procedendum non eſt ad receptionem teſtium regulariter, lite non cõ*
*teſtata, niſi in duobus caſibus. & nu.2.*

3 *Teſtes poſſunt recipi ante litis conteſtationem, quando timetur de eo-*
*rum morte.*
4 *Senes qui dicantur.*
5 *Diuturna abſentia quæ dicatur.*
6 *Copia probationis ſubtrahitur caſibus fortuitis.*
7 *Receptio teſtium ad hoc vt ſit perpetuò valitura, requiritur, ꝙ qui*
*fecit eam fieri, agat infra annum: vel eam reo denunciet. & quid*
*ſi pars contraria vult, quòd valeat poſt annum. nu. 10.*
8 *Caſus in quibus recipi poſſunt teſtes, lite non conteſtata.*
9 *Teſtes non debent recipi, niſi præcedat citatio, & qualiter debeat fie*
*ri illa citatio.*

QVoniã frequẽter. Diuidit̃ ĩ duas
partes. Primò
ponit regulam de teſtibus nõ recipiendis ante litis
conteſt. ſuper principali. & ſex caſus exceptos. & hoc vſque
ad. §. in alijs. Secundò ponit, quid iuris, cum lite non conte-
1 ſtata reus eſt contumax, qualiter procedatur. & † hoc vſq;
ad ti. legam iſtud. c. per. §. & iſtud prin. & vſq; ad. §. porro.
h. d. Lite non conteſta. regulariter non ad receptio-
nem teſtium procedendum. fallit in duobus caſibus, ſci-
licet cum timetur de morte teſtium, vel abſentia diutur-
na. quibus caſibus recipi poterunt tales teſtes: ſiue pars fue-
rit contumax, ſiue non. & habebit effectum talis receptio, ſi
aduerſarius contentus fuerit infra annum: vel ſibi talis recep
tio nuntiata. h. d. ¶ Primò no. ꝙ regulariter teſtes non debẽt
recipi in cauſa ante litis conteſt. Erant tamẽ de hoc opi. ante
iſtam Decre. de quibus. ſ. e. c. 1. in glo. hic patet. & per Bar. ſ.
ante litis conte. non debent recipi. talis receptio non firma
bitur ſubſequenter et lit. conte. ar. ĩ. de accu. c. qualiter. qđ
2 no. in l. maritus. ff. de q̃ſt. ¶ † Secundò no. ꝙ qñ timetur de
morte teſtium, poſſunt recipi añ litẽ conte. propter eñ im-
minens periculum amiſſionis: aliàs prohibeatur, vt. ĩ. de fe-
rijs. c. licèt. & l. ait prætor. §. ſi debitorẽ. ff. de his, quæ in frau.
credi. &. c. ſi quis. ĩ. de fur. ¶ Qñ aũt veriſimiliter dubitatur
3 de morte, tex. exprimit de ſenibus, & valetudinarijs. ¶ † Et
qui dicantur ſenes, aliqui dicunt, ſexagenarij, qui à tutela, &
cura excuſantur, vt. C. qui æta. l. vna. & qđ no. 4. q. 3. c. qđ Itẽ
inuiti. & in Spe. de teſti. §. 2. ver. ſed quos vocas. ¶ Alii dicũt
centenarios; quia illud eſt vltimum ſpacium vitæ hominis, vt
l. ſi. C. de ſacroſan. eccle. Io. An. dicit, ꝙ quantùm ad teſtimo
nium ferendum, qui dicantur ſenes, relinquit̃ arbitrio iudi-
cis. nam aliqñ vnus eſt ſenior in quinquaginta annis, q̃ alius
in ſexaginta. & ſatis põt timeri de morte cuiuscunq; ſecun-
dùm naturam inferiorum cauſarum, poſtq̃ peruenit ad quin
quageſimum annum: quia minor pars hominum hanc metã
attingit, non ſenes etiam recipientur, ſi veroſimiliter timetur
de morte ipſorum. qđ põt contingere multis modis, puta qa
debent ingredi bellum cãpeſtre, vel transfretare: vel immi-
nent alij caſus, de quibus in l. 1. 2. 3. &. 4. de dona. cã mor. vbi
de hoc per Bar. & põt fieri iſta examinatio in ferijs ſolẽni-
bus, vt no. Spec. in ti. de feriis. §. 2. ver. quid ſi tunc. per hanc
quidem receptionem non credit Vin. interrũpi præſcriptio-
nem. qđ verum credo, quia illud, qđ contra regulas iuris ali-
qua ratione conceditur, non debet trahi ad conſequentias,
vt l. qđ verò. ff. de legi. ¶ Tertiò no. aliã cauſã in tex. recipien
di teſtes li. non conteſt. ſ. abſentiã diuturnã. teſtium. abſentiã
aũt intelligit Vin. à loco, vbi iudicium exercetur, vel à loco
domicilii ſui, ſecundùm Pe. & Ab. & ſecundùm opi. Vinc. in
fert Io. An. ꝙ ſi cauſa ſit Romæ. & Hiſpanus producẽdus in
teſtem trãſferat ſe in Angliam: non eſt locus huic receptio-
ni. nam ſiue tpe, quo eſt neceſſaria productio teſtium repe-
riat ſe in Hiſpania, ſiue in Anglia: iudex, qui de cauſa cogno-
ſcit Romæ, poterit ibi eum citare, vel ad eum mittere. qđ eſt
verum ſecundùm Vin. niſi de loco domicilij ſe abſentarent
teſtes ad partes Orientales, vel tam remotiſſimas: ꝙ poſt li.
conteſ. non inuenirẽtur, ſecundùm eum. abſentiã ergo ſecũ-
dùm eum. de qua tex. loquitur, debemus metiri, & cõſidera-
re reſpectu facilitatis, vel difficultatis habẽdi ipſũ tpe debi-
5 to teſtimonium perhibendi. ¶ Quartò no. ꝙ exigit, vt abſen-
a tia, de qua ſupra proximè dixi, ſit diuturna. † diuturnã a verò
intelligunt quidã arbitrio iudicis. ſ. de offi. dele. c. de cauſis.
æſtimabit aũt eã iudex variè ſecũdùm qualitatẽ negociorũ.
nam ſi debitũ eſt in diem, vel ſub conditione, quæ non põt
multũ differri, nõ reputabit illũ abſentẽ: quia poſſibile eſt eũ
redire ante diei, vel cõditionis euentũ. Ecõuerſo aũt ſi debi-
tũ eſt purũ, & citatus eſt aduerſarius: ita ꝙ in breui ſperat̃ lit.
cõteſ. etiã ſi breui via, vel tpe ſit abfuturus teſtis, recipit̃ teſti
moniũ eius: & hoc arbitrio diſcreti iudicis cõmittit̃, ſecun-
dùm Inn. & Hoſt. etiã in ſuperiori caſu, cum ſ. debitũ eſt in
diẽ, vel ſub conditione, ꝓpter futurã tñ peregrinationẽ teſtis
æquum eſt eius teſtimonium recipi, ꝓpter mortis pericula:
quæ plura imminẽt in peregrinatione, q̃ in domo: & æquũ
eſt ſemper probationibus ſubuenire, vt in tex. ¶ Quintò no.
6 † ꝙ copia ꝓbationis ſubtrahit̃ fortuitis caſibus, qui ſunt tot,
& tanti: ꝙ dici, vel excogitari non pñt, vt. C. de vſufru. l. pe-
nul. & inter alia ĩminet periculũ obligationis, vt. C. de teſta. l.
hac cõſultiſſima. §. at cũ humana. & l. peregre. ff. de acq. poſ.
facit. l. 3. §. duæ cauſæ. ff. ad carbo. ¶ Sextò no. in verſicu. ſiue
pars. ꝙ nihil refert in iſta receptione teſtium ratione mortis,
vel abſentiæ diuturnæ: vtrũ pars ſit citata, vel nõ. ſine citatio
ne igitur videt̃ valere, qñ. ſ. conueniri nõ poſſit, vt dicit tex.
¶ Si ergo cõueniri poteſt, videt̃ ad talem receptionem mo-
nenda, ſicut in alijs caſibus cũ ordinariè ꝓcederet̃, vt. ĩ. de te
ſti. c. in omni. nũciatio aũt infra annũ, quæ ad efficaciã huius
receptiõis exigit̃, præſtat ar. ꝙ ſine aliqua aduerſarij citatiõe
7 poſſint recipi ĩ prædictis caſibus. ¶ † Septimò no. in verſi. ſed
ſi actor. ꝙ iſta receptio (vt ſit perpetuò valitura.) requirit̃.
& q fecit eam fieri, agat infra annũ, vel eã reo denũciet. & in
cipit iſte annus à tpe, quo habet facilitatẽ cõueniẽdi, vel nũ-
ciãdi. ¶ Et aduerte, qa iſte tex. nõ declarat, corã quo iſta re-
ceptio fieri debeat. an corã iudice rei cõueniẽdi: an corã iu-
dice ipſius actoris ¶ Credo, ꝙ corã iudice rei: vt eadẽ ſit ra-
tio de toto iudicio ad partẽ, vt. l. quę de tota. ff. de rei vẽ. plus
credo, ꝙ reus petẽs ſup ſua exceptione teſtes ſenes, vel alios,
de qbus, hic examinari petet hoc corã quo cõuẽtus principa
liter cogeret̃ rñdere, vt no. Bar. in l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ.
ff. ꝓ ſocio. & dixi. ſ. de foro cõpe. c. cũ ſit. ¶ Et licèt iſte tex.
loquat̃ in actore, idẽ ĩtelligit̃ in reo, ſi ĩminet periculũ. de quo
in tex. ſaluo, ꝙ cõuenire aduerſariũ. ĩ. annũ nõ põt, vt. C. vt
nemo inui. l. 2. ſed bene poterit nũciare. aliã verò examinatio
nẽ ad ꝑpetuã rei memoriã ſemp põt reus petere, vt dicã. ĩ.
de teſti. c. Albericus. ¶ Sed illa plures ſolẽnitates exigit: ideò
iſta, quæ facilior eſt, etiã reo cõpetere põt, vt dixi. & not. hũc
8 paſſũ, quẽ nõ tãgũt hic Doc. ¶ Quærit gloſ. magna † vtrũ ſint
alii caſus, q̃ iſti ſex enumerati ĩ tex. ĩ qbus recipi poſſũt teſtes
lit. nõ cõteſt. glo. enumerat plures alios, quibus addit Io. An.
poſt Hoſt. quãdo recipiunt̃ teſtes in notoriis ad cautelã. de
elec. c. bonæ. §. licèt. ¶ Item in his, quæ lite pendente, ſunt in-
nouata. de conſti. c. cũ in. ¶ Item in vniuerſalibus actis poſt
diffinitionẽ. C. de peti. here. l. ſi. &. l. hereditas. ¶ Itẽ quãdo cõ
uenitur de re iudicata, tranſacta, vel finita. quod dic, vt. ĩ. de
lit. cõteſta. c. 1. lib. 6. ¶ Itẽ in alienatis à ſuſpenſo, vel excom-
municato de bonis eccleſiæ poſt inhibitionẽ ſibi factam. de
do. & contu. c. veritatis. in ſi. ¶ Item cõtra clericũ de malicijs
ſuis publicè gloriantẽ. de exce. prælato. c. q̃ ſit graue. ¶ Item
quando recipiuntur teſtes ad iudicẽ inſtruendum. de app. c.
cõſtitutus. de teſti. c. veniens. 2. ¶ Item in caſibus, in quibus
nec libellus offert̃. de quibus ſupra. de li. ob. c. 1. ¶ Itẽ incidẽ
tibus. quod dic, vt no. ſupra de offi. deleg. c. prudentiã. lib. 6.
remittit de his Hoſt. ad ſummam eodem titu. 36. caſus no. in
ſpe. de teſtibus. §. 2. ad quos adde caſus, quos ponit conſti.
cle. diſpendioſam. de iudi. ¶ Secundò quæro. hic dicitur, cũ ci
uiliter agit̃, poſſunt recipi teſtes iſtis caſibus, lite nõ cõte. nũ
quid



quid idem ſit, ſi agatur criminaliter. glo. ideo hic dicit &c.
reſpondet, ꝙ non ſit idem. ¶ Item tenẽt Got. Inno. & Hoſt.
9 nec etiam eſt in eis burſale intereſſe, ſicut in ciuilibus. † Item
teſtes non debent recipi, niſi præcedat citatio, quæ debet fie
ri à ꝑſente, & cõtra præſentẽ. 2. q. 8. c. 2. &. c. præſcripta. Vin.
dixit (alternatiuè tamen) quòd in criminali poſſunt recipi
teſtes, de quorum morte timetur; quia iam tenetur actor ad
talionem: ſed illud eſt verum poſt inſcriptionem. de accu. c.
licèt. ſecundùm Io. An. ¶ Ex prædictis nõ ſum clarus, an im-
minẽte morte teſtium, vel abſentia diuturna, poſſint recipi li
te non conte. in criminali. glo. hic. Gof. Inno. & Hoſt. ꝙ non,
vt vidiſtis. pro quibus facit tex. à cõtrario ſenſu, dũ dicit [cũ
ciuiliter.] q. d. ſecus ſi criminaliter. ¶ In contrarium facit ra
tio huius c. ibi [ne veritas occultet̃.] quæ eſt generalis ad cau
ſas ciuiles, & criminales. Et eſt ratio, ꝙ poſſunt; quia aliàs re-
manerent crimina impunita. contra. §. ecce. 24. q. 3. In dubio
teneo cum prædictis, quia ſanius eſt, &c. vt l. abſentem. de pę
nis. ¶ Tertiò quæro. dicitur hic, ꝙ niſi cõuenerit aduerſariũ:
vel ſibi nunciauerit intra annum, non valet poſtea talis recep
10 tio. ¶ † Sed pone, ꝙ ille, contra quẽ ſunt teſtes recepti, vult,
ꝙ poſt annum valeat: an valebit. glo. quæ incipit. illi qui te-
ſtes. &c. dicit ꝙ ſic. idẽ Inn. & Hoſt. ¶ Sed cõtra hoc op. ſi par
te abſente, & non citata fuerunt recepti. non videt̃, ꝙ valeat
in fauorem abſentis: ſicut non valet ſententia lata pro abſen
te non contumace, vt no. in l. furioſo. ff. de re iud. ꝑ Bar. ¶ Itẽ
quo iure ex illa receptione potuit quæri abſenti non citato:
non enim videtur potuiſſe quæri aliquod ius, vt. l. certum. &
l. ſi quis abſente. ff. de confeſ. poſſet tamen huic rationi reſpõ
deri, ꝙ mediãte iudice acquiratur abſenti, vt l. eum pro quo.
ff. de in ius vo. & Auth. generaliter. C. de epi. & cle. ſimiliter te
ſtium receptio. ¶ Nam quia in caſu huius. c. ſpecialiter eſt ꝑ
miſſum, etiam parte nõ contumace, teſtes recipi poſſe cõtra
eum. ſimiliter & iudicis præſentia ſupplet defectum partis,
ſicut in caſibus, in quibus permiſſum eſt procedere contra
contumacẽ, vt. C. de iudi. l. properãdum. §. ſi aũt reus. ¶ Cre-
do igitur, ꝙ infra annum valeat talis receptio actori, & reo,
poſt annum non, conuentione, vel nuncijs, de quibus in tex.
non ſeruatis non valebit pariter quò ad ambos: vt ſic in iudi
ciis ſeruetur æqualitas, vt. l. ſi. C. de fruc. & lit. expen. ¶ Suffi
cit enim actoris negligentiam puniri pœna hic ſtatuta, vide
licet ꝙ poſt annum non valeant. ¶ Eſſet autem addere aliam
ſi dicemus valere poſt annum, nolente reo, contra quẽ re-
ceptio facta fuit. Alias gl. per te videas, quia leues ſunt in car
nali, & ſpirituali contra abſentem contumaciter poteſt pro-
cedi ad receptionem.

A D D I T I O.

a ¶ Diuturnam. adde. l. poſſideri. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. poſ. l. ſi cum fidei-
comiſſaria. §. Ariſto. ff. qui, & à qui. glo. Inſti. de iu. na. §. ex non ſcrip.

*S V M M Æ.*

1 *Contra contumacem eodem modo proceditur in carnali, & ſpiri-*
*tuali coniugio.*
2 *Eccleſia Romana quandoq; ex cauſa propter crimen notorium depo*
*nit, & degradat contumaces etiam epiſcopos.*
3 *Occultans ſe, vel procurans, ne poſſit ad eum citatio peruenire, ha-*
*betur pro peremptoriè citato.*
4 *Sententia diffinitiua non debet proferri contra contumacem, niſi li-*
*queat iudici de meritis cauſæ.*
5 *Iudex ſi reperit cõtumacem fouere iuſtam cauſam, debet pro eo fer*
*re ſententiam, ſolummodo contumacia in expenſis punita.*
6 *Canones aliter prouident in ſpirituali coniugio contrahendo, & ali-*
*ter in contracto.*
7 *Ius ad rem facilius perditur, q̃ ius in iure.*
8 *Coniugium carnale, ſi agatur ad eius ſeparationem contra abſentem*
*non contumacem, an dirimatur.*
9 *Abſens non debet amplius expectari, quando de eius morte veroſi-*
*militer præſumitur.*
10 *Abſentiarum plures ſpecies.*
11 *Timor ſolus fornicationis non ſufficit, vt procedi poſſit cõtra abſentẽ.*
12 *Tempus in ſacris canonibus definitum qualiter debeat intelligi.*
13 *Abſens ex cauſa probabili, an poſſit reuocari ad reſidentiam.*
14 *Sententia an valeat, ſi peremptorium non peruenit in notitiam*
*abſentis.*

§. Porro. In numero autẽ teſtiũ, & ſnĩa, ſi liqueat
de cã. cõtra abñtẽ verò non contuma-
citer in carnali matrimonio non eſt ad receptionem teſtiũ,
vel ſententiam procedendum. in matrimonio etiam ſpiritua
li contra talem abſentem non contumaciter prouidetur, vt
hic in tex. dicit hic Inn. iſtum. §. inquantũ loquitur de ſpũali
coniugio. intellexit hoc modo videlicet, vt illud principium
loquatur in confirmato, & conſecrato contumace. in verſi. ſi
verò. loquatur in contumace abſente non contumaciter. ĩ. e.
1 verſi. ꝙ ſi forſan. loquatur de non confirmato. ¶ Primò no. †
ꝙ contra contumacem eodem modo proceditur in carnali,
& ſpũali cõiugio. ſcilicet ad receptionẽ teſtium, & ſnĩam ſi-
militer contra pñtem in vtraq; proceditur ſine ſtrepitu, & fi-
gura iudicij, vt in cle. diſpendioſam. de iudi. multum ergo cõ
uenit, vt. ſ. de tranſla. c. inter corporalia. ¶ Secundò no. qđ di
citur [ſuper alicuius electione.] intelligunt eñ quidam illud
dictum in electo non confirmato. & qui nõdum electioni cõ
ſenſit. & ita intelligit gl. electi. &c. Inn. aliter, vt. ſ. dixi in prin.
Ioan. An. dicit, ꝙ illud principium põt intelligi, vt dixit Inn.
in electo confirmato. & conſecrato, ſi agatur contra eum de
fædere coniugii ſpũalis: vt ſi dicatur eum, qui longo tempore
poſſedit epatum, à principio fuiſſe intruſum per potentiam,
vel ſimoniacè. Iſto ergo caſu contra contumacem procedet̃
ad ſenteтiam, & receptionem teſtium, lite non conteſta. in il
lo. §. ſi verò. non negatur fœdus. ſed petitur deponi propter
crimen hic, qa quãtumcũq; ſit cõtumax, nõ debent teſtes re
cipi ſuper crimine. nec ferri ſnĩa. 4. q. 9. c. decernimus. & eſt ſi
mile in matrimonio carnali. ſ. eo. c. 1. ſecũdùm Inn. & Hoſt.
2 qui ſubdit, † ꝙ Eccleſia Romana quandoq; ex cauſa ꝓpter
crimẽ notoriũ deponit, & degradat contumaces, etiã epos.
& hoc põt facere; quia nõ ligatur legibus. alij hoc non licet,
etiam de iure ciuili. ff. de pœnis. l. abſentem. ſed procedatur
vt. C. de requi. re. l. 1. & 2. nec etiam de iure canonico. ſ. pro
cedat̃. 11. q. 3. c. rurſus. &. c. quicunq;. ¶ Tertiò no. in verſi. in
3 huiuſmodi caſibus. &c. tres modos contumaciæ. † qui eñ ſe
occultat, vel procurat, ne poſſit ad eum citatio peruenire, ha
betur pro peremptoriè citato. concor. ff. qđ vi aut clã. l. 1. §.
ſed Ariſto. &. §. ſi. ¶ Et aduertendum; quia ad hoc, vt ꝓcedi
poſſit lite non conteſtata. cõtra cõtumacẽ, requiritur, ꝙ cita
tio fuerit peremptoria. Idem qñ examinãtur teſtes ad perpe
tuam rei memoriam. qđ dic, vt no. Bar. in. l. dies. quæ eſt pri-
ma. §. prætor ait. ff. de dã. infec. ¶ Rñdeo ergo. ſi procedendũ
eſt ad ſnĩam, vel receptionem teſtium, requiritur citatio pe-
remptoria: ſecus quò ad cõdemnationem expenſarum. & ſe
cus quò ad iuris præuentionem, & perpetuationem. ſ. de ꝓ-
cur. c. querelã. & c. pe. de fo. cõpe. per Io. An. & c. licèt. de of-
fi. dele. ad hoc vide. qđ no. ĩ. de dolo, & contu. c. ſi. in nouella.
4 ¶ Quartò no. in verſi. & nihilominus, † ꝙ diffinitiua ſnĩa nõ
ꝓfert cõtra cõtumacem, niſi liqueat iudici de meritis cauſæ.
Sola ergo contumacia non ſufficit, vt abſens diffinitiuè dãne
5 tur. † Quinimo iudex, ſi reperit contumacẽ fouere iuſtã cãm,
debet ꝓ eo ferre ſnĩam, ſolũmodo cõtumacia in expenſis
punita, vt l. ꝓperãdũ. §. & ſi qdẽ. &. §. ſe. C. de iudi. Et nota dif
ferẽtiam inter illũ. §. & præcedẽtẽ in pluribus. Quia in illo. §.
recipiũt oẽs teſtes. Sed in. §. ꝑcedẽti. valetudinarij, & ſenes, &
longa abſentia abfuturi teſtes dũtaxat. Itẽ qa hic cõtra cõtu
macẽ dũtaxat. ibi etiã ſine cõtumacia fit receptio. Item hic
publicantur perpetuò valituri: ibi ſecus. Itẽ hic fertur diffini-
tiua ſententia: ibi non. propter iſtas differentias text. dicit [in
quibus caſualiter eſſet aliud obſeruãdum.] aliud. ſ. q̃ dictũ
ſit in ſecunda. de qua in primo reſponſo. Itẽ aduerte, qa licèt

iſte tex.loquatur in electione prælati.idem intelligit gl.in ele
ctionibus ciuilibus clerici.quia ſubeſt eadem ratio,ſcilicet læ
ſio eccleſiæ propter moram.Idem Innoc. & Hoſti. ad hoc.ſ.
de elec.c.cũ eccleſia.& de cle.non reſi.c.penul.¶ Quintò no.
in verſi.ſi non aliter.quid iuris,cum procedendum eſt in ſpi
rituali coniugio iam cõtracto.& per hoc dixit tex.[ maximè
confirmata. ] per mutuum conſenſum contrahitur ſpiritua
le coniugium.remittit ad no. de tranſla.c. inter corporalia.
¶ Qualiter autẽ debeat iſte ver.intelligi,an de epiſcopo con
firmato,& conſecrato:an verò de confirmato dũtaxat.& qd
iuris,ſi expectatus non venerit.dicam.j.¶ Sextò not. in ver.
6 ꝙ ſi forſan.coniuncto verſi.præcedenti,† ꝙ aliter prouident
canones in ſpirituali coniugio contrahendo,& coniugio iam
contracto.¶ Simile dicimus,ꝙ quãdoq; competit ius ad rẽ.
quandoq; ius in re. vt j.de præben.c.pe.& vlti. lib.6. facit c.
7 quemadmodum.de iureiurã. † perditur enim facilius ius ad
rem,q̃ ius in re.facit l.Sempronius Attalus.ff.de vſufruc. leg.
¶ Septimò no.ꝙ electi non confirmati debẽt expectari per
ſex menſes.hodie tene,qđ habes.j.de elec.c.j.& c. q̃ ſit. & c.
cupientes.lib.6.à quo autem die debeant computari iſti ſex
menſes.Vin.ꝙ à die electionis,ſuſtinuit:vel à die factę primę
iniuria, vt no.ibi. dicit tamẽ Ale. ꝙ ad l.nulla.& l. delator.C.
de dila. difficilis eſt reſponſio. niſi dicas ibi ſpeciale in pœnã
delatoris: nõ tñ negãt illæ ll. ꝙ nõ poſsit agi iniuriarũ. ¶ Sed
dicit ipſe, non bene video rationem diuerſitatis.

ADDITIONES.

a ¶ In cõpenſatione. Cõpenſatio quid dicatur, vide Bal.in l.neq;.C.de cõ
penſa.c.cum inter.de excep. Alex.in.l.verum.ff.de compenſa.
b ¶ Incertitudine perſonarũ. Incertitudo perſonarũ an vitiet, vide Bar.in.
l.quidã. de rebus dub. Doc.in.l.id qđ pauperibus.de epiſ.& cleri.& in.c.
cum tibi de teſta.
c ¶ Ab excõicatione. Et an ſemel excõicatus poſsit iterum excõicari, vide
Ioan.de Turre cre. in c.excellentiſsimus. 11.q.3.
d ¶ Spoliationis. Adde Bar.in l. ſi coloni.C.de agri.& cenſi.lib.11. Bal.in
l.eum ſeruum.C.de ſer.fugi.3.q.1.c.reintegrãda.& ibi Io.de Tur. crema
Alex.conſil.2.in 1.vol.& in.l.naturaliter.§.nihil cõe.de acqui.poſ.

*SVMMAE.*

1 *Quæſtio hereditatis non debet inchoari coram iudice ſeculari, penden
te cauſa natalium coram eccleſiaſtico.*
2 *Natalium cauſa eſt de foro eccleſiaſtico.*
3 *Præiudiciali quæſtione pendente, non debet inchoari alia, quæ ab illa
dependeat, etiam coram alio iudice.*

4 *Intricatio eſt vitanda.*
5 *Quæſtio dependẽs à præiudiciali quæſtione prius intentata procedit: & valet iudicium ſuper ea: niſi exceptio preiudicij opponatur:*
6 *Iudex ſecularis debet expectare exitum quæſtionis præiudicialis coram iudice eccleſiaſtico.*
7 *Libellus an ſit neceſſarius in prima diſcuſſione incidentis ſpiritualis remiſſa ad eccleſiaſticum.*
8 *Exceptio peremptoria regulariter debet probari poſt fundatam actoris intentionem.*
9 *Quæſtiones preiudiciales à peremptoriis q̃uo cognoſcantur.*
10 *Ciuilis quæſtio, quòd præiudicet ciuili, quomodo intelligatur.*
11 *Iudex laicus nullo modo poteſt cognoſcere, nec principaliter; nec incidenter de quæſtione ſpirituali.*
12 *Plebanus poteſt incidenter cognoſcere, ſi incidit quæſtio matrimonij, vel alia ſpiritualis ſub eius iuriſdictione incluſa: licèt habeat iuriſdictionem limitatam.*
13 *Pars ſi reſpondet poſitionibus factis in iudicio ſeculari ſuper vſuris, & matrimonio: an valeat talis confeſſio.*
14 *Decimæ poſſunt peti coram iudice laico, quando certum eſt eas deberi.*
15 *Cauſa rei vendicationis contraria confeſſoriæ præfertur confeſſoriæ.*
16 *Quæſtio incidens ex parte rei impedit reum interim refricare.*
17 *Cancellationis petitio poteſt abſorberi, ſententia lata ſuper incidenti.*
18 *Clericus accuſat laicum coram iudice ſeculari de iniuria in perſonam eius illata: factis probationibus, laicus accuſat clericum de calumnioſa accuſatione, & c. petens de hoc eum puniri, & inhiberi iudici ſeculari, ne vlterius procedat: an poſſit.*
19 *Exitus probationum in primo iudicio debet expectari, antequã quis de calumnia puniatur.*
20 *Statuto ſi caueatur, quòd cauſæ ciuiles debeant expediri infra duos, vel tres menſes, quæſtio ſpiritualis ſi ad epiſcopum remittenda incidit coram iudice ſeculari: an currat tempus inſtantiæ à ſtatuto præfixum.*

TVam Petenti hæreditatem obſtat executio
a illegitimitatis, [a] quæ debet primitus ter
1 minari. h. d. ſecundùm gl. vel aliter. † Pendente cauſa
natalium coram eccleſiaſtico iudice, quæſtio hæreditatis coram iudice ſeculari inchoari non debet. primò narrat præteritum. ſecundo prouidet circa futurum. ſecunda ibi. [quia verò.] ¶ Iſta Decr. habet tres intellectus. Primus eſt, ꝙ hic cauſa natalium fuerit primò mota corã iudice eccleſiaſtico, qua pendente nolebat actor intentare petitionem hæreditatis coram iudice ſeculari. dicitur hic, quòd non poteſt: & tunc tex. ſtat propriè. dum dicit [ſucceſſionis cauſam incipere.] &c. ¶ Secundus intellectus eſt, ꝙ petitio hæreditatis fuit primò mota coram iudice ſeculari. & incidenter contra petitionem fuit oppoſita exceptio illegitimitatis: de qua (vtpote ad eccleſiaſticum forum pertinente) Iudex ſecularis non debet cognoſcere: ſed eccleſiaſticus. ſecundùm iſtum intellectum expone [cauſam incipere.] i. inchoatam proſequi. ¶ Tertius intellectus eſt, ꝙ in modũ replicationis fuit oppoſita exceptio natalium. puta agit quis ad hæreditatem, tanq̃ ꝓximior ab inteſtato. poſſeſſor dicit ſe filium, & hæredẽ defuncti. replicat, ꝙ non eſt legitimus: quocunq; ergo mõ qõ nataliũ moueat, ſiue principaliter, ſiue per modũ replicationis; ſemper eſt ad forũ eccleſiaſticũ remittẽda. & ille eſt effectus oĩm triũ lectu
2 rarũ, quas ponit Io. An. ſup ver. incipere. ¶ † Primò no. ꝙ cã nataliũ eſt de foro eccleſiaſtico. & rõ ſecundùm Inno. qa ſcriptũ eſt [Quos Deus coniunxit hõ nõ ſeparet.] per hoc patet, ꝙ ꝓnunciare, vtrùm fuerit verè matrimoniũ, vel non, ſpectat ad eũ, qui tenet locũ Dei in terris, vt eſt Papa: vel ille, cui cõmiſerit, vt c. nouit. de iudi. ¶ Itẽ eſt cauſa ſpũalis: de qua nec principaliter, neç incidenter põt iudex laicus cognoſcere, vt
3 in glo. fin. ¶ † Scd̃ò no. ꝙ pendente qõne p̃iudiciali, nõ debet inchoari alia, q̃ ab illa dependeat, ẽt corã alio iudice: deciſio n. præiudicialis p̃bebit alteri principiũ, aut finẽ, vt dicit text.
4 in ſimili in c. ſi fortè. de ele. li. 6. ¶ Tertiò no. † ꝙ intricatio eſt vitanda. de cõdi. indeb. c. dñs teſtõ. in cle. auditor. de reſcri. In quo aũt conſiſtat illa intricatio, ſiue confuſio in caſu huius. c. dicit Io. An. qa cum illæ duæ qões ſe contingant. ſi ſimul eodẽ tpe ageret coram diuerſis iudicibus, partes grauarẽtur. s̃. de reſcrip. c. fi. ¶ Itẽ exinde talis abſurditas ſeq poſſet: qa diuerſi iudices circa eandẽ hæreditatẽ darent contrarias ſñias. eccleſiaſticus ipſam ꝓnunciando illegitimã: & ſecularis eidẽ quaſi legitimo hæreditatem adiudicando. & ſic ꝓ iudicũ varietate impediret ꝓceſſus cauſę, cõtra. c. 2. de offi. dele. ad iſta adde, qd̃ no. Io. An. s̃. de off. dele. c. cũ cõtingat. ¶ Quartò no.
5 in ver. ſi fortè. † ꝙ qõ dependens à p̃iudiciali qõne primitus intentata, ꝓcedit, & vlaet iudiciũ ſup ea: niſi exceptio præiudicij opponat. qd̃ patet; qa debet iudex, coram quo mouetur iſta qõ, de hoc reqri, q̃uo qõ p̃iudicialis in alio iudicio mota eſt. ad hoc facit qd̃ dixi. s̃. c. 1. ibi [in caſu tamen quo debet.]
6 ¶ † Quintò not. ꝙ iudex ſecularis debet expectare exitũ qõnis p̃iudicialis. ſpũalis corã iudice eccleſiaſtico: cui nõ vr̃ certus terminus p̃figẽdus: nec p̃fixus à iure in tali determinatione. dicit tñ Inn. ꝙ: Papa, vel alius ſupior ſtatuet certũ terminũ. j̃. quẽ iudex eccleſiaſticus decidat cãm nataliũ, ſm̃ eũ. Secularis ergo iudex talẽ terminũ limitare non poterit: ſed terminum. j̃. quẽ dicto iudici eccleſiaſtico ſe repręſentet, & proſequatur: bene poterit p̃figere, vt not. Bar. in l. 2. ff. de re iudi.
7 facit. c. ex inſinuatione. infra de app. ¶ † In prima aũt diſcuſſione incidentis ſpiritualis remiſſa ad eccleſiaſticum, vtrùm ſit neceſſarius libellus, not. Io. And. in c. lator. infra qui fil. ſint legi. ¶ Primò oppo. dicit, hic, ꝙ debet expectari exitus vnius cãæ, anteq̃ in alia procedat. Sed contra. s̃. c. ꝓximo. ver. ſed cum ea. & ff. de iudi. l. qui prior. ¶ Sol. vt in glo. 2. quæ dicit, ꝙ contraria locum habent, cum ſunt duæ quæſtiones principales. hic verò loquitur, cum ciuilis incidit ciuili: puta petẽti hæreditatem opponitur, ꝙ non ſit legitimus: vel ꝙ eſt ſeruus. illa eſt. n. primitus terminanda, ſecundùm gl. ¶ Sed ex gl. cõtra ſo. op. & vr̃, ꝙ de dicta qõne incidenti non debet prius diſcu-
8 ti: ſed poſt fundatam intentionẽ actoris. † regulariter. n. peremptoria exceptio debet probari poſt fundatam actoris intentionem, non ante, vt l. emptor. C. de præſcri. lon. tem. Et no. j̃. de teſti. c. de teſtibus. Sol. contraria locum habuit: tñ ſunt exceptiones merè peremptoriæ. Sed. c. iſtud loquitur de qõne p̃iudiciali: quæ incidit per modum perẽptoriæ quõni primo motæ, vt hic, ſecundùm ſecundum intellectum: dr̃ tñ præiudicialis reſpectu iudicis, ſiue iuriſd. qa ſecularis iudex de ipſa non cognoſcit, nec põt in cã procedere: donec illa quęſtio natiuitatis fuerit diffinita per iudicem eccleſiaſticum. q̃ tñ qõ ſi occurreret coram iudice eccleſiaſtico (puta contra electum p̃ſtatum ordinandum, vel conſecrandum obiicitur exceptio illegitimitatis) de illa. n. tanq̃ peremptoria non cognoſceret prius, ſed poſt fundatã intentionẽ actoris, vt d. l. emptor. Nã ea probata, illo caſu nõ pręiudicat iuriſdictioni, vel proceſſui: ſed principali intentioni: quia eam perimit, ſecũdùm Io.
9 An. † ſed tunc dices, quomodo cognoſcam quæſtiones præiudiciales à peremptoriis? dicit Io. Cal. quòd quæſtio dr̃ præiudicialis diuerſis reſpectibus. nam interdum dr̃ p̃iudicialis reſpectu ꝓponẽtis. Qñdoq; reſpectu aduerſarij. Qñq; reſpectu ꝓceſſus. primo mõ dr̃ præiudicialis ꝓponenti electiue: qa eidẽ cõpetunt plures actiones contrariæ: quo caſu p electionẽ vnius alia tollit, vt l. 1. C. de fur. & c. vt qs duas. de ele. li. 6. & l. qd̃ in hæredem. §. eligere. de tribu. & aliis caſibus no. in Spe. de incidẽtibus qõnibus. §. ceterùm de criminalibus. ver. porro. & habet locum qñq; ẽt hic in reo, vt no. de re. iur. c. nullus pluribus. li. 6. Qñq; dr̃ pręiudicialis proponenti: quia ea pendente, non poteſt aliam dependentem ab illa mouere: Sed illius finis huic præbebit exordium, aut finem, vt d. c. ſi fortè. & de verb. ſignific. conſtitutionem. 1. reſponſo. ¶ Secundo modo dr̃ præiudicialis reſpectu aduerſarij. puta cum reus quæſtionem actori referre non põt; quia agit ſuper ſpoliatione, vt.



vt. j̃. eo. c. fi. & in aliis cõmunibus, in qbus ceſſat reconuẽtio. de arb. c. cũ dilectus. vel dr̃ p̃iudicialis reſpectu aduerſarii, cũ reus obiicit exceptionẽ pemptoriã cõtra actorẽ. q̃ iõ dr̃ p̃iudicialis. qa pimit eius intentionem: & ea ꝓbata, reus abſoluitur, vt l. 1. C. de ordi. iudi. & 3. q. 11. c. ſi de hæreditate. Et hoc reſpectu oẽs pẽptoriæ pñt dici p̃iudiciales. ¶ Tertio modo dr̃ p̃iudicialis reſpectu proceſſus. & hoc multipliciter: vel qa id, qd̃ ꝓponit, eſt talis naturæ: ꝙ ꝓbatum impedit oĩno ꝓceſſum. & ſic oĩs dilatoria, vel emergens dr̃ pemptoria, p̃ter dilatoriam ſolutionis: & dicitur præiudicialis. ſupra de iudi. c. exhibita. & de accuſ. c. 1. ¶ Simili modo poteſt dici præiudicialis illa, de qua loquitur Dec. quãuis. in fin. & c. prouida. de elec. li. 6. vel quia ſuſpẽdit proceſſum, crimine primo inchoato. & hoc procedit quandoq; propter conditionem iudicis: qui de illa incidenti non poteſt cognoſcere, vt in exemplo huius c. vt. j̃. qui fi. ſint leg. vel quando quæritur de conditione
b perſonæ: vtrùm ſit liber, vel ſeruus: ingenuus, [b] vel libertus: filius, vel extraneus. Inſti. de act. §. p̃iudiciales. & hoc reſpectu
10 dicitur, † quòd ciuilis quæſtio pręiudicat ciuili. Quandoq; p̃dicto modo, ſcilicet reſpectu proceſſus, ciuilis præiudicat criminali: vt ſi accuſato de crimine, moueatur quęſtio ſtatus: hic ſecunda ſuſpẽdit proceſſum primæ. quia aliter punitur liber, & aliter ſeruus. C. de or. cog. l. 3. de adul. l. quoniam Alexandrum. 3. q. 11. c. ſi crimen. Idem ſi accuſatus de crimine dicit accuſatorem eum ſpoliaſſe, & petit reſtitutionem. 2. q. 2. cap. nullus epiſcoporum. & c. ſequenti. ¶ Interdum criminali, & ciuili: vt ſi petens hæreditatem poſtea accuſatur, quòd compulit teſtatorem ad teſtandum, vt eum hæredem inſtitueret. C. ſi quis ali. teſt. prohib. l. 1. vel ſi petebas aliquid, quod probas per inſtrumentum: & reus accuſat actorẽ de falſitate inſtrumenti. C. de fide inſtru. l. fi. & 3. q. 11. c. ciuili. quãdoq; criminalis criminali: vt ſi reus accuſatus de minori crimine, accuſat accuſatorẽ de maiori eo caſu, quo poteſt. C. qui accuſa. nõ poſ. l. neganda. canonizata. 3. q. 11. Et ſic poteſt etiam intelligi. l. priuſquam. ibi habetur. & l. 1. C. qui acc. non poſ. Et illa eſt diſtinctio Ioa. An. Cal. qui remittit ad Spe. in ti. de incidentibus quæſtionibus. ¶ Vel aliter ſic diſtingue. quãdoq; prior agens agit criminaliter, & criminaliter non reconuenitur. & tunc an poſſit de maiori pœna, vel minori crimine. dic vt l. neganda. C. qui accuſ. non poſ. & l. is qui reus. de pub. iudi. ¶ Quandoq; ille, qui prior agit, agit ciuiliter, & reconuenitur criminaliter: vel econuerſo. & tũc dic, vt l. 1. C. de ordi. iudi. quandoque prior agens agit ciuiliter, & ciuiliter conuenitur: & tunc habet locum reg. qui prior appellat. vt ſup. c. proximo. quo caſu dic, quòd aut quæſtio ciuilis ſuperuenit ciuili incidenter: aut per ſe principaliter. primo caſu regula ſuperius tradita non habet locũ: ſed ſuper emergẽti eſt prius cognoſcendum, & pronunciandum, vt d. l. 1. de ordi. iudi. & l. de qua re. ¶ Secundo caſu quando quæſtio ciuilis ſuperuenit ciuili per ſe principaliter. tunc ſi quidem vnus agit petitorio; alius poſſeſſorio. & dic, vt s̃. c. ꝓxi. & l. ſi de vi. ff. de iudi. Si verò vterq; agit petitorio: tunc ſi quidem vna quæſtio non eſt præiudicialis ad aliam. & habet locum prædicta reg. q prior appellat. &c. vt. s̃. c. proximo. Si verò vna eſt præiudicialis ad alias. & habet locũ iſtud c. 2. & §. præiudiciales. Inſtit. de act. ¶ Eſt aduertẽdum, quia quæſtio præiudicialis quandoq; mouetur: ab eadem parte: quæ mouit aliam litem prius vel poſt ea. quandoq; mouetur ab alia parte, vt in illo c. exempla patebũt. j̃. in quæſt. ¶ Secundò principaliter opp. & videtur, ꝙ iudex ſecularis cognoſcens de hæreditate poſſit cognoſcere de legitimitate: quæ coram eo incidenter deducitur: licèt principaliter de ipſa cognoſcere non poſſet. vnde opp. de l. quoties.
11 C. de iudi. Sol. dicit glo. † quòd de quæſt. ſpirituali non poteſt iudex laicus vllo modo cognoſcere, nec principaliter, nec incidenter; quia nõ eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis. ¶ Sed in l. quoties. iudex laicus eſt bene ſuſceptibilis, & habilis illius maioris iuriſdictionis, quam exigit cauſa coram eo inciden-
12 ter deducta. & per hoc dico, † quòd ſi coram præpoſito, vel plebano, qui habet iuriſdictionem limitatam, incidit quæſtio matrimonij, vel alia ſpiritualis ſub eius iuriſdictione non incluſa: poterit tamen de ea cognoſcere incidenter; quia in habitu ſuſceptibilis eſt illius cauſæ. ¶ Sed dices tu. illud, quod dicitur in illo c. videtur contra communem practicam. videmus. n. quotidie in curiis ſecularibus formari articulos, quòd talis & talis fuerunt maritus, & vxor. & quòd talis eſt eorum filius legitimus. quorum cognitio non videtur ad iudicem laicum pertinere, per iſtud. c. & tamen cognoſcit. propter hoc Bar. limitando quod dicitur in illo. c. & ſoluendo, communem obſeruantiam ſic diſtinguit. quòd aut eſt quæſtio ſuper facto: aut ſuper iure. primo caſu, puta ille, qui dicitur vſurarius, hoc fatetur: ſed negat quantitatem vſurarum. Vel pone. fatetur quis matrimonium inter Titium, & Bertam: negat tamen Pe. eſſe natum de dicto matrimonio. quandoq; negatur ipſa ſpiritualitas (puta ipſum matrimoniũ, vel ſe eſſe vſurarium:) & tũc loquitur iſtud c. Ita not. in l. Titia. ff. ſo. ma. ¶ Idẽ do. Fede. de Senis conſil. 100. Dominus meus dicit in d. l. quoties. quòd ſiue ſit queſtio ſuper facto, ſiue ſuper iure, ſemper ſpectat ad eccleſiaſticum forum. Ita etiam no. in l. oĩ innoua-
13 tione. C. de ſac. ſan. eccle. ¶ † Quærit tamen in d. l. quoties. qd ſi pars reſpondet poſitionibus factis in iudicio ſeculari ſuper vſuris, & matrimonio: an valeat talis confeſſio. videtur quòd non, per c. at ſi clerici. de iudi. contrarium tenet ipſe, quia confeſſio valet, etiam ſi proceſſus ſit nullus, vt cap. Piſanis. de reſtitu. ſpolia. præterea illud c. locum habet, cum proceditur per viam diſceptationis: ſecus vbi non eſt contradictio, vel diſceptatio, vt in confitente, l. ſi domus. §. qui cõfitetur. ff. de le. 1. Et ita no. Spec. in ti. de conuẽ. & reconuen. ¶ Dicit tamẽ, quòd ſi pars petit remitti ad epiſcopum has poſitiones: & ibi vult reſponderi: quòd ſuper hoc audietur. de facto tamen (vt dixi) recipiuntur probationes ſuper matrimonio coram iudice laico. & poſtquam ita eſt de conſuetudine, poteſt etiam de iure defendi, quòd valeant, non tanquam probationes factæ in iudicio: ſed tanquam probationes factæ extra iudicium ad indaginem veritatis, & pro informatione iudicis, vt ipſe no. in d. l. quoties. & vide per Fede. conſ. 238. vbi tenet
14 idem, quod Bart. in petitione decimarum † quia poſſunt peti coram iudice laico, quando certum eſt eas deberi: ſecus ſi p̃tendit exceptionem: quòd de hoc cognoſcere debet iudex eccleſiaſticus. Item in petitione vſurarum. ¶ Circa autem illius materiam diſtingue breuiter quatuor caſus. nam quandoq; incidit ſpiritualis ſpirituali. quandoq; ſpiritualis temporali. quandoq; econuerſo temporalis ſpirituali. primo caſu dico. ꝙ iudex eccleſiaſticus poterit de illa incidenter cognoſcere, etiam ſi principaliter non poſſet, vt. s̃. exemplum poſui in plebano, & præpoſito, ar. dictæ l. quoties. ¶ In ſecũdo caſu, cum ſpũalis incidit temporali. dic, vt in illo. c. & vt. s̃. dixi, remittẽdo ad Bar. & ad Bal. ¶ Tertio caſu cum tẽporalis incidit ſpirituali. cognoſcat, licèt non principaliter, vt d. l. quoties. & qa maius dignum &c. vt c. quod in dubiis. de conſecra. eccle. vel alta. ad hoc. j̃. de do. inter vi. & vxo. c. 4. vbi cognoſcit de dote. & hoc tenet Vin. ¶ Sed ob. illud c. ſecũdùm vnam lecturã, quæ habet, ꝙ hic primò fuit quæſtio ſpiritualis mota ſuper legitimitate: & tamen de hæreditate innuit, ꝙ cognoſcat iudex laicus. hæc enim quæſtio hæreditatis non fuit incidenter coram Papa deducta. præterea eſt ſubtilius aduertendum, ꝙ quæſtio hæreditatis non poteſt dici incidẽs ad matrimoniũ. nec ſibi connexa; ſicut eſt dos cum matrimonio, ſine quo nõ eſt dos, vt l. 3. ff. de iure do. ſed bene poteſt eſſe legitimus, & non hæres. quia exhęredatus, vel aliter excluſus. Ideo quia hęreditas non eſt oĩno connexa cum legitimitate: idcirco eccleſiaſticus non cognoſcit. & ita ſentit Io. And. qui poſt Hoſt. ſubdit, ꝙ ſi in foro ſeculari alicui obiicitur excõmunicatio: vel ꝙ non poteſt agere, quia ſimoniacus, vel intruſus, vel periurus. hæc oĩa videntur remittenda ad iudicem eccleſiaſti-

cum.¶ In periurio tamen tenet contrarium,remittẽs ad no.
per eum in c.fi. de foro comp. lib. 6. ad hoc etiã vide qđ no.
ipſe ſup.de foro comp. c. verùm. ¶ Quæro de quæſt. in qua
conſuluit doctor meus Genuæ.Philippus contra Petram egit
hypothecaria.dña excepit de ſolutione debiti. Et dato termi
no ad probandum exceptionem,petiit ſibi reddi inſtrumen-
tum cancellatum(qnia non confidebat ſe probaſſe ſup exce
ptione)petiit hanc cauſam redditionis iuſtam cõmitti ſecun
dùm formam ſtatutorum,interimq; ſuperſederi ſuper hypo
thecaria primitus intentata.dicebatur hanc petitionem non
procedere ex eo;qa obſt.litis pẽdentia ſuper exceptione ſo
lutionis appoſita.quæro quid iuris.& ꝙ petitio vltra valeat,
probatur ex eo;quia principale dicitur præiudiciale , & non
ratione incidentis.l.ſed ſi ante.ff.de excep.¶ Sed cauſa inſtru
menti principalis debiti cancellandi eſt principalis: cauſa ve
rò hypothecaria eſt ſecundaria.ergo cauſa cancellationis ꝑ-
15 fertur tanquam principalis,& maior:† ſicut cauſa rei ven.cõ
traria confeſſoriæ præfertur confeſſoriæ.¶ In contrarium di
cebatur.nam ſi actor petit vnum,reus non poteſt petere cõ
trarium,niſi excipiendo:vnde libellus actoris libellũ rei ven
dicat.& contrariæ ſententiæ conferantur, & no.Inno. in c.cũ
16 contingat.de offi.deleg.conſuluit ipſe,† ꝙ quæſtio incidens
ex parte rei impedit reum interim refricare:qa ſicut ſnĩa la-
ta in incidenti præiudicat in principali: nec admittitur cumu
latio exceptionis,& actionis ad idem propoſitæ:qa idem in-
terim lis operatur,qđ perpetuò ſnĩa lata,vt l.fundi. & l. fun-
17 dũ.ff.de excep.& l.diximus.de excu.tut. ¶ † Sed ex ſnĩa lata
ſuper incidenti poteſt abſorberi petitio cancellationis.C. de
fide inſtru.l.fi.in fi.ergo interim non poteſt peti cancellatio.
non poteſt ergo reus cumulare exceptioni actionem ad eun
dem finem;qa in excipiendo eſt actor.& ſi ꝓhibetur ingreſ-
ſus litis:prohibetur cõpromiſſum,ſecundùm eũ.& hoc adde
ad no. ſ. c. proxi. vbi dixi, an ſnĩa lata ſuper actione: vel ex
ceptione pariat exceptionem rei iudi. ſi illud idem deducit
in alio iudicio.Illa verò quæſtio tendit:vtrùm pendente ex-
ceptione , poſsit illud idem deduci principaliter in iudicio :
quod deductum eſt per viam exceptionis. & dictum eſt , ꝙ
non. ¶ Ex quo ſequitur, quòd ſi oppoſui compenſationẽ de
biti : vel exceptionem de læſione, vel nullitate contractus .
non potero pendente lite ſuper tali exceptione , principali-
ter illa petere,& in iudicio deducere. vel ſi excipio de falſita-
te inſtrumenti,non potero producentem interim principali-
ter accuſare de falſo. quod non credo ; quia ad alium finem
tendit exceptio: ad alium actio illo caſu , vt patet ex not. in
c.venerabilis.de excep.qđ ſecus eſt in quæſtione ſupra poſita
præceptoris mei.¶ Huic accedit alia quæſtio', in qua conſu-
18 luit dominus Federicus de Sen.& eſt talis.† Quidam clericus
accuſauit laicum coram iudice ſeculari de iniuria in perſonã
eius illata.factis probationibus , iſte laicus accuſauit clericũ
coram epiſcopo de calumnioſa accuſatione, dicens ꝑdictam
accuſationẽ de eo factam fore falſam, & calumnioſã, & pe-
tens de hoc eum puniri,& inhiberi iudici ſeculari interim,ne
procedat ſup dicta accuſatione iniuriarum primitus contra
eum ꝓpoſita . q̃ritur quid iuris : vtrùm procedat iſta ſecũ-
da accuſatio. & ſi ꝓcedat, debeat fieri dicta inhibitio: ne in-
terim procedat.& videt̃,ꝙ non ꝓcedat.nam pro primo ac-
cuſatore facit prioritas temporis , & ꝑuentio . Item facit
maioritas criminis propter clericatus qualitatem: q̃ facit, vt
delictum tale cenſeatur ſacrilegium, vt c. cũ ſit generale. de
fo.comp.¶ Pro ſecundo verò accuſatore facit illa vltima ra-
tio.quia ſuam proſequit̃ iniuriam.ſic cũ primus plura,& po-
tiora iura habeat,debet anteferri ſecundo in eius accuſatio-
ne.de probat.c.licèt. de iure pa.c.ſuggeſtũ. & hoc dicunt Tã.
Accur.Azo.& Cy.eod.tit.l. 1 .C. qui accu. non poſ. Idem Io.
Bu.& Lau.3.q. 1 1.c. neganda. ¶ Itẽ ꝙ accuſator, denuncia-
tor , vel excipiens poſsit dici calumniator : pendet in futuro
euentu iudicis , & accuſationis primò inſtitutæ. Nam ſi tra
ctus ab eo in iudiciũ condemnabitur : per conſequens appa
rebit,ꝙ non calũniosè litem mouit. ¶ Si verò abſoluetur, ap
parebit de calumnia.interim ergo ſuperſedẽdum eſt huic ſe
cundo iudicio:poſtq̃ ex fine primi iudicii liquebit , vtrũ p ca
lũniam mouit litem:vel non probatur.C.de aduo.di.iudi.l.1.
vbi reo abſoluto. & de calũnia.c. 1 .ad idem de elec.c.1. &
19 c.p.de exce.lib.6. per quã ꝓbatur expreſſè†,ꝙ anteq̃ qs de
calũnia puniatur,debet expectari exitus probationum in pri
mo iudicio,maximè quia eſt præſumptio contra iſtũ ſecun
do loco accuſantem.ad hoc de frigi.c.1.& ratio.c. frequens
de reſti.ſpo.lib.6.facit ad hoc.¶ Item,ꝙ iſte laicus per viam
exceptionis poteſt teſtes,& inſtrumenta repellere. & tracta-
bitur primò de exceptione,tanq̃ de ꝑiudiciali,vt.c.exhibita.
de iudi. & ſic per viam exceptionis poterit de calumnia ac-
cuſationis docere.Et nihilominus poſt ſnĩam abſolutoriã re-
manet ſolum ſibi ius accuſandi. Et in iſtam partem inclinat
idem Fed.conſi.88.vbi aliis rationibus hoc probat. Ibi ergo
20 plenè videas ¶ † Tertiò quæro. per Italiã communiter ſunt
c ſtatuta, c ꝙ cauſæ ciuiles debeãt expediri infra duos,vel tres
menſes.pone ergo, ꝙ coram iudice ſeculari incidit quæſtio
ſpũalis ad epm̃ remittenda,& per epm̃ cognoſcenda: vtrũ er
go pendente illa quæſtione incidenti ſpirituali , curret tẽpus
inſtantiæ à ſtatuto ꝑfixum.dñs Cy.ponit quæſtionem ſimilẽ.
qñq; quæſtio ſecundo loco,ꝓpoſita eſt iudicialis ad primã,
& eſt talis.cauetur ſtatuto,ꝙ quæſtiones criminales debeant
terminari infra duos menſes. mõ qs inſtituta accuſatione de
homicidio:& eo probato per teſtes,ſuper accuſatione accu-
ſet teſtes de falſitate:& petat, ne interim procedatur ſup ac-
cuſatione homicidij inſtituta contra fratrem eius primò.quæ
ro ergo,an interim currat tp̃us inſtantiæ:tenet ipſe, ꝙ nõ dif
feratur deciſio primæ cauſæ per iſtam ſecundã; quia alia eſt
inſtantia,& aliud agitur:ſecus ſi teſtes nunc accuſat tertius:
ſed ipſe excipit contra ipſos.quia tũc tempus inſtantiæ pro-
rogatur ſuper principali. ¶ Quid ergo ſi ipſe de homicidio
accuſatus teſtes probantes cõtra ipſum accuſat de falſitate.
fuit diſputatũ,ꝙ ſimiliter eſt ſententia differenda, vt ipſe ple
nè no.de his in d.l.1.C.qui accu. non poſ. ꝙ tamen non ſit
vnq̃ ſententia differenda,facit qđ not.Inno.in c. vltra tertiã.
de teſti.vbi ſi petatur dilatio, q̃ excedit tempus inſtantiæ,iu-
dex non debet eam concedere,ſi poteſt ad ſnĩam procedere:
reſeruat tamen illi ius probandi poſt ſententiam:ſed ibi non
incidit quæſtio ꝑiudicialis:in qua tene cum Cy. & conclude
in quæſtione primo loco ſupra poſita , ꝙ pendente cogni-
tione incidentis ſpiritualis concurrat tempus inſtantiæ à ſta
tuto præfixum iudici ſeculari,cum interim non poſsit proce
dere:quia lex differt,& ſuſpendit eius iuriſdictionem,vt in il
lo.c.ergo impedito proſequi nõ currit ſtatutaria , vel legalis
ꝑſcriptio,vt l. 1.C. de an.excep.& de iure delib. l.fi.§.donec.
facit qđ plenè dixi. ſ.de iudi.c.venerabilis.

ADDITIONES.

a a ¶ Illegitimitatis.Illegitimi dicuntur viles perſonæ.Alex.conſi 49.4.vol.
b b Ingenuus.Ingenuus quis dicatur.vide Bal.in l.fi.C.ad Orſi.Spec. de rebus
ecc.non alie.ver.ceterum.Bal.in l.filium.C.de ſuis.& legitimis
c c ¶ Tres menſes.Panor.dicit tale ſtatutum debere ſeruari in ſuis puris ter-
minis.conſi.5.2.volu.

*SVMMAE.*

1 *Spoliatus conuentus à ſpoliatore poteſt eũ reconuenire ſuper ſua ſpo liatione.*
2 *Cauſæ duæ quando ſunt pariter priuilegiatæ,vna an excludat aliam.*
3 *Exceptio ſpoliationis non poteſt tolli reſpectu alterius ſpoliationis.*
4 *Conuentus ſuper ſpoliatione an repellatur ipſo iure ab agendo: vel ꝑ exceptionem.*
5 *Agens ſi repulſus eſt ſpoliatione probata.ſi iterum agat ad idẽ, vel ad aliud:an obſtabit ſibi illa repulſio in priori iudicio.Et quid de excipiente.nu.6.*
7 *Sententia lata ſuper actione an tollat exceptionem.*

*Con-*



8 *Conuentus ſuper mutuo,ſi non oppoſuit exceptionem de quantitate ſi bi debita:aut conuentus ſuper hypothecaria non oppoſuit de proprietate pignoris:an poſt ſententiam poterit agere.*
9 *Actiones plures ſi competunt ad idem ex diuerſis cauſis,vel ex eadẽ procedentes:an ſententia lata ſuper vna ex vna cauſa intentata, obſtabit ſi iterum ad eãdem rẽ agatur.*

SVper ſpoliatione. Agens inter-
dicto nõ recõ
uenitur,niſi de alia ſpoliatione,de qua ẽt excipi põt con
1 tra eũ.ſecũda ibi [quicquid]vel ſic. † Spoliatus conuentus à
ſpoliatore põt eum reconuenire ſuper ſua ſpoliatione.vel ſi
plus ſibi placet,per exceptionẽ ſpoliationis repellere ab agẽ
do.¶ Primò no.ꝙ ſpoliatus petens reſtitutionem,non põt re
conueniri,niſi ſuper alia ſpoliatione.an aũt ſi petatur excep-
tio ſnĩæ latæ ſuper interdicto,locũ habeat,qđ hic dicitur. no.
Spec.in ti.de reconuen.§.2.ver.quid ſi conuenio.& ſe. ¶ Et
agenti etiam interdicto vti poſ. obſtat iſta exceptio ſpolia-
tionis,ſecũdùm Io.An.de quo plenius.ī.de ꝑſcrip.c. veniẽs.
2 per Inno.¶ Secũdò nota, † ꝙ ſi duæ cauſæ ſunt pariter priui
legiatæ,vna non excludit aliam per viam agendi. per viã aũt
excipiendi inuicem ſe elidunt,vt glo.dicit circa fi. in exercen
do ergo,& perimẽdo, ſunt paris potentiæ.gl.magna per mo
dum diſtinctionis plenè proſequitur materiam huius.c. cum
ſcilicet duæ petitiones hincinde ab actore in iudicio ꝓducũ
tur,qñ ambæ procedant:quando vna elidat aliam:vel ambæ
inuicem ſe elidant.dic ergo, ꝙ tres ſunt caſus.qñq; ſunt duæ
petitiones petitorię:qñq̨ duę poſſeſſoriæ:qñq; vna petitoria,
alia poſſeſſoria.primo caſu certum eſt , ꝙ ambæ procedunt ,
iuxta illa , quæ vidiſtis in.c.cum dilectus.vbi dixi.¶ Secũdo
caſu qñ ſunt poſſeſſoriæ ſubdiſtingue duos caſus : & loquor
in poſſeſſoriis recuperandi,in quibus dic,ꝙ qñq; vnus con-
tra alterum agit.& nõ eſt dubium, ꝙ procedit vtraq;, vt in
tex.qñq;vnus de ſua ſpoliatione,alius cõtra eũ de ſua excep
tione:& loquitur iſte tex.in ver. quanq̃. quia excipiendo ex-
cludit agentem.qñq; vnus & idem de ſua ſpoliatione agit:&
etiam contra reconuenientem eum ſuper alia ſpoliatione ex
cipit:ita ꝙ primus vult de eadem ſpoliatione agere, & exci-
pere.& etiam põt ſecundùm glo. quia ad aliud proponitur,
vt accuſatio.ſ.ad finem recuperationis rei.& ad aliud, vt ex-
ceptio.ſcilicet ad finem excluſionis agentis. qñq; reconue-
niens ſic excluſus per viam exceptionis vult ſuam ſpoliatio-
nem deducere,etiam per viam exceptionis ad excluſionem
primò agẽtis:& remanebit conuentio,& reconuentio ineffi-
cax.inuicem ergo ſe impediunt,cum ambo vnus contra alte
rũ agit, & excipit de ſpoliatione ſua.¶ Subdit tamen glo. ꝙ
ſi magis expediret reconuenienti agentem, ꝙ vtraq; petitio
procederet:contra verò excipientem de ſpoliatione,de qua
agit,debet replicare de ſua ſpoliatione:& ſic replicatione al-
terius ſpoliationis talis exceptio elidetur. & per conſequens
remanebit efficax conuẽtio , & reconuentio , ſecundùm
glo.in fi.reconueniens ergo actorem agentem, & excipientẽ
de ſua ſpoliatione põt ſimiliter excludere ab agẽdo, ſi de ſua
ſpoliatione obiiciat.vel ſi velit,ꝙ ſup vtraq; procedatur , de
ſua ſpoliatione non debet excipere: ſed contra excipientem
replicare de ſpoliatione ſua,ſecundùm glo.quam non appro
3 bat hic Io.An.dicit em̃ †,ꝙ exceptio ſpoliationis nõ põt tol
li replicatione alterius ſpoliationis: quia excõmunicatio(qđ
plus eſt)in modum replicationis oppoſita,non repellit exci-
piẽtem de excõmunicatione,vt.ī.de excep.c.dilecti. Nõ ob.
ꝙ replicationis natura eſt elidere excõmunicationem , ſicut
elidit exceptio actionem,vt patet Inſti. de replica. per totũ.
quia illud,qñ exceptio concernit actionem:vel replicatio ex
ceptionem.¶ Pone exemplũ,cum exceptio concernit actio-
nem:puta contra agentem ex mutuo excipere de pacto de
non petendo.de re iudi.c.de ſolutione.& ſi. ¶ Similiter pone
exemplum,cum replicatio elidit exceptionem , puta contra
exceptionem excõmunicationis excipitur de nullitate,de ab
ſolutione,& aliis ſimilibus.de quibus plenè per Io.And.ī.de
excep.c.à nobis.¶ Illæ verò exceptiones, quæ non afficiunt,
nec perimũt intentionem agentis, vel exceptionem:ſed per-
ſonam excludunt(vt eſt exceptio ſpoliationis, quæ eſt dilato
ria.)Iſta & ſi.non pñt per modum replicationis oppoſitæ eli
dere exceptionem.ſicut nec exceptiones dilatoriæ elidũt a-
ctionem:ſed agentem excludunt.de qua materia in ſpecu.de
excep.per totũ.& d.c.à nobis. per Io.An. iſtã autẽ glo.Bar.
hic poſitã vide in Spec. de peti.& poſ.in prin. ver. ſed pone
eccle.& ad illa vide qđ no.Bar.& poſt eum Bal.in.l. cum mu
lier.ff.ſo.ma.¶ Venio ad oppo.Inno.& Doc. Et primò quæ-
4 ro † vtrùm iſte conuentus ſuper ſpoliatione repellatur ipſo
iure ab agendo,eo ipſo ꝙ quæſtio ſpoliationis eſt primò mo
ta:vel repellatur per exceptionem, Quidam dicunt, ꝙ demũ
exceptione oppoſita contra reconuenientem : aliàs teneret
iudicium ſuper reconuentione.Alii vt Inn.& Hoſt.dicunt, ꝙ
proponens interdictum coram ordinario,vel delegato con-
ueniri,vel reconueniri nõ poſsit de re pecuniaria. nec eſt ne
ceſſe,ꝙ exceptionem ſpoliationis obiiciat.ſed ſufficit , ꝙ di-
cat,non eſt audiendus in hac conuentione, vel reconuentio-
ne:quia in hoc priuilegiatus ſum.quia contra te propoſui in
terdictum.& hoc probant per iſtum tex.qui dicit [reſtitutio
nis petitio.]non dicit, ſpoliationis exceptio. & ibi intentans
nõ dicit opponẽs. ſed videtur ex hoc ſequi abſurdũ; quia ſuſ
picans conueniri ad verum debitum, præueniet. & fingens
ſe ſpoliatum,libellum ſuper ſpoliatione producet. Et ſic du-
rante dicto iudicio,reconueniri non poſsit.qđ poſſet,ſi ꝑ viã
exceptionis reconuenientem excluderet: quia oporteret in-
fra terminum exceptionem probare.ī.de exce.c. paſtoralis.
¶ Solu.dicunt ipſi,ꝙ etiam hic poterit terminus ſtatui ad ꝓ
bandum ſpoliationem:aliàs ſuper reconuentione aduerſarij
procedatur,vt.ī.qui filij ſint legi.c.lator.& c.frequens.de re-
ſti.ſpolia.lib.6. ¶ Ita hic refert Io.An.cuius verba ſonant
eius contrarium:qđ decidit , videlicet ꝙ ipſo iure reconue-
niens repellatur.nam imò per exceptionẽ.& illa verba.[non
eſt audiendus in hac conuentione]&c.clarè ſonant in excep
tio.quibus dicitur,credo,ꝙ iudiciũ recõuentionis teneret,&
ſnĩa,vt ꝓbat.ſ.c.cũ dilectus.ibi.[nos aũt] maximè qa excep
tio ſpoliationis eſt dilatoria,vt ibi no.&c. ¶ Secundò quæro.
5 † ſi quis egit,& repulſus eſt,ſpoliatio eſt probata:an ſi iterũ
agat ad idem,vel ad aliud,obſtabit ſibi illa repulſio in priori
iudicio:ita ꝙ ſententia lata pro excipiente proſit ſibi in qua-
libet alia cauſa contra actorem iterum agentẽ. vel pone ecõ
6 uerſo,† ꝙ excipiens non probauit:an ſi iterum ille excipat,
ſententia,per quam exceptio extitit reprobata , noceat ſibi.
¶ Aduerte quia quãdoq; ſuper eodem facto oritur actio, &
exceptio,vt patet in ſpoliatione.ex qua oritur interdictũ vñ
vi.& exceptio,de qua hic. ¶ Idem patet in tutore,qui expen-
dit in rebus pupilli. habet em̃ contrariam actionem tutelæ:
& illud idem ſibi debitum põt contra pupillum agentem ex-
cipere compenſando,vt l. 1 .§.finito.de cõtra.act.tu. Idem in
exceptione criminum contra electum: põt em̃ excipi contra
eum,& principaliter,ar.ī.de dolo,& cõtu.c.cum olim.¶ Idẽ
in hypothecaria quò ad ius prælationis:põt em̃ excipere , ſi
contra eum agatur,& exceptione omiſſa, & re ab eo aduoca
ta per hypothecariam, ſuam actionem ẽt intentare , vt.ff.de
7 excep.rei iudi.l.duobus.Dubium eſt ergo,† an ſententia la-
ta ſuper actione tollat exceptionem.¶ Iſtam materiam tan-
git hic ſubtiliter Inno.& ego poſt eũ, Bar.& Io.Cal. diſtinxi
ſ.c.cum dilectus.ſed ne deſit effectus verborum Inno. dicas
ita:ꝙ qñq; quis ſuccubuit ſuper actione,puta intentauit in-
terdictum vnde vi,tanq̃ ſpoliatus,& ſuccubuit:tunc ſi conue
niatur ab eo,contra quem egit,non poterit de illa ſpoliatio-
ne excipere:ſuccubens em̃ in actione bene debet ſuccumbe-
re in exceptione in eadem cauſa deſcendente tanq̃ in mẽte,
vel tanq̃ incluſa,in actione,& illi adhærenti:non em̃ ſuper ex
ceptione ſpoliationis poſſet audiri excipiens:quin læderetur
actor

actor,ſaltem in eo;quia non debet audiri,niſi reſtitueret rē,
quam dicitur *inuaſiſſe*.& tamen primò abſolutus fuerit. per
nouum autem iudicium nō debet vnq̄ diſcuti, ſiue repeti qđ
deciſum eſt,vt l.ſi duo patroni.C.de iureiuran.& l.cum quæ-
ritur.ff.de exce.rei iudica.& hoc eſt primum membrū, quan
do quis ſuccubuit ſuper actione:an poſſit illud idem dedu-
cere in iudicium per viam exceptio. ¶Quandoq; deduxit in
iudicium per viam exceptionis,& ſuccubuit:an de illo poſ-
ſit iterum excipere in alio iudicio.dicit,ꝙ ſic. quia primò ni
hil petiit.de quo.ſ̃.c.2.in glo.patet.Et idem ſi quis ſuper ex
ceptione ſpoliationis obtineat.licèt enim pro excipiente fe
ratur ſententia in vna cauſa,nō proderit ſibi dicta ſententia,
ſi conuentus iterum de ipſa excipiat:niſi etiam de nouo pro
bet.ſententia ergo pro, vel contra excipientem lata non pro
deſt,vel nocet in alia cauſa inter eaſdem perſonas.de quo di
xi plenius.ſ̃.c.cum dilectus.& hoc eſt verum regulariter. fal
lit in quibuſdam caſibus,in quibus deciſum per viam excep
tionis in vno iudicio,non poterit in alio iudicio refricari, vt
exceptio compenſationis.pone enim.tutor cōuentus obiicit
exceptionem pupillo de quibuſdam,quæ impēdit, & repro-
batur ſua exceptio.vel pone.contra mutuum petentem op-
ponitur compenſatio, & reiicitur.iſtis caſibus nō poterit pe
tere ſummam illam compenſatam,in qua ſuccubuit , vt l.1
qđ debetur in diem.§.1.de compenſa.& l.ſi autem. de neg.
ge.vtrobiq; eñ ad idem agitur.nam eadem eſt quantitas,ea
dem quæſtio inter eaſdem perſonas,& ex eadem cā: licèt a-
lio modo agendi.qđ non licet.ff.de excep.rei iudi.l.Iul.& l.ſi
quis cum totum.& l.duobus.& qđ no.Io.An.ĩ.tit.2.c.cū ec-
cleſia.in glo.hoc patet.ver.nec obſt.poſtq̄ eñ de exceptione
eſt plenè cognitum,& diſcuſſum, non poteſt deduci in alio
iudicio,ſi reiecta eſt in princi.l.fi.C.de fide inſtru. ¶Et præ-
dicta ſunt vera in exceptione perēptoria:in exceptionibus
verò declinatoriis fori,dilatoriis ſolutionis,& aliis extraor-
dinariis,quæ contra agentes proponuntur,vt ab agendo re-
pellatur,eſt ſecus.Ius enim iſtarum per ſententiam cōtra ex
cipientem latam non tollitur: quin adhuc ex eiſdem cauſis
directò agatur,vt.ſ̃.eod.c.cum dilectus.§.fi.&.ĩ.de teſtibus.
c.veniens.¶Ratio eſt;quia in iſtis non ita plenæ probatio-
nes, ſicut in peremptoriis,exiguntur:ſed ſummariè procedi
tur.& ideò in his per ſententiam minus præiudicium gene-
ratur.ff.de re iudi.l.à diuo Pio.§.ſi rerum. ¶Tertiò quæro,
dictum eſt ſupra qōne proxima,ꝙ ſententia lata ſup excep-
tione compenſationis:vel aliis ſimilibus peremptoriis parit
præiudicium in alio iudicio.pone ergo, ꝙ ille,cui compete-
bat ad idem actio,& exceptio,non excipit. & ſic ſuccubuit:
8 an poterit poſtea agere.† pone.conuentus ſuper mutuo non
oppoſuit exceptionem de quantitate ſibi debita: vel conuen
tus hypothecaria non excipit de prioritate pignoris.an poſt
ſententiam poterit agere.videtur, ꝙ non: quia ſententia eſt
terminus peremptoriarum.nec poſt ſententiam poſſunt op
poni,vt l.peremptorias.C.ſenten.reſ.non poſ.¶Contrarium
eſt verum,vt hic per Inno.& idem no.ĩ.de fide inſtru.c.cum
Ioannes.in vlti.gloſ.Nō ob.cōtraria.loquuntur eñ in excep
tionibus,quæ ſunt meræ exceptiones,& ex actionibus deſcē
dentes,ſiue ipſas concernētes; vt pactum de non petendo:
præſcriptio iuriſiurādi,& ſi.Iſtæ.n.exceptiones omiſſæ,quæ
tangunt actionem, nō pñt poſt ſententiam opponi; ſecus eſt
in exceptionibus,quæ habent alias actiones ex eodem facto
procedentes,& vbi idē quæritur:tunc eñ ſi non fuerunt op-
poſitæ,poterunt per viam agendi in alio iudicio deduci: vn-
de omittens compenſationem opponere,poterit illud debi-
tum principaliter petere. ¶Similiter omittens excipere de
prioritate pignoris , poterit principaliter hypothecariam
intentare,vt d.l.ſi duobus.de excep.rei iudi. ¶Quartò quæ-
ro.dictum eſt,an qđ deciſum eſt in vno iudicio per viam agē
di,vel excipiendi poſſit in alio iudicio refricari . ¶Sed quid
9 dices †: ſi ad idem plures cōpetant actiones ex diuerſis cau-
ſis,vel ex eadem procedentes:an ſententia lata ſuper vna ex
vna cauſa intentata obſtet , ſi iterum ad eandem rem agatur
alia actione.¶In hoc tangit in reali,& pſonali,& minus pfe
ctè. Ideo vide plenius per Bar. in l. & an eadē.§.actiones.
ff.de excep. rei iudi. vbi plenè diſtinguit. dicam.ĩ.de cauſa
poſſeſſio.& ꝓprie.c.fi.vbi melius illa materia applicatur.

# De plus petitionibus.[a]

QVIA plerunq; in iudicijs plus petitur, quàm
debeatur,ideo &c.Goff. Vel aliter. qa inter acci
dentes quæſtiones,quas interdum proponit,quā
doq; actor, qñq; reus,plus petitur.Ideo &c.

ADDITIO.

a ¶De plus petitionibus. Vide Bar.in l.3.§.ſi ita.de le.1.eundem in.l.vbi decretum.§.proficiſci.de offi. procon.

*SVMMAE.*

1 *Creditor non debet contra debitorem agere ante terminum ſolutioni præfixum.*
2 *Præueniens terminum in petendo dicitur importunus.*
3 *Plus petens quando puniatur : & quando non.*
4 *Plus peti dicitur quatuor modis.*
5 *Debitum vno loco , an poſſit peti in alio.*
6 *Solui in vno loco magis quam in alio,quando interſit.*
7 *Electio cuius ſit in obligatione generis, vel alternatiua.& nu.23.*
8 *Plus ſi petatur,& debetur minus,quid iuris.*
9 *Tempore plus peti quid dicatur.*
10 *Obligatio in diem,& conditionalis æquiparantur.*
11 *Pœnitentia non habet locum regulariter poſt delictum cōſummatū.*
12 *Pœna tripli an habeat locū,quando petitur plus re,cauſa, vel loco.*
13 *Caſus,in quibus poteſt agi ante diem,vel conditionem.*
14 *Creditor,cui debebam decem in Calendis Octobris:ſi agit hodie in Calendis Maij : an iudex debebit me abſoluere ab inſtantia iudicij: vel diffinitiuè condemnare vt ſoluam,inducijs duplicatis.*
15 *Locus ſolutionis an debeat exprimi in libello , quando in alio loco petitur.*
16 *Minus ſi petatur,quàm debeatur, quid iuris.*
17 *Induciæ,de quibus, hic quæ duplicantur,quando petitur plus tempore,quæ ſint.& quomodo intelligantur.*
18 *Vtilitas debitoris,vt non ſoluat, niſi vbi dare promiſit, circa quid verſetur.*
19 *Actiones arbitrariæ propter locum , quæ ſint : & quare dicantur arbitrariæ.*
20 *Actiones bonæ ſidei an ſint arbitrariæ propter locum.*
21 *Debitor,qui promiſit ſoluere certo loco:ſi vult ſoluere in alio ſponte, an poſſit,creditore inuito.& nu.22.*

COnſilium. Ponit q̄tuor modos plus
petendi:& ſuas pœnas. ſe-
1 cunda ibi[te quoq;]illos modos exponit.¶† Pri-
mò no.ꝙ ante terminum ſolutioni præfixum non debet cre
ditor contra debitorem agere. dilatio eñ videtur in dubio
appoſita in fauorem debitoris,vt iterum ſoluere non coga-
tur:licèt quandoq; ſit appoſita in fauorem creditoris, vt l. q
Romæ. in prin. & quæ ibi no.ff.de verb.obli.& l. eum qui.
aliàs incipit.Iabolenus.ff.de an.leg. & l.in fide.§.cum Polli-
2 dius.ff.de vſur.¶† Secundò no.ꝙ ille,qui præuenit terminū
in petēdo,dicitur importunus.quæ importunitas eſt iuribus
odioſa:& plectibilis in illo caſu , & in alio.ĩ. de reſcrip.c.fi.
3 lib.6. ¶† Tertiò not. ꝙ tunc punitur ille , qui plus petit:
cū in ſua petitione perſiſtit. deſiſtendo igitur non incurrit
iſtas pœnas.vſq; ad qđ tempus datum hoc ſibi liceat.dic vt.
4 l.1.C.e.& dixi plenè.ſ̃.de foro cōpe.c.ſi diligenti.¶† Quar-
tò no.ꝙ quatuor modis dicitur plus peti,re,cā,loco,& tem-
pore,concor.Inſti.de act.§.ſi quis agens.& hos modos exē
pliſica,vt in verſ.tē quoq;.¶ Quintò no.in ver. qui aūt plus
5 loco † ꝙ debitū vno loco poteſt peti alio: tenetur tamen ad
intereſſe debitoris conuenti in alio loco,q̄ ſit ſolutio deſtina
ta.¶Similiter haberetur ratio intereſſe creditoris,ſi plus ſua
interſit in loco deſtinato fuiſſe ſolutum.de quo.ſ̃.de offi. de-
leg.c.P,& G.in prima gl.vbi no.quomodo vtriuſq; intereſſe,
ſcilicet creditoris,& debitoris habetur ratio. ¶Sed dices.de
loco ad tempus eſt licitum arg.vt l.vinum.ff.ſi cer. pet. ſicut
ergo creditor nō poteſt petere ante tp̄s. Ita nec in loco alio,
quàm conuentum ſit. ¶ So.intellige hoc permiſſum, ſcilicet
alio loco,poſt moram adhibitam in ſoluendo. tunc enim ha
beret locum,quod hic dicitur : quia aliter creditor nunquā
poſſet ſuum debitum conſequi,debitore non attendente ad
locum ſolutionis.¶ Et iſtam rationem ponit tex. in l.1.ff.de
eo qđ certo loco. vide in Spec.de fruc.& intereſſe.§.5.& vlt.
6 ver.& vt hoc arti culo. ¶† Sextò not. quòd quandoque in-
tereſt ſolui magis vno loco,quàm alio.quia pretia rerum va
riantur ex tempore,& ex loco, vt l. pretia rerum. ff. ad leg.
fal.plus enim regulariter valet frumentum Venetiis,quàm
hic Paduæ.Ille ergo, qui tenetur mihi dare cētum modia fru
menti Paduæ,& non dat.ſi petam Venetiis, condemnabitur
tanto precio minus, quanto valet Paduæ,ſi ſoluiſſet.idē ecō
uerſo,condēnaretur in plus,ſi promiſit ſoluere Venetijs &c.
7 hic alia exempla collige per teipſum.¶†Septimò not.quòd
quādoque debetur aliquid in genere.puta vnus ſeruus,bos,
& equus,& ſimi.quandoque alternatiuè. puta Stichus , aut
Pamphilus.¶ Et in iſtis obligationibus eſt electio debitoris
regulariter,non creditoris,vt l.plerunque.§.fi.ff. de iure do.
cum ſi.ibi alleg.in glo.ad quod tamen vide,quod no.in l.Lu
cius.de leg.2. ergo non poteſt creditor in iſtis obligationi-
bus petere certam ſpeciem; quia aufert debitori dictum be
neficium electionis , vt dicit gloſſ.4.debet ergo iſtis caſibus
formari libellus in genere,vel alternatiue,ſicut generaliter,
quandocūq; declaratio certitudinis nō eſt in eius poteſtate,
vt l.1.§.quod autē.ff.quorum leg.& no.Inſtitu.de act.§. cu-
ratore.¶ Si verò in obligatione generis,vel alternatiua eſſet
electio creditoris . deberet eligere, & certum petere in libel
lo.nec haberet locum,quod hic dicitur, vt l. vbi autem non
8 apparet .§. illud. ff. de ver.obl. & ibi Barto.¶†Octauò no.
in ver.re autem.quid iuris, quando plus petitur, & debetur
minus.dicit enim iſte tex. quòd condemnabitur in illa ſum-
ma minori,quæ apparet debita, infra tangam. & dixi.ſ̃. de
lit.conteſta.c.1. ¶ Quid econuerſo , quando debetur plus,
& petitur minus.Bar.tangit in l.ſcire debemus.de verbo.ob
9 li.¶†Nonò no.quòd tempore plus petitur , cū petitur ante
tempus.plus eſt enim,ſi hodie quis mihi ſoluat centum:quā
ſi vſque ad annū ſolueret cētum,& decem,propter interuſu-
rium medii temporis , in fundo,domo , & ſimilibus. hoc eſt
clarū pp fructus medii tēporis,quos debitor facit ſuos , vt l.
ſi ita relictū.§.Pegaſus.de le.2. & l.fideicōmiſſa.ff.ad Treb.
10 ¶Decimò no.in fi.† ꝙ obligatio in diē,& cōditionalis ęqui
parantur.Nam ante euentum diei, vel conditionis dr̃ vtrun
que deberi,vt in fi.c.& ſic in vtraque obligatione ante diem,
vel conditionem nata obligatio. ſed actio deferatur.qđ verū
videtur in debito in diem,non in debito cōditionali, vt dicā.
ĩ.¶Oppo.innuit ille tex.ꝙ iſti,qui plus petunt,poſſent pœ-
nitere ad euitationē pœnæ.Sed contra de l.1.C.eo.ſol. dicit
glo.j.ante li.cōte.pōt impunè deſiſtere,vt hic:ſed nō poſtea,
vt ibi.ſed videtur,ꝙ nec ante.nec poſt liceat pœnitere ad eua
ſionem pœnæ,vt l.qui ea mente.de fur.¶ So.longa eſt mate
11 ria,qñ in delictis habeat locū pnīa,& qñ nō†regulariter eñ
poſt delictum conſummatum non habet locū pnīa, vt dicta
l. qui ea mēte.fallit hic,& in caſibus ibi no. p Bar.& p Cy. in
l.ſi qs nō dicā rapere.C.de epi.& cle.¶Scđò opp.& vr̃,ꝙ il-
le,qui petit plus debito,cadat à toto, poſtq de imꝓba peti-
tio.cōſtiterit,vt d.l.j.C.e.¶So.dicit gl.j.ibi loquit,cū p dolū
extorſit cautionē maioris quātitatis, q i rei veritate debeat



Iſte eñ,q pſtiterit,& cōuictus de hoc fuerit, toto debito pu
nit,vt ibi.& ĩtellige,ꝙ ꝓbari debeat dolus cōtra petitionē,
vt incidat in illam pœnā.¶Non enim eo ipſo,ꝙ petat.20.&
probat de decem,probatur dolus,niſi aliter doceatur : licèt
contrarium ſentiat ibi gl.& malè, ſecundùm Cy.per text.In
ſti.de act.§.tripli.& §.præterea.& in Aut.de defen.ciui.§. &
iudicare.¶Iſte autem tex.loquitur, ꝙ non petitur plus vigo
re talis cautionis , ſed aliter: ideò mitius punitur.ibi durius;
qa maius delictum.ideo cadit à toto,niſi in duobus caſibus
ibi exceptis.cum.ſ.ſecunda cautio, vel tranſactio interceſſe-
rit:vr̃ enim tunc purgatus dolus præcedens,ſcilicet per ſecū
dam cautionem,vel tranſactionem.¶Tertiò opp.& videtur.
12 †ꝙ ille,qui petit plus re,cauſa,vel loco,non ſolùm condēna-
ri debeat in expenſis,vt hic dicitur:ſed in triplo ſportularū,
ſi reus eas ſoluerit,vt Inſti.de acti.§.tripli. non habet locum
in foro eccleſiaſtico.ar.ĩ.de dolo,& contum.c.j.nam ſi iuris
lator hoc ſenſiſſet, expreſſiſſet hoc illo.c.ar.ĩ.de deci. c.ad
audientiam.præterea in foro eccleſiaſtico non præſentantur
ſportulæ,vt ĩ.de vita,& ho.cle.c.cum ab omni. ergo qđ non
eſt,vel qđ non exigitur,triplicari non poteſt,arg.ſ̃.de cōſti.
c.cum acceſſiſſent.& hoc placet Inn.Hoſt.& Ab. ¶Ex quo
infert Io.An.ꝙ in foro ciuili,in quo ſportulæ non præſtant,
dicta pœna tripli non vendicat ſibi locum.¶Quartò oppo.
extra gl.& videtur,ꝙ etiam ante euentum diei,vel conditio-
nis poſſit debitor conueniri, vt l.j.ad hoc.C.de iure do. & ff.
q ſatiſd.cogan.l.ſi fideiuſſor.§.fi.& de pigno.l.grege.§.penul.
13 ¶†So.literæ eſt,qđ dr̃ in illo.c.¶ Fallit, cum debitor in diē,
vel ſub cōditione ē ſuſpectus de fuga:vel ꝙ efficaciter nō ſit
ſoluendo.quibus caſibus poteſt agi ante euentū diei,vel con
ditionis:non vt ſtatim ſoluatur:ſed vt cautio idonea interpo
natur de ſoluendo in termino, veniente die , vel conditione.
de quo dic, vt l.in omnibus.ff.de iudic.& l.ſi creditorē. ff. de
his,quæ in frau.credi.vbi dr̃,ꝙ iſtam ſuſpicionem fugæ , vel
dilapidationis non poteſt allegare creditor,qui contraxit cū
homine ſic ſuſpecto,vel fugitiuo:qa debet tunc ſibi imputa-
re,vt l.fi.C.de ſpō.¶Si ergo ſuſpicio fugę, vel dilapidationis
ſupuenit, habet locum, qđ dixi de cautione præſtanda, &c.
¶Venio ad.q.dr̃ hic,ꝙ ille,qui petit plus re,cauſa , vel tem-
pore,condemnatur, vt in tex.in quo ſolùm tangitur de con-
demnatione expenſarū , de intereſſe,& de iud. duplicando.
¶Sed quero, vtrùm ſuper eo,qđ principaliter deducit in pe
titione,fiet condemnatio,vel abſolutio ab inſtantia iudicii,
tanquam petitio fuerit ineptè concepta,vt in ſimili.ſ̃.de iud.
c.examinata.Io.An.poſt no.hoc tangit ad hoc , cum petitur
plus tempore,& plus loco.Sed qñ re,vel cauſa, nihil dicit.
¶De ſingulis igitur videamus ſub iſta principali quæſtione.
14 & primò cum petitur plus tempore.pone enim,†ꝙ creditor,
cui debebam 10. in Calendis Octobris,egit hodie in Calen-
dis Maij. vtrùm iudex debeat me abſoluere ab inſtantia iu-
dicii,vel diffinitiuè condemnare,vt ſoluam induciis duplica
tis?vr̃,ꝙ debeam abſolui ab inſtantia iudicii,non condemna
ri ad ſoluendum in termino,vt hic:dum dicit[induciæ dupli-
cantur, nec litem excipiet.]&c.ex quo patet, ꝙ poſt duplica
tionem induciarum nouo iudicio opus eſt.Ex dictis Io.And.
diſtingue duos caſus.nam qñq; reus conuentus ſtatim oppo
ſuit,& probauit exceptionem dilatoriam ſolutionis. & hoc
caſu abſoluetur ab inſtantia,induciis duplicatis: nec conuen
tus poſtea cogetur litē recipere,niſi lapſis dictis induciis , &
ſolutis expen.& ita poteſt intelligi iſte tex.qñq; reus conuen
tus oppoſuit iſtam exceptionem poſt li.conte.& in hoc ponit
opi.¶Quidam enim dicunt,ꝙ idem, vt ſupra, in membro ꝓ-
cedenti,arg.ff.de peti.hære.l.ꝙ ſi in diē.¶ Alii dicunt, ꝙ non
fiet abſolutio ab inſtantia iudicii:ſed durabit quantum reus
proſequi non cogetur,niſi lapſis induciis , & ſolutis expēſis.
& ſic etiam poteſt intelligi iſte tex.¶Tertia eſt opi. quam ap
probat Io.An.videlicet ꝙ talis debitor in diem , poſtq̄ fuit li
tem conteſtatus(ex quò conſtat de debito in diem) condem
nari

nari debet, pœnis tñ hic ſtatutis, ſcilicet induciis duplicãdis,
& expenſis impoſitis creditori, propter ſuam temeritatem;
qa petiit ante tempus, argu.ff.de iudi.l.de qua re.ad.l.Aqui.
l.in l.Aquil.& de fur.l.quidam.Nõ obſt.l.ꝙ ſi in diem. quia
ibi non agebatur de ſolutio.debiti:ſed vt cautio præſtaret, in
qua bene fit cõdẽnatio, vt ff.de iudi.l.in oĩbus.¶Et illã opi.
ꝙ debeat ſequi cõdemnatio ad ſoluẽdum in termino dupli
cato, videtur ſequi Bar.in l.eũ qui ita.§. de ſtip.ff. de verbo.
obli.ſecus credo, cum petitur debitum ſub conditione ante
euentum conditionis.qa tunc debet ſequi abſolutio ab inſtã
tia, vt l.grege.§.ſi ſub conditione.ff.de pigno. rõ differentiæ
inter obligationem in diem, & conditionem eſt; qa ibi orta
eſt actio ante diem: licet ex actio differat, vt ĩ.dicam. ¶Sed
in debito conditionali, conditione pendente, nulla actio na-
ta eſt, vt l.creditore.& l.cedere diem.de verb.ſigni. ideò ſine
act.&c. vt l.ſi pupil.§.videamus.ff.de ne.geſtis.& c.exanima-
tã.de iudi.& hæc dicta ſint, cũ plus petit tpe.¶Sed quærit qñ
petitur plus loco. pone debebam tibi hic Paduæ dare qua-
tuor vegetes vini, quos petis à me Venetiis, vbi plus valet:
vt l.fi. C.de codi. Aut ſic ſe non habet. & tunc aut eſt conclu-
ſum in petitorio,aut non,vt in iſto.c.contra quod tamen op-
po.quòd ſententia, quæ fertur in petitorio,obſtabit in poſſeſ
ſorio adipiſcendæ. ergo non admittitur concurſus, vt l.fun-
di.& l.fundum.de excep.rei iudi.¶Sol.dicit ipſe. iſtud nõ eſt
ſemper verum:ſed ita demum, ſi reus probauerit ſe dominũ.
ſufficit ergo (ne concurſus impediatur) ſic ſe habere ſecundũ
iudiciũ: vt non ſemper ſententia lata in primo iudicio ſibi ob
ſtet,vt ibi per eum.¶Secundò in poſſeſſorio recuperãdæ di-
ſtingue duo membra,vt in iſto.c. ¶Nam ante concluſionem
poteſt; quia contra dictum agentem poſſeſſorio exceptio do
minij non admittitur,vt no.ſupra eo.c.1. & l.ſi quis à ſe fun-
dum. C.ad leg.Iul.de vi. poſt cõcluſionem etiam poteſt in ca
ſu,quo iudici apparebit,vt in iſto.c.¶Tertiò in poſſeſſorio re
tinendæ dicit,quòd aut ſecundo loco proponitur diuerſo re
ſpectu.i.pro alia poſſeſſione, quàm deducta fuerit in priori
iudicio.& poteſt,vt dixi ſupra in primo contrario.aut propo
nitur eodem reſpectu. i. reſpectu eiuſdẽ poſſeſſionis, ꝓ qua
ago petitorio in primo iudicio. & tunc aut intento poſſeſſo-
rium retinendæ ratione poſſeſſionis quæſitum poſt intentatũ
petitorium.& poſſum.Caſus eſt in dicto. §.nihil commune.ſe
cundùm quartam lecturam.Aut ratione poſſeſſionis, quã me
habuiſſe prætendo tempore intentati petitorij.& tunc aut ꝓ-
tendo ignorantiam,vel prætendo per alium poſſidere.& poſ
ſum:quia ſic tunc poſſeſſio talis non perditur,intentando pe
titorium.Aut poſſidebam per me ipſum, & hoc ſciebã.& tũc
agere non poſſum poſſeſſorio retinendæ: quia inteñtando pe
titorium, primò videor renunciare poſſeſſioni, quam habe-
bam,vt dixi ſupra in ſecunda opinione.Et hoc verum,quan-
do reus conuentus ſecundo loco poſſeſſorio retinendæ fate-
tur me poſſidere.¶Si verò negat, non videor renunciare pe-
titorio prius inito:quia ex aſſertione mea (ſcilicet quòd poſ-
ſideam) non poteſt niti, poſtquã ipſam negat.ſicut dicit Spe.
de poſitione negata in titulo de poſitio. §.8. fatet̃ enim Bart.
quòd hoc caſu propter contrarietatem erit prius proceden-
dum in poſſeſſorio,vt l.incerti.C.de interdic.& l.ordinarij.de
rei.vẽd.¶Et hoc breuiter de prima combinatione, quæ fuit.
ſi vnus,& idem poſt petitorium intentauit. Secundò poſſeſſo
rium adipiſcendæ,& recuperandæ,vel retinendæ vtrùm poſ-
ſit.collige ex prædictis. ¶Secunda combinatio eſt, quando
vnus & idem proponit primò poſſeſſorium: ſecundò petito-
rium.& ſic econuerſo ad primam.& diſtingue ſimiliter: quia
aut primum poſſeſſorium fuit adipiſcendæ, aut recuperãdæ,
aut retinendæ.¶Si fuit adipiſcendæ.& concurrit cum eo peti
torium poſtea intentatum: quia illa iudicia non tolluntur ele
ctione.nec ſententia lata in primo parit exceptionem rei iu-
dic.in ſecundo, vt l.an eadem.§.fi.ff.de exce.rei iudi. ¶Secun
do caſu.ſ.ſi fuit recuperandæ.& idem, quia petitorium ſecun
do loco propoſitum cum eodem cõcurrit.Sed vtrùm cum be
neficio huius.c.ſcilicet vt inſtante actore, ſuſpendatur proſe-
cutio poſſeſſorij prius intentata.not.in clemen. 1.eo.ti. ¶Ter
tio caſu ſi fuit retinendæ.& tũc aut diuerſo reſpectu ſine poſ-
ſeſſione,



ſeſſione.& ꝓcedet vtrũq;.aut eo.& tunc aut petitorium ſcđo
loco ꝓpoſitum intentat̃ reſpectu eiuſdem poſſeſſionis,quam
dicit ſe ꝑdidiſſe poſt intentatum poſſeſſoriũ. aut dicit ſe per-
didiſſe eam ante. Primo caſu, aut dicit ſe perdidiſſe ante litẽ
conteſtatam, aut poſt.ſi ante, videtur renunciatum poſſeſſo-
rio.ſi poſt,non videtur renunciatum: ſed procedit vtrunq; iu
18 dicium.Ratio eſt, †quia interdictum vti poſ. datur ei,qui lit.
conteſta.tempore poſſidebat.Inſti.de interdic.§. hodie.¶Se
cundo caſu principali proponendo petitorium, videtur renũ
ciare.& hoc ꝑꝑ contrarietatem, vt ibi per eum in tertia lectu
ra.¶Tertia combinatio eſt, qñ vnus ſimul, & ſemel ꝓponit
vtrunq; ſcilicet petitorium & poſſeſſorium.& tunc in poſſeſ-
ſorio adipiſcendæ,& recuperandæ admittitur cõcurſus.¶In
poſſeſſorio retinendæ diſtingue eodem, vel diuerſo reſpectu:
vt ſi eodem, non poſſit.ſi diuerſo,poſſit.¶Quarta cõbinatio
eſt,qñ vnus primò petitorium. alius ſcđò petitorium intenta
uit.& hic diſtingue: quia aut ſcđo loco alius intentat poſſeſſo
rium recuperandæ,aut adipiſcendæ, aut retinendæ poſſeſſio
nis. ſi recuperandæ. & tunc aut ratione ſpoliationis ſecutæ,
poſtquam conuentus fuerat petitorio. & procedit vtrunq; iu
dicium,vt l.ſi conſtiterit. C.fini.reg. aut rõne ſpoliationis fa-
ctæ,antequam contra eum petitorio foret actum.& tunc aut
agit̃ poſſeſſorio reſpectu alterius poſſeſſionis,q̃ cõueniat̃.pu
ta conuenit̃ petitorio:quia ciuiliter poſſidet, vel detinet,ipſe
agit poſſeſſorio recuperandæ:quia dicit ſe ſpoliatum, ſaltem
naturali.& procedit vtrunq; iudicium,ſm̃ Bar.qđ dictum nõ
perfectè capio : quia ſpoliatus non poſſidet, vel detinet vllo
modo. qũo ergo conuentus fuerit petitorio, ſi ante erat ſpo-
liatus,nõ video:niſi dicas,ꝙ ſpoliator fuerit ꝓteſtatus, ꝙ nõ
19 intendebat eum priuare ciuili, ſed naturali tm̃. † Regulatur
n.proteſtatio ſm̃ animum ꝓteſtantis,vt no.Bar.in l.non ſolũ.
§.fi.de ope.noui nũ.ad finem materiæ proteſtationis. ¶Si ve
rò eodem reſpectu eiuſdem poſſeſſionis, qua conuentus fuit
petitorio,agit poſſeſſorio recuperandæ.& tunc aut ante li.cõ
teſta. ſuper petitorio: aut poſt. primo caſu procedetur ſuper
poſſeſſorio,ẽt ſi fuiſſet confeſſus ſe poſſidere: quia licet pœni
tere.ff.de rei.ven.l.ſi is,qui ſe obtulit.¶Scđo caſu quando ꝓ-
ponitur poſt lit.conteſta.ſuper petitorio: & tunc aut confeſ-
ſus fuit ſe poſſidere. & non poteſt agere poſſeſſorio recupe-
randæ: quia eſſet ſibi contrarius, dicendo modò ſe ſpoliatũ,
cum prius dixerit ſe poſſidere.ergo repellendus,vt l.1.C.de
furtis. ¶Aut non dixit ſe poſſidere (quia non fuit de hoc in-
terrogatus.)& tunc poterit proponere poſſeſſorium recupe-
randæ:nec per hoc ſuperſedebitur in petitorio.¶Nã illa ex-
ceptio.ꝙ prius cognoſcatur de cauſa ſpoliationis, eſt dilato-
ria,vt no.Inno.in c.cum dilectus.de ordi.cogni. ¶Et quis ſit
effectus iſtius iudicij, quando quis conuenitur petitorio,
& non poſſidet:nec fuit interrogatus hæres. no.ff. de excep.
rei iudica.l.ſi à te. §.1.& hæc dicta ſint,cum poſt intentatum
petitorium ab vno proponitur poſſeſſorium recuperãdæ ab
alio. ¶Quandoq; proponitur poſſeſſorium adipiſcendæ. &
tunc aut iſta iudicia proponuntur diuerſis reſpectibus. & nõ
eſt dubium, quòd procedunt: aut eodem reſpectu. & tunc
aut reus illud proponit ante litem conteſtatam.& in ſolo poſ
ſeſſorio procedetur. Ideò quia intentando poſſeſſorium adi
piſcendæ negat ſe poſſidere.ergo &c. vt l. fina. ff.de rei ven-
dica.Aut reus illud proponit poſt litem conteſtatam.& tunc
aut conuentus primò petitorio confeſſus fuit ſe poſſidere:
20 aut non, vt dixi in præcedenti membro. ¶†Reſtat videre,
quando proponitur interdictum retinendæ. & tunc aut pro-
ponitur diuerſis reſpectibus:aut procedit vtrunq; iudicium.
pone exemplum. Reus conuentus rei vendicatione turba-
tur ab actore in poſſeſſione,qua conuenitur. Conſtat enim
poſſe agere interdicto vti poſſidetis. contra talem turbato
rem,non prætendentem ſe poſſidere,vt l.ſi duo.§.item videa
mus. ff. vti poſſidetis. Aut agit reus reſpectu eiuſdem poſ-
ſeſſionis, pro qua conuenitur (quia actor eam ſe aſſerit poſ-
ſidere ante litem motam ſuper poſſeſſorio. & proceditur in
ſolo poſſeſſorio ſecundo loco propoſito : quia actor hoc ca-
ſu videtur petitorio renunciare propter contrarietatem. aut
ſe aſſerit poſſidere poſt litem conteſtatam ſuper petitorio.
& procedit vtrunque iudicium. ¶ Quinta combinatio eſt,
quando vnus proponit primò poſſeſſorium: alius ſecundò
petitorium.& ſic econuerſo ad præcedentem. quo caſu dic,
quòd aut poſſeſſorium primò propoſitum fuit recuperãdæ.
& tunc aut petitorium ſecundò propoſitum proponitur per
modum agendi.& non põt:qa ille intentando primò poſſeſ-
ſorium negauit ſe poſſidere: ergo nõ quæritur petitorio,vt l.
fi.de rei ven.¶Item qa cauſa ſpoliationis eſt priuilegiata: vt
primò de ea cognoſcat̃, vt c.fi.ſ̃. de ord.cog. aut proponitur
in modũ excipiendi.& tunc aut agens ſpoliatione in hoc cõ-
ſenſit,aut nõ.primo caſu admittitur. ſecundo repellitur in c.
1.j.ti.1. ¶Si verò poſſeſſorium primò intentatum eſt adipi-
ſcendæ.& tunc aut diuerſo reſpectu; & poteſt. aut eodem:&
non poteſt.quia agens primò poſſeſſorio negat ſe poſſidere,
ergo &c. vt dicta l. fina. niſi fortè conueniretur ratione poſ-
ſeſſionis primò quæſitæ. ¶Si verò fuit propoſitum primo
loco poſſeſſorium retinendæ.tunc aut diuerſo reſpectu:& ꝓ-
cedat vtrunque iudicium.aut eodem: & tunc prius cognoſce
tur de poſſeſſione.non enim ſimul concurrunt ratione con-
trarietatis,& ratione ordinis. & ſic poteſt intelligi. l.incerti.
hoc tamen caſu cognitio ſuper poſſeſſorio facilis erit. nam
ille, qui ſecundò proponit petitorium : videtur renunciare
poſſeſſioni,quam primò aſſerebat ſe habere. Ideo iudex il-
lum,qui poſſeſſorio agit, pronunciabit in poſſeſſione potio-
rem:niſi poſſideat vi,clam,vel precario.¶Sexta combinatio
eſt, quando ſimul & eodem tempore vnus proponit petito-
rium,& alius poſſeſſorium.illo caſu (quodcunq; ſit poſſeſſo-
rium) ſemper debet de eo primò cognoſci. Ita tenet gloſſ.
C.de interdict. l. incerti. quod verum putat Barto.in quoli-
bet interdicto. & primò probat in interdicto recuperandæ.
quo ſi vnus proponit petitorium, & alius poſſeſſorium inten
tat,hic eſt contrarietas:cum vnus aſſerit alium poſſidere agẽ
do petitorio.& ille negat agendo poſſeſſorio. vnde impedia-
tur concurſus ratio contrarietatis, & etiam ratione ordi-
nis.quia ſpoliationis cauſa eſt primò tractãda, vt l.ſi deniq;.
ff.de iudiciis. Eadem ratio contrarietatis, & ordinis ſubeſt
in interdicto adipiſcendæ. ¶Item in interdicto retinendæ,
prout agitur.quia aduerſarius ſe poſſidere contendit, ſubeſt
ratio contrarietatis, & ordinis, niſi diuerſis reſpectibus, vt
ſæpius dictum eſt.¶Septima,& vltima combinatio eſt, quan
do vterque proponit petitorium, & poſſeſſorium.& quilibet
aſſerit ſe poſſeſſorem, & dominum : tunc ſecundùm omnes
& ratione contrarietatis, & ratione ordinis iudiciarij debet
præcedere poſſeſſorium.ff. vti poſſidetis.l.1.§. hoc autem.&
ff. de iudiciis. l. inter legatos. Et per illas ſeptem combina-
tiones apparet illã materiã perfectius declaratã, quæ eſt ſub
tilis, & obſcura per multos tramites deriuata, vt vidiſtis.
¶ Et vnum poſt Barto.non omittas,quòd in omnibus com-
binationibus prædictis ſi poſſeſſorium, quod proponitur,
habet cauſam dominij : non concurret cum petitorio, ob-
ſtante illa ſecunda : quòd ſententia lata in vno, parit exce-
ptionem rei iudicatæ in alio.ff.de interdict. l. 2. §. quidam.
¶ Et prædicta locum habent ſolùm cum quæritur : an poſ-
ſint ſimul in iudicio cumulari, ſiue deduci ab eodem, vel di-
uerſis. ¶ In caſibus verò, in quibus ſupra declaratum eſt
poſſe ꝓponi,quis erit exitus vtriuſq; ? Cy. plenè diſtinguit in
d.l.incerti.& Ioan. And. etiam in iſto. c. ſic diſtinguit.aut li-
quet de vtroq;, aut de altero tantùm. ¶Si de vtroq; liquet,
aut pro vna parte tantùm : aut de vno pro vna:de altero pro
altera. ſi de vtraq; liquet pro eadem parte.ſi pro reo, planũ
eſt;qa ſuper vtroq; abſoluit, ſiue liqueat;quia ꝓbauit de iure
ſuo:ſiue quia non ꝓbauit actor.ſ̃.c.2.in fi. ¶Si pro actore li
quet; vt qa vendicans poſſeſſorio ẽt agens ꝓbauit ũtrũq;. &

iudex ꝓnũciabit ſuper vtroq;.quia de qua re,&c.ſ.c.proxi.
¶Et ſi dicas pro nihilo pronunciabit ſuper poſſeſſorio, ex
quò ſuper petitorio pronunciat, cũ in executione poſſesſio
ſequatur proprietatem.j.c.ꝓxi.de publi.l. penul. & vlti.Reſ
põdeo illud verũ quò ad officium reſtituendæ poſſesſionis:
ſed valet ad expenſas, quas debet victus victori. de pœnis.
calũ.ff.de rei vendi.l.vterq;. & quò ad fructus,qui in poſſeſ-
ſorio recuperandæ debentur tpe deiectionis,habita ratione
recipiẽdorũ.j.ti.1.c.grauis.de vi & ui ar.l.1.§.ex die qui reſ
pectu petitorii non venirent, vt dicto.c.grauis. ¶Si verò de
vtroq;liquet,ſed diuiſim pro altero tm̃. ſubdiſtingue.aut li-
quet de petitorio pro actore:de poſſeſſorio pro reo: aut ecõ
uerſo:primo caſu in petitorio pro actore,in poſſeſſorio pro
reo pronunciabit iudex.& per hoc p̃cipiet rẽ actori reſtitui;
ex quo ſua eſt,vt.d.l pe.& vl. de plubli. ſed ꝓpter expẽſas ẽt
ſuper poſſeſſorio pronunciabit iudex, vt d. l.vtiq;. Et idẽ de
caſu conuerſo,in quo pronunciabit in petitorio pro reo:in
poſſeſſorio pro actore propter expeñ. & propter fructus,vt
not.ſ.c.proxi.&.j. de teſti.c.ſignificauerunt.in gloſ.ſi. ¶Et
ſi quæras:an tunc poſſesſio reſtituatur actori.refert:quia aut
liquet de ꝓprietate pro reo (quia non probauit actor) aut
quia reus probauit dñium.& hoc ſecundo caſu pronunciabi
tur pro reo:nec tenebitur poſſesſionem actori tunc reſtitue-
re.quia dolo facit &c.de reg.iu.li.6. primo caſu licèt pro eo
pronuncietur in petitorio:per id tñ nil conſequitur niſi quia
eãdem cõdẽnationem expenſarum in petitorio.& ſcitur per
id,quis teneatur ad expenſas,vt dicta.l.vtiq;.¶Secũdo prin-
cipali membro quando liquet de altero tm̃, aut poſſeſſorio
tantùm. & tunc aut pro actore. quo caſu iudex condẽnabit
reum,& præcipiet actori reſtitui rem. & pendebit inſtantia
petitorii. de quo ſi non conſtat, tenebitur actor ad expẽſas
reo,vt ſæpius dictum eſt.aut de poſſeſſorio conſtat pro reo:
& pro eo pronunciabitur.& pendebit petitorium, vt p̃dictũ
eſt.¶Si verò liquet tm̃ de petitorio.ſi pro actore iudex pro-
nunciabit rem ſuam eſſe:adhuc de poſſeſſorio cognoſcetur,
propter expenſas,vt dictum eſt per,l.vtiq;.præallega. ¶Si ve
rò de petitorio liquet pro reo:tunc aut liquet,quia actor nõ
probauit.& parum proderit:niſi quia abſoluetur,& ſentẽtia
conſeruabit ſibi retentionem. Inſti. de interdi.§.cõmodũ.
aut liquet pro reo:quia onus probationis aſſumẽs probauit
dñium:& pronunciabitur pro eo. & erit effectus: quia licèt
poſtea de poſſesſione conſtet pro actore, nõ reſtituetur ſibi
poſſeſſio,ſed remanebit penes reum.ff.de rei ven.l. is qui. &
de pub.l.penul.& vlt.Ita diſtinguit Ioã.An.hic.& Cy. in d.l.
incerti.¶Tertiò principaliter oppo.& videt̃, ꝙ mota qõne
petitorii,nullo mõ posſit agi poſſeſſorio ad eandem: quia cã
proprietatis abſorbet cauſam poſſesſionis.& ea finita, finit̃
totum,vt.ſ.c.cum eccleſia.& c. cum ſuper. & c. cũ dilectus.
& no.ff.de inter.l.2.§.quædam.¶Si ergo ſententia lata in pe
titorio parit præiudicium in poſſeſſorio, non debet admitti
21 ille concurſus,vt l.fundi.& l.fundum.de excep.¶† Sed vt ple
nè liqueat iſta materia.vtrùm ſententia abſolutoria lata in
petitorio pariat exceptionem rei iudi. in poſſeſſorio. ſic di-
ſtingue.aut poſſeſſorium,qđ ſecundò proponitur,habet cau
ſam proprietatis,aut non.primo caſu ſñia lata in petitorio
parit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, vt.d.§.quædã.
& qđ ibi no.¶Secundo caſu.aut poſt latam ſñiam in petito-
rio proponitur interdictum recuperandæ:aut interdictũ re
tinendæ:aut interdictũ adipiſcendæ. Primo caſu non ob.ex-
ceptio rei iudicatę,quia ſpoliatus debet ante oĩa reſtitui, vt
no.Dy.in c.qui ad agendum.de reg.iur.lib.6.¶Secundo ca-
ſu qñ proponitur interdictum retinendæ:tunc aut cõſtat de
iuſta poſſesſione eius,qui interdictum intentat.& ſibi obſtat
exceptio dñii,nõ rei iudi.vt d.§.nihil cõe. ſecundùm primã
lec.& no.in l.ſi de eo. ff. de acqui.poſ.aut non perfectè con
ſtat,ſed probationes vtriuſq; ſunt pares.& tunc agentem fa
ceret ſuccumbere ſententia ſuper petitorio lata vt no.Cy.in
l.vnica.C.vti poſ.in penul.q. ¶Tertio caſu qñ intentatur in-
terdictũ adipiſcẽdæ;tunc aut reus fuit abſolutus: quia actor
non probauit.aut ꝙ erat dñs.Primo caſu nõ parit exceptio-
nẽ rei iudi.nã nihil habet cõe &c.Secũdo caſu aut de ſñia do
cet incontinenti,& de dñio.& obſtat exceptio:aut nõ. & tũc
22 non obſtat.vt not.in l. ſi de vi.ff.de iudi.¶† Quid econuerſo
vtrũ abſolutoria lata in poſſeſſorio pariat excep.rei iudi. in
petitorio.videtur ꝙ nõ. de excep.rei iudi.in l.& an eadẽ.§.ſi.
Tu dic.aut poſſeſſorium habet cauſam dñii: & tũc abſoluto
ria lata ſuper eo parit exceptionẽ rei iudi.in petitorio, vt di-
cta l.2.§.quædam.de interdic. Aut nõ habet cauſam dñij. &
tunc ſecus,vt dicto.§.fin.& per illa ſit expedita gl. quæ inci-
pit.ergo ſi aliquis &c.Et prædicta locũ habent,cũ quæritur,
vtrũ ab eodem.¶Quartò principaliter oppo.ille tex.innuit
ꝙ debeat ſuperſederi in iudicio petitorio primitus inſtitu-
to,& procedi ſolùm ſuper poſſeſſorio.contra de Auth. qui ſe
mel.C.qño & qñ iudex.vbi cogitur ſemper proſequi,qui ſe-
mel actionẽ propoſuit.Præterea probare poſſesſionẽ nõ vi-
detur huic prodeſſe,niſi ꝓbet proprietatẽ, & dñiũ, vt.ſ.eo.
23 c.cum eccleſia Sutrina. & c.cũ ſuper.¶† Sol.quò ad primum
Auth.qui ſemel. loquitur in contumace. & qñ ꝓtrahit cãm
in grauamẽ rei ſine iuſta cauſa,& citatus nõ venit: vel venit,
& nil rõnabile proponit:ſed differre intẽdit.hic loquitur,qñ
differt ex cauſa à iure conceſſa. & in odium violenti,& in fa
uorẽ ſpoliati.vnde in eius læſionẽ retorqueri non debet,vt l.
qđ fauore.C.de legi.¶Ad ſecundum de.c.cum eccleſia.& c.
cum ſuper.dic,ꝙ locũ habent in rebus ſpiritualibus, & ele-
ctionibus, in quibus requirit̃ canonica inſtitutio. de inſtitu.
c.3.iſtud.c.loquitur de rebus tpalibus,quę poſſunt ſine titu-
lo posſideri.c.1.de præſcrip.lib.6.vel hæc locum habẽt, vbi
non conſtat dñium pertinere ad alium.ibi verò cõſtat ad ali
um pertinere,vt in c.cum eccleſia. vel conſtat ad neutrũ per
tinere,vt.c.cũ ſuper.¶Sed circa hoc quærit Inno.vtrùm fini
to poſſeſſorio,ꝓcedetur ſuper petitorio ſic ſuſpenſo.Rñdeo,
ꝙ ſi contra agentem ſecundò poſſeſſorio pronunciatũ fuit.
& non videtur dubium,ꝙ procedi debeat ſuper petitorio in
ſtituto ab eodem prius:nec obſtabit ſibi exceptio rei iudi.vt
l.& an eadẽ.§.fi.ff.de excep.rei.iudi.¶Si verò pro actore,ꝓ-
nunciatũ fuit in poſſeſſorio,& poſſesſio reſtituta.qđ fiet de
petitorio ab eodem inſtituto prius?meritò dubitatur, an ſup
dicta inſtantia procedendum ſit, eo nolente: vel eo inuito
ad inſtantiam ſpoliatoris.

ADDITIO.

a ¶In cauſis concludi.Concluſio tamen in cã non requiritur in cauſis ſum maris glo.in cle.de verb.ſig.& ibi Cardi.Alex. conſil. 65.vol.4. Bart. in extraua.ad reprimendam ver.figura.

*SVMMAE.*

1 *Cauſa proprietatis trahit ad ſe cauſam poſſeſſionis.*
2 *Spoliatus licèt non poſſit ſuum ſpoliatorem ſua propria auctoritate expellere de re inuaſa:tamen poteſt inquietare.*
3 *Sententia ſi lata eſt pro me in poſſeſſorio, à qua non eſt appellatum: & pro te in petitorio, à qua eſt appellatum: an appella. pend. fiet executio ſñiæ latæ ſuper poſſeſſorio. Simile vide nume. 4.*
4 *Iudex qualiter debeat pronunciare,cum ab eodem, vel diuerſis petitorium, & poſſeſſorium intentantur.*

1 CVm dilectus filius. †Cauſa ꝓprieta
tis ad ſe trahit cauſã poſſesſionis in effectu. hoc di
cit.¶Primò no.ꝙ petitorio, & poſſeſſorio agi põt ſimul,&
ſemel. de quo articulo tetigi ſupra. c.1. an ſcilicet intentari
posſint ab eodem.& dixi, ꝙ ſic, poſt Petrum. ¶Quandoq;
enim eidem plures actiones competũt ad diuerſa:& non co-
gitur actor eligere.ſed petitorium,& poſſeſſoriũ ſunt diuer-
ſa:quia aliud poſſesſio:aliud proprietas,vt l.ſi duo.§.fina.ff.
vti posſide.& l.nemo.§.quoties.ff.de reg.iur.¶Item cũ ſen-
tentia lata ſup vno nõ præiudicet in alio regulariter,vt dixi.
ſ.c.ꝓximo.& c. ſuborta.de re iudi.& c.dilectus. de cap.mo.
& vide-



& videtur caſus in l.nulli.C.de iudiciis.& ex hoc apparet, ꝙ
cumulari poſſunt.¶Pro declaratione tex.qro,qualiter exem
plificetur iſtud c.Rñdeo.dicunt quidam,cum vnus agit peti-
torio,alius interdicto vti poſ.quia agens rei vendi. turbat ip
ſum in poſſesſione.hoc enim caſu, ſi conſtat de proprietate,
pro actore nõ feretur ſententia ſuper interdicto vti posſi. in-
tentato contra eum.glo.hoc non approbat:quia contra eum,
qui non prætẽdit ſe posſidere (licèt turbet) nõ datur vti poſ-
ſi.Io.An.tenet contrarium.ſ. quòd interdictum datur contra
eum,qui inquietat: licèt de poſſesſione non contendat, vt in-
fra de probati.c.licèt.ver.de hoc.& hoc tenet Bar.in l. 1.§.hu
ius autem interdicti. ff. vti posſi. allegat pro caſu.l.ſi duo. §.
ſi vicinus.ff.eo.titu.& hoc tenet hic gloſſ.in l.1.§.reſtituendæ.
eo.ti. ¶In quæſtione tñ ꝓpoſita dico,ꝙ quantuncunq; cõſtet
ꝓ vno de proprietate: tñ cõdemnabitur ſup interdicto inten
tato contra eũ.vt.n.dixi.ſ.c.ꝓxi. exceptio dñij,vel rei iudica-
tæ non excludit agentem interdicto vti posſide. ſi conſtat de
eius poſſesſione pacifica, vt l.ſi de e.§.fi.& ibi p Bar.ff.de acq.
poſſ.¶An aũt idem ſit in interdicto recuperandæ, vt agẽs di
cto interdicto condemnetur ſpoliatori, quem turbat in poſ-
ſesſione.Dicũt quidam,ꝙ ſpoliatione ꝓbata,non feretur ſen
tentia ſuper interdicto vti posſi.quod dic, vt no. Innocẽ.j.de
2 præſcrip.c.veniens.& Bart. in l.1.in fi.ff. vti posſi. ibi tenet,†
quòd licèt ſpoliatus non posſit ſuum ſpoliatorem ſua ꝓpria
auctoritate expellere de re inuaſa, niſi incontinenti, vt l.3.§.
eũ igitur.ff.de vi & vi ar. tñ inquietare ſemper poterit, vt ibi
no.& l.1.C.vti poſ.& in Specu.de peti.& poſ.§.1.¶Alij exẽ-
plificant iſtum text.cum vnus & idem agit petitorio, & poſ-
ſeſſorio recuperandæ, vt in glo.Hoſt. dicit ꝙ poteſt exempli
ficari ſine calumnia. quando vtraq; pars deducit in iudiciũ
petitorium.& poſſeſſorium,vt in caſu.c.cum eccleſia Sutrina.
& c. cum ſuper.ſupra eod. tunc enim propriè præualet pro-
prietas,vt ibi.Et aduerte,ſecundùm Ioan.An.quòd quatuor
ſunt caſus.¶Nam quandoq; vnus agit poſſeſſorio retinendę.
& reconuenitur petitorio,vel econuerſo.&de hoc.j. titu.1.c.
audita.quandoq; vnus agit poſſeſſorio recuperãdæ: & alius
ſibi refert quæſtionem dominij.& poteſt de vtroq; cognoſci,
ſi ſpoliatus cognoſcit.quod dic,vt.j.ti.1.c.1.Quandoq; vnus
agit poſſeſſorio retinendæ ratione ciuilis poſſesſionis, vel na
turalis, quam habet,vt l. clam posſidere.§. qui ad nundinas.
ff.de acquiren. poſ. Et ſic quatuor modis cõcurrit petitoriũ,
& poſſeſſorium,ſecundùm Io.An.¶Do. Bart. altius exordit̃
iſtam materiam in l.naturaliter.§. nihil cõe. ff. de acqui.poſ.
vbi facit, ſeu ponit ſeptem combinationes ſuper illo concur
ſu petitorij,& poſſeſſorij.Prima eſt,quando vnus & idem in-
tentat primò petitorium: ſecundò poſſeſſorium ex interual-
lo. Secunda econuerſo qñ vnus & idem primò poſſeſſorium:
ſecundò ex interuallo petitorium. Tertia eſt, quando vnus
ſimul, & eodem tempore proponit vtrũq;. Quarta eſt, qñ
vnus primò petitoriũ: alius ex interuallo poſſeſſoriũ.Quin-
ta eſt econuerſo,qñ vnus primò poſſeſſorium:alius ex inter-
uallo petitorium.Sexta eſt,qñ ſimul, & eodem tpe vnus pri-
mò poſſeſſorium:alius ſecundò petitorium. Septima eſt,qñ
vterq; ꝓponit petitoriũ,& poſſeſſorium; qa quilibet ſe aſſe-
rit poſſeſſorem,& dñm.& qualiter cõcurrant, vel non,illę cõ
binationes. ibi vide pleniſſimè per eũdem. ¶Quærit hic Pe.
3 †ſententia lata eſt pro me in poſſeſſorio:à qua non eſt appel
latum:ſed pro te in petitorio, à qua appellatum eſt:an appel
latione pendente fiat executio ſententiæ latæ ſuper poſſeſ-
ſorio.vide in Spec.de excep.ſen. §.1.ver. ſed pone.de peti.&
4 poſ.§.1.ver.quid ſi is.¶Secundò quærit Hoſtien. † Egit Ti-
tius petitorio,& poſſeſſorio, & obtinuit in vtroq;.reus appel
lat à ſententia proprietatis tm̃. & mãdata eſt executioni ſñia
ſuper poſſeſſorio: iudex appellationis confirmat ſñiam ſuper
proprietate latam.quæro quæ erit vtilitas huius ſententię.cũ
iam actor poſſesſionẽ habeat.dic, quòd erit declaratio do-
minij pro actore,& cõdẽnatio expenſarum, vt.ff.de rei vẽd.
l.ex diuerſo. non aũt tenet̃ reus reſtituere rem,quã nõ tenet:
neq; dolo deſinit posſidere, vt l.ſi aũt.§.1.& 2.ff.de rei vend.
5 ¶†Vltimò,( vt plenè ſcias cum ab eodẽ,vel à diuerſis petito
rium,& poſſeſſorium intentatur: qualiter ſuper eis iudex ꝓ-
nũciare debeat ) ſic diſtingue,ꝙ interdum conſtat de petito-
rio, & poſſeſſorio pro actor. & iudex ꝓnũciabit ſup vtroq;;
qa de qua re &c.ſ.e.c.cum ſuper. ¶Et ſi dicas ad quid ꝓde-
rit ſñia ſuper poſſeſſorio illo caſu, cum poſſesſionem ꝓprie
tas ad ſe trahit,etiã ſine ſñia?dic,ꝙ multum,propter expẽſas
factas in poſſeſſorio.& ꝓpter fructus,qui veniunt à tpe deie
ctionis.qui non venirent in petitorio,niſi poſt litem conteſt.
vt ff.de vi,& vi.ar.l.1.§.ex die.&.j.ti.1.c.grauis.¶Interdũ ꝓ
reo de vtraq;. & tunc planum eſt; qa ſuper vtroq; abſoluet̃,
ſiue liqueat(quia probauit de iure ſuo) ſiue quia non ꝓbauit
actor.interdũ liquet de vtroq; diuiſim;qa de vno pro vno: &
de alio ꝓ alio.& tũc aut liquet de petitorio pro actore,de poſ
ſeſſorio pro reo.& illo caſu pronũciabit pro actore in petito
rio:pro reo in poſſeſſorio. tamẽ illa poſſesſio erit penes reũ,
modicum duratura; ex quo liquet de proprietate ꝓ actore:
qa cogetur ſibi reſtituere,vt in iſto.c.& ff.de publi.l. pe.pro-
derit tamen talis ſñia ſuper poſſeſſorio lata propter expen-
ſas,vt l.vtiq; ff. de rei vendi. ¶Interdum liquet de ꝓprietate
ꝓ reo:de poſſeſſorio ꝓ actore pp expenſas,vt.j.de teſti.c.ſi-
gnificauerunt.in gl.fina.Sed an illo caſu reſtituere poſſet acto
ri.dic,ꝙ non,ſi reus probauit ſe dñm,obſtan.reg.dolo facis.
j.de reg.iur.c.dolo.lib.6. ¶Si aũt reus vtroq; conuentus fue
rit à petitorio abſolutus;quia actor non probauit dñium,ſed
poſſesſionem tm̃. & ideò quò ad petitorium nihil ſibi prode
rit:niſi quò ad condemnationem expenſarum,vt d.l.vtiq;.&
l.ex ſextãte.§.Latinus. ff.de exce.rei iudi. ¶Interdũ verò nõ
liquet de vtroq; ſed de altero tantùm. & tunc aut de poſſeſſo
rio, & pro actore.& pronunciabit pro eo ſuper eo poſſeſſo-
rio,ſuſpenſo petitorio:& tunc liquido.aut de poſſeſſorio pro
reo: & ꝓ reo ꝓnunciabitur, & pendebit iudicium, vt p̃dictũ
eſt.¶Interdum liquet de petitorio.& tunc ſi ꝓ actore, ꝓnũ-
ciabit ipſum dominum:& iubebit rẽ ſibi reſtitui, vt l.pe.& vl
ti.ff.de publi.tñ licèt ꝓnunciet ſuam eſſe:adhuc tñ de poſſeſ-
ſorio cognoſcetur:& ꝓnũciabitur,pp expenſas, vt d.l.vtiq;.
& ff.iudi.ſol.l.ſeruus. ¶Si verò de petitorio liquet ꝓ reo ( qa
ꝓbauit ſe dñm:)& feret̃ ſñia ꝓ reo.& erit intãtũ efficax: ꝙ ſi
conſtet de poſſeſſorio ꝓ actore,nõ reſtituetur ſibi poſſesſio:
ſed remanebit penes reum,vt ff.de rei.ven.l.is q.& l.penulti.
& vlt.ff.de publi.Illam diſtinctionem ponit Ioa.An. ſ.c.ꝓxi.
quæ melius hic cadit,cum tractet iſtud c.de ꝓnunciatione,&
executione ſententiæ ſuper poſſeſſorio,& petitorio:ad quem
finem tendit prædicta diſtinctio.

*SVMMAE.*

1 *Succumbens in poſſeſſorio,poteſt agere de proprietate.*
2 *Quaſi poſſeſſio ſola collationis ſufficit ad tuendum eum, de quo facta eſt prouiſio,vel collatio.*
3 *Bina prouiſio,quæ eſt continua prouiſioni,quæ imminet facienda, ſufficit ad quaſi poſſeſſionem iuris prouidendi.*
4 *Dominus non poteſt recuſare iudicem impetratum à procuratore.*
5 *Acta facta cum ſucceſſore non proſunt actori.*
6 *Effectus clandeſtinæ,ſiue repentinæ cõfirmationis impeditur per exceptionis obiectum.*
7 *Confirmatio eſt ſententia.*

CVm olim quæſtio. ¶Sufficit ei,cui di-
gnitas eſt collata, ſi probet: quòd conferens colla
1 tionis tempore ius conferendi poſſederit.h.d.vel aliter.†Suc
cumbens in poſſeſſorio, de proprietate poteſt agere. h.d.&
ſic facit ad titulũ. & primò deciſè narrat proceſſum. ſecũda
ibi[quoniam] reddit diffinitionis cauſam. ſoluit obſtaculũ,
& diffinit.tertiò proteſtatur, & cauſam ſubdit. ibi [reſerua-
ta.] ¶Primò not. quòd ille, qui eſt in quaſi poſſesſione
prouidendi, & conferendi, debet prouidere, & confer-

2 re.† Sola ergo quaſi poſſeſsio collationis ſufficit ad tuen-
dũ eum, de quo facta eſt prouiſio, vel collatio. concordat.c.
conſultationibus.j̃.de iure patrona.imò plus.quia ſi illi, qui
eſt in quaſi poſſeſsione refertur quæſtio; & appellatur, ne ꝓ-
uideat. non obſtante tali appellatione, vel li.pendentia, pote-
rit prouidere, vt in c.ſi.de ſup.negli.ꝑlato.vbi per Io.And. &
3 de maio.& obedien.c.dilecti.in gl.ſed quia. ¶Secundò no.†
ꝙ bina prouiſio, quæ eſt continua prouiſioni, quæ imminet
facienda, ſufficit ad quaſi poſſeſsionem iuris prouidẽdi. in c.
verò.cum eccleſia Sutrina.dicit de trina.quod dic, vt ibi in gl.
4 ex hoc vr̃.¶Tertiò no.†ꝙ nõ poteſt dñs recuſare iudicẽ im-
petratum à procuratore. poteſt ergo ꝓcurator exceptiones
dilatorias, & declinatorias omittere.an aũt ipſis renunciare,
vel ẽt peremp.dic vt l.ſi fraudator.ff. de his, quæ in frau.cre-
5 dit.¶Quartò no.†ꝙ acta facta cum ſucceſſore, non proſunt
actori.ſnĩa.n. hic lata pro archidiacono non prodeſt epiſco-
po actori ſuo.de quo hic in gl.quę incipit.ſic patet.¶Vltimò
nota, ꝙ res inter alios acta, alij nõ præiudicat.ff.de re iudica
ta.l.ſæpe.& infra de ſenten.& re iudi.c.pen. ¶Quæro pro de
claratione literæ, quomodo ponatur caſus in iſto.c.dic, ꝙ iſti
canonici fuerunt admiſsi contra iſtum archidiaconum per
modum exceptionis: vt ipſum repellerent à prædicta dignita
te, petentes pronunciari ipſum ius non habere.econtra age-
bat, & petebat archidiaconus, ꝙ cogerentur eum habere, &
tractare pro archidiacono.& ꝙ iudicaretur ad eum ſpectare
archidiaconatum.& ſic fuit conuentio, & recõuentio, ſm̃ Io.
An. Vel fortè erat quęſtio: quia archidiaconus (licèt haberet
prouiſionem, & collationem epiſcopi de archidiaconatu) nõ
tñ poſſeſsionẽ: ſed ipſam petebat.& ſibi vt archidiacono obe
diri.Illi autem canonici exceperunt de titulo inefficaci, & in-
ualido, &c.¶Contra illud ergo opponitur, & uidetur, ꝙ ar-
chidiaconus non poterat dicta exceptione repelli.¶Conſtat
.n.quòd collatio, & prouiſio facta de ipſo per epiſcopum ha
a buit vim collationis, & confirmationis.[a] ergo videtur, ꝙ poſt
confirmationem non debuerit inquiri de eius efficacia: ſed
mandari canonicis, vt ſibi, & archidiacono reſponderẽt.poſt
confirmationem enim nec de peccato in electione habito,
nec de vitio perſonæ poteſt contra cõfirmatũ obijci: quomi
nus confirmatio ſortiatur effectum.j̃.de ap.c.conſtitutis.eo.
ti.2.§.ſi.præterea poſt cõfirmationẽ ſtatim hẽt ius miniſtrã
di, vt.ſ̃.de ele.c.trãſmiſſa.¶Si ergo ſibi, & canonicis obedien
tia, & poſſeſsio denegatur: vr̃ ſpoliatus.qui aliter, non conſti-
to de titulo, eſt reſtituendus, vt.ſ̃.c.cũ ſuper. hoc aũt fuit co-
gnitũ, & diſcuſſum de iſtis exceptionibus, & de efficacia titu
li collationis.ergo malè.¶So.dic ad primũ.qñq; iſte, qui op
ponit, habuit congruũ tẽpus ad ſe opponendũ, & nihil oppo
ſuit: & tunc poſt confirmationem veniens non auditur ad im
pediendũ effectum confirmationis per modum exceptionis:
niſi reſtaret conſecratio: quia tunc ẽt audiretur. & ita loqui-
tur.c.conſtitutum.& c.cum dilectis.de elect. per modũ verò
denunciationis, & accuſationis audiretur illo caſu, quantun-
cunque habuerit tp̃s ad opponendũ contra confirmationẽ.
quod dic, vt.ſ̃.de elect.c.dudum.& in c. ſuper his. de accuſa.
¶Quandoq; ille, qui ſe modò opponit, non habuit aliquod
ſpacium ad opponendũ ſe ante confirmationẽ, vt in caſu no
ſtri.c.vbi ep̃us conferendo confirmat.& tunc licèt illo caſu te
neret confirmatio: tamen ſi aliquid obiicitur contra confir-
mationẽ, & electionẽ, vel etiam contra perſonã, ſeu diffama-
tionẽ.in hoc caſu effectus electionis, & confirmationis impe
ditur, quouſq; qđ obijcitur, fuerit plenè cognitum, & diſcuſ-
ſum, vt hic & j̃.de accu.c.accedens.& 34.di.c. qui ep̃us. & in
Aut.qũo opor.epi.§.j.[oportet enim cõfirmationis tp̃e.]&c.
Ratio differentię apparet in prõptu: quia illo caſu non eſt, qđ
poſsit imputari iſtis volentibus ſe opponere, quando non
fuit tempus medium inter confirmationem, & collationem.
in ꝑcedenti verò ſecus eſt.facit quod legitur, & no.j̃. de re iu
6 dic.c.penult.†Clandeſtinæ enim, ſiue repentinæ confirmatio
nis impeditur effectus per exceptionis obiectum, vt.j̃.de ap
pel.c.vt noſtrum.& c.vnico. vt eccle.benefi.& idem dicendũ,
vbi accelerata eſt, vt in exceptione aduerſarius ſuppleretur.
j̃.de dolo & cõtu.c.cum olim D.de appella.c.oblatæ. ¶Idẽ
ſi facta fuit in abſentia illorum, qui modò ſe opponunt, ſecũ
dùm quoſdam.quod Inno.non admittit.Non obſtat.c. acce-
dens.de accuſa.quia ibi non fuit cauſa admittendi eos ad ex
cipiendũ abſentia ſe opponentium, ſed infamatio.põt ẽt ali-
ter ſolui illud.c.ꝙ quando vnus eligit, & confirmat, & obijci
tur, ꝙ ad eum non ſpectat electio, vel collatio. & opponi po-
teſt vt hic, & impeditur confirmationis effectus.ſecus quan-
do vnus eligit, & alter confirmat: quia tunc per confirmatio-
nem nõ põt per obiectũ exceptionis impediri confirmatio-
nis effectus.j̃.de appella.c.conſtitutus.il.2.§.ſi.¶Ad.c. cum
ſuper.ſ̃.eo.dic, ꝙ ibi habuerat poſſeſsionẽ, & adminiſtratio-
nem.Ideo ſi negatur ſibi obedientia, debet ante omnia reſti
tui, tanquam ſpoliatus: quia pro iuribus denegatis datur poſ
ſeſſorium, quando aliquis ſemel illa iura poſſedit, vt in c.que
relam.ſup.de electi.Sed hic nunquam habuit dicta iura, vel
fuit in poſſeſsione. ¶Secundò contra iſtud opponitur, & vi-
detur, ꝙ nullo modo debeant audiri per modum exceptio-
nis poſt confirmationem, ſiue habuerunt tempus congruum
ad ſe opponendum, ſiue non. Conſtat enim, ꝙ confirmatio
eſt ſententia: ſed poſt ſententiam, niſi quis appellet, non audi
tur per ſimplicem contradictionem. 2. quæſtio. 6. cap. bi-
duum.§.ſi aduerſus.& l.ab eo.C.qũo & quando iudex.dic er
go.iſti, poſtquam ſciuerunt confirmationem, debuerunt ap-
pellare, non per viam exceptionis audiri. cuius contrarium
hic dicitur.¶So.ibi loquitur in his, quæ fiunt in iudicio. ſed
prouiſio, ſiue collatio, quæ habet vim confirmationis, nõ cen
ſetur actus iudicialis, ſed extraiudicialis.Ideo non eſt neceſ-
ſe appellare, licèt voluntariè quis poſsit infra decem dies à
tempore ſcientiæ.j̃.de ap.c.concertationi.lib. 6. & j̃.de his,
quæ ſi.à præla.c.cum in cunctis.& de ap.c.ad audientiam.
¶Contra prædictam diſtinctionem (an habuerit tempus cõ
gruum ad opponendum, vel non) tertiò opponit Hoſti. de c.
poſt electionem.infra de conceſ.præben.vbi idem elegit, &
confirmauit.ſed non auditur niſi per viam accuſationis, &
denunciationis. Sed dic ſecundùm eum, ꝙ ibi fuit auditus
per modum exceptionis: ſed non probauit aliquod ratio-
nabile.

ADDITIO.

a ¶Et confirmationis.vide Panor.in c.ne pro defectu.ſup.de ele.in vltimo
notabili.

*SVMMAE.*

1 *Petenti rem iure dominij non ſufficit probare poſſeſsionem.*
2 *Subiectio ad hoc vt probetur, non ſufficit probare certam ſolutionem*
*certæ ſummæ.& nu. 4.*
3 *Obligatio aliqua ſi deducitur in iudicio incidenter, & non principali*
*ter propter ſe, poteſt poſtea in alio iudicio principaliter deduci.*
5 *Conſueuit aliquis ſoluere cenſum eccleſiæ ratione alicuius rei: ſi ceſſat*
*in ſolutione per biennium, an res ſit commiſſa.*
6 *Eccleſia ſi ſoluit cenſum ad biennium, & poſtea eximitur, extingui-*
*tur cenſus.*

IN cauſa. Qui petit rem ex vna cauſa: ſi ſuccum
bat, poterit rem ex alia repetere.h. d.
1 vel aliter. † Qui petit rem iure dominij, non ſufficit ſibi
probare poſſeſsionem.hoc dicit.& ſecundùm hunc modum
ſummandi facit ad titu. communis diuiſio. Secunda ibi
2 [ad hoc.] ¶Primò not. †quòd ad probationem ſubiectio-
nis non ſufficit probare annuam ſolutionem certæ ſummæ.
Ratio eſt; quia dicta ſolutio ex multis cauſis fieri po-
teſt, vt in gloſſ. 1. probatio ergo, quæ neceſſariò non
concludit, non releuat probantem, vt infra de
proba-



3 proba.c.in præſentia. ¶Secundò not. †ꝙ ſi aliqua obligatio
deducitur in iudicio incidenter, & non principaliter pp ſe: po
teſt poſtea illud idem in aliud iudicium principaliter deduci.
& hoc eſt, quod dicit Inno.ſ̃. e.c.cum eccleſia. ꝙ deducta in
ſnĩa per modum cauſæ non producunt effectum ſuũ. ¶Ter-
4 tiò no.†ꝙ præſtatio annua certæ ſummæ non ꝓbat ſubiectio
nem: videbat̃ contrarium, qñ fiebat ab inferiore ſuo ſeniori,
vt hic erat.Si.n.fieret à priuato alteri priuato, minus eſſet du-
bium, vt l.ſi certis annis.C.de pac.& in c.peruenit. j̃. de cen.
vbi plenè de hoc.Et circa hoc vide, quod no. Hoſti.in ſumma
5 de loca.ſub.§.potuit.§.ſi. ver. quid ergo.cũ ſe.vbi quærit† qđ
iuris de illo, qui cõſueuit ſoluere cenſum eccleſiæ ratione ali
cuius rei, & ceſſat in ſolutione per biennium: nunquid res ſit
cõmiſſa.dicit hic dominus Io.de Lig. ꝙ aut ſoluebat rõne do
minij, & de hoc cõſtat: & incidit in cõmiſſum.de loc. c.penul.
& ſi.vide in Spe.tit.de loca.§.nũc aliqua.ver. 87.aut rõne elee
moſynæ: & tunc ſi cauſa alimentorum relictum eſt, facta res
eſt eccleſiæ.ff.de ali.le.l.3.aut teſtõr dicit [relinquo centũ ſu-
per tali domo,] & non adiicit tempus.& vr̃ obligata, vt.ff.de
le.1.l.quidam teſtõ.& l.Gaius.de annu.lega.aut dicit [in per-
petuũ.] & tunc quilibet poſſeſſor tenetur, vt ff.de vſufruc. l.
hactenus.& tunc vr̃ cõnſenſus eccleſiæ requirendus. de offic.
archidia.c.ad hoc.& de his, quæ ſi.à præla. c.ſi.aut nõ dicitur
[in perpetuum: vel ad tempus.] & tunc præſumitur, ꝙ in per-
petuum.ff.de annu.le.l.annua.in ſi.Si verò nõ conſtat, qũo ſit
relictum, & eccleſia habet maius dominiũ in ciuitate. & tunc
ꝑſumitur ratione dñij debitum, vt cap.omnis anima.de cen-
ſi.Si verò nõ habet maius dominiũ, præſumitur ratione elee-
moſynæ relictum.& tunc non cadit in commiſſum; quia cõ-
miſsio odioſa.¶Et prædicta faciunt ad quæſtionem, quæ nũc
de facto pẽdet.Quidam longo tempore pro quadam domo,
quam tenet, ſoluit annuatim quinq; ſolidos vni eccleſię: nec
apparet ex qua cauſa. deinde ceſſauit ſoluere per biennium,
& alteri domum non dedit. prælatus vult vendicare, tanquã
incideret in commiſſum.nõ poteſt probare, ꝙ res ſit eccleſię
in emphiteuſim, vel aliter conceſſa: ſed probat ſimpliciter ſo-
lutionem quinq; ſolidorum pluribus annis factam.quæritur,
vtrùm ex ceſſatione, & alienatione res inciderit in commiſ-
6 ſum? ex prædictis collige, quid iuris &c.¶Quartò no.† quòd
ſi eccleſia ad iudicium ſoluat cenſum, & poſtea eximatur, ex
tinguitur cenſus. cum nunc nõ ſit ſubiecta. & ſic ceſſante cau
ſa, ceſſat effectus, vt in c.cum ceſſante.infra de ap.¶Quintò
no.quòd ille, qui petit ex vna cauſa, & ſuccumbit, poteſt pete
re ex alia.quod dic plenè p Bar.in reali, perſonali, & in rem
ſcripta, vt not.ff.de exec.rei iudi.l. & an eadem.§.actiones.

# De reſtitutione ſpoliatorũ.

DICTVM eſt.ſ̃.de cã poſſeſsionis. ſed quia
cã reſtitutiõis poſſeſſoria eſt.Ideo de illa ſub
nectit.vel aliter. Viſo qualiter poſſeſsio ꝑdat̃
(qa ꝑdita reſtituenda eſt.) ideo &c.habet̃ de
materia. 2. & 3.q. 1.repetit̃ in 6. & congruit
ſupra de reſcrip.c.cum dilecta.cum pluribus
aliis hic allegatis in nouella.

*SVMMAE.*

1 *Petens reſtitutionem, ſi conſentit, poteſt ſibi quæſtio de proprieta-*
*te referri.*
2 *Res non debet reſtitui ſpoliato, ſi conſtat de dominio ſpoliatoris.*
3 *Dominus tenetur ex delictis colonorum, & familiarium, ſi delinquũt*
*in miniſterio eis commiſſo.*
4 *Querela ſola ſufficit ad reſtitutionem ſpoliati.*
5 *Excommunicatus conuentus in iudicio an poſſit opponere exceptio-*
*nem excommunicationis.*
6 *Spoliatus ſi impetrat reſcriptum, an poterit opponi contra eum excõ*
*municatio.*

1 LIcèt multum. †Si conſentit is, qui re-
ſtitutionẽ petit, poteſt
ſibi quæſtio de proprietate referri.h. d. Non recipit
congruam diuiſionem.primò ponitur ſpoliati conqueſtio.ſe-
cundò bimembris prouiſio, ibi [quod ſi ita eſt.] ¶Primò no.
quòd ſpoliatus debet ante omnia reſtitui.concor.l. ſi quis ad
2 ſe fundũ.C.ad leg.Iul.de vi. ¶Secundò not.† quòd ſi conſtat
de dominio ſpoliatoris, res non debet reſtitui ſpoliato.¶Op
ponitur.hic agebatur cõtra eccleſiam de ſpoliatione ſuorum
hominum. Sed contra; quia dominus non tenetur ex delicto
familiæ: niſi mandauerit, vel ratum habuerit, vt in c.cum ad
ſedem. infra eod. dic quòd ſtandum eſt contrario.eo enim
ipſo, quòd res peruenit ad dominum, videtur de ſua conſcĩa
delictum commiſſum.quod dic, vt.j̃.de teſti.c. conſtitutis.gl.
3 tñ in l.ne quid.ff.de incen.rui.nau.vr̃ dicere, †ꝙ dñs teneatur
ex delictis colonorum, & familiarium ſuorum. qđ eſt verum,
ſi delinquunt in miniſterio eis commiſſo.aliàs ſecus, vt l.1.§.
familiæ.ff.de pub.ibi per Bar.& ibi in ſe.§.no.qualiter Prãs te
neatur ex delicto ſuorũ officiariorũ.& vide in d.l.ne quid.vbi
Bar.multa ponit, q̃ hic domi. Ioan.de Lig.ſuccinctè ꝑtranſit.
vbi.ſ.tractat.an villa, vel caſtrũ teneatur de delictis in ſuo di-
ſtrictu commiſsis.qđ dic, vt ibi ꝑ eum. ¶Secundò oppo.hic
iſte Euentius, qui conuenitur, ꝓbat dñiũ rei, quã poſsidet.Sed
contra, qa actore nõ ꝓbante, reus debet abſolui, vt l. vltra.C.
de rei vẽ.¶So.hoc opat̃ odium ſpoliationis: qa ſuę poſſeſsio
ni vitioſæ non aſsiſtit ius cõe: qa in ꝓbatione poſſeſsio non re
leuat poſſeſſorẽ ab onere ꝓbandi, vt in l.ius eius. C.de ꝓba.
¶Tertiò opponit̃.iſte cæcus narrauit ſe ſpoliatũ, nec petiit ſe
reſtitui: ergo nõ eſt ꝓ eo ferenda ſnĩa, vt l.vt fundus.ff.cõi di.
4 & in c.licèt Heli.de ſimo.¶†So.ſpãle eſt in ſpoliatione: vt ſo-
lũmõ q̃rela ſufficiat ad reſtõnem ſpo.vt nõ.Io.1.q.4.c. qa ꝑ-
ſulatus. & dixi.ſ̃. de litis cõteſt.c.vno.& c. cum eccleſia Sutri
na.ſ̃.ti.1.¶Quartò opponit̃.dr̃ hic, ꝙ Euentius diaconus fuit
admiſſus nõie eccleſiæ ad defenſam.¶Sed contra.qa ſine mã
dato, vel ſine ſatiſdatione non debuit audiri.dico, ꝙ qlibet de
eccleſia admittitur ꝓ rebus recuperandis. 12.q.2.c.nõ liceat.
de foro compe.c.ſi quis.& ẽt ex eo admittitur; qa eſt coniun-
cta perſona.ſ̃.de reſcrip.c.nõnulli. & hic tenet Pau. de Lea.in
cle. 1.de ꝓcur.examinatur hæc materia.j̃. de teſtibus c.olim.
5 ¶Quærit dñs Io.de Ligna. † nunquid excõicatus conuentus
in iudicio poſsit opponere exceptionem ſpoliationis.dicit, ꝙ
ſic cõtra ſpoliatorem, ſed non cõtra tertium.j̃.eo.c.frequẽs.
6 li.6.¶Secundò quærit̃† nunquid ſi ſpoliatus impetrat reſcri-
ptum, poterit opponi excõmunicatio cõtra eum.dicit, ꝙ ſic:
quia ſpoliatio non excludit dilatorias, ſed illas, quæ perime-
rent cauſam principalis ſpoliationis, vt dominij, vel alias.
& hic not.

*SVMMAE.*

1 *Exceptio abiurationis factæ poſt ſpoliationem non obſtat petenti reſti*
*tutionem.*
2 *Intentio, vel exceptio fundata ſuper prioritate, & poſterioritate tẽ-*
*poris debet probari limitata.*
3 *Exceptio renunciationis, vel abiurationis eliditur per replicationem*
*ſpoliationis.*
4 *Spoliatus non præſumitur ſponte renunciare beneficio ſuo, iuris præ-*
*ſumptione.*
5 *Renunciare, & ſoluere ſunt paria.*

1 SOlicitè cures. †Petẽti reſtitutionẽ nõ
obſtat exceptio abiura
tionis factæ poſt ſpoliationem.h.d. primò ponitur cõ
miſsio cauſæ, quæ prius prouidet replicationi. qua probata,
repellit exceptionem, ibi [& ſi.] ſubmittens rationem, ibi [qa
non eſt.] & demum principalem diffinitionem, [ibi ſed te-
2 ſtes.] ¶Primò not. quòd cum ſuper prioritate, & poſterio-

ritate

ritate temporis fundatur intẽtio, vel exceptio alicuius, dẽt
limitata probari, vt l.nõ ſolum. §. ſed & probari. ff. de oper.
no.nũ.vbi plenè per Bar.& in c.literas.de reſcrip.in cle.¶Se
3 cundò no.† ꝙ exceptio renunciationis, vel abiurationis eli-
ditur per replicationem ſpoliationis.petẽti.n.bñficiũ obijcie
batur hic renũciatio.iſte replicat,ꝙ renũciatio fuit nulla: qa
facta poſt ſpoliationẽ.¶Tertiò no.ꝙ ſi replicatio elidit, & ẽ
ꝓiudicialis ad exceptionẽ:prius de ꝓiudiciali replicatione eſt
4 cognoſcendũ.¶Quartò no.† de præſumptione iuris,ꝙ ſpo-
liatus nõ ꝓſumitur ſpõte bñficio ſuo renũciare. ¶Quĩtò no.
in fi.ꝙ bis de ſpoliatione eadẽ cognoſcitur,& hoc ideo: quia
ad aliũ finẽ,in fine,vt.j. dicã. ¶Opponitur.hic Papa primò
mandat cognoſci de replicatione, q̃ exceptione.Sed cõtra,ſi
cut exceptio ꝓcedit ĩ ordine replicationis: & ita ẽt in ꝓbatio
ne dẽt ꝓcedere.¶Sol. dic, ꝙ de replicatione præiudiciali eſt
prius cognoſcẽdũ,vt.j.de excep.c.à nobis.¶Scđò opponit.
5 †renũciare,& ſoluere sũt paria,vt l.ſi mulier.đ cõd. ob cãm.
Sed ꝑ ſolutionẽ ſequẽtẽ purgatur vitiũ violẽtiæ cõpulſiuæ.
¶So.dic,vt hic ĩ nouella.& ſ.de renũ.c.ſuper hoc. ¶Tertiò
oppo.hic Papa mãdat bis idẽ.ſ.violentiã,vt in prĩ.& in fi.Sol.
vt dicebã ĩ prĩ.c.qa ſpo.eſt ꝓbãda ad excluſionẽ renũciatio-
nis.in fine verò eſt ꝓbãda ad effectũ reſtõnis. ¶Quartò op.
6 de.c.j.ꝓximo.Sol.dicit gl.† renũciatio facta añ ſpolõnẽ bñ
eſt ſufficiẽs ad excluſionẽ ſpoliati: ſed nõ renunciatio facta
poſt ſpolõnẽ,vt hic.Rõ differentiæ eſt:quia renũciatio præce
dens excludit ipſum poſſeſsione, & dñio bñficij,vt in c.veni-
ens.ſ.de renũ.¶Si igit tpe deiectionis nõ poterat dici habe-
re poſſeſsionẽ,ergo nõ põt ſe ꝓtẽdere ſpoliatũ,vt.j.e.c.olim.
& hic ſumpta occaſione dicit Inn. ꝙ poſt renunciationẽ fa-
ctã in manibus illius,in cuius fieri dẽt, põt dictũ beneficiũ al
teri cõferri:illo,qui non renunciauit, vlterius non requiſito.
quod dic,vt.j.de præben.c.licèt epiſcopus.lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Abiuratio ſpontanea obſtat petenti reſtitutionem eccleſiæ.*
2 *Renunciatio nocet quò ad beneficium petendum,non quò ad reſtitu-*
*tionem.*

1 ACceptaqueſtione. †Petenti reſtitutionem eccleſiæ obſtat abiuratio ſpontanea. h. d.
In prima conſultatio,duo cõtinens,cõmiſsionis formã,& rei
exceptionẽ.In ſecunda ibi[mãdamus]reſpondet. ¶Opponi
2 tur de.c.proxi.¶So.dic† ꝙ renũciatio ſibi nocet quò ad be-
neficium retinẽdũ,nõ quò ad reſtitutionẽ petẽdã.Rõ eſt,di-
cit glo.ſ.c.proxi.quia renunciatio cõcernit titulum, quẽ qs
retinet ſpoliatus. ¶In hoc ergo ſibi nocebit: non aũt nocet
quò ad reſtitutionem ſibi concedẽdam:quia poſſeſsio,cui re
nunciauit,non erat penes eum tempore reſtitutionis.vel dic.
ibi minus dicitur.hic ſupplere vim relaxatione beneficij poſt
renunciationem indultam.

*S V M M AE.*

1 *Sententia lata per primas literas non reuocatur per ſecundas literas,*
*facientes etiam mentionem de primis.& nu.9.*
3 *Actor poteſt plura alternatiuè deducere in libello,quorũ quodlibet*
*per ſe inferat victoriam cauſæ.*
4 *Controuerſiam mouere dicitur non ſolùm qui agit:ſed etiam, qui ex-*
*cipiendo reſiſtit.*
5 *Promittens non mouere quæſtionem,ſeu controuerſiam:videtur intel*
*ligere de controuerſia iuris,& facti.*
6 *Literæ impetratæ poſt litem motam, quæ de primis faciunt mentio-*
*nem,à quo tempore ſumant vires quò ad eliſionem primarum lite*
*rarum.& nu.8.*
6 *Iuſtè actum non debet reuocari per reſcriptum.*
7 *Verba diſponentia de reſciſsione actus,intelliguntur, quòd reſcindan*
*tur,quæ geſta ſunt de facto,non quæ de iure.*
10 *Infamatio eſt ſpecies perturbationis.*

AVdita querela. In interdicto retinẽdæ ſuccumbit
reus,ipſius abiuratione probata.h.d.quò ad titu-
1 lũ.¶Vel aliter.†Per ſecũdas lr̃as faciẽtes ẽt expreſſam men
tionẽ de primis, nõ reuocatur ſñia per primas. & ponit tres
cõmiſsiones. ¶Primò no. ꝙ qñque in reſcriptis duo alterna
tiuè mandantur,quorũ quodlibet ſufficit ad victoriam con-
2 ſequendã. ad idem.ſ.de reſcrip.c.inter ceteras. ¶†Põt ergo
actor plura alternatiuè deducere in libello: quorum quodli-
bet per ſe inferat victoriam cauſæ. facit l.Titia.ff.ſo.ma.& qđ
ibi per Bal.& c.licèt cãm.de ꝓba.& qđ no.Dy.in c.nullus plu
rib.de reg.iur.li.6.vbi plenè de cumulatione plurium cãrum
tendentium ad eundem effectum.¶Secũdò no. ꝙ qñq; pro-
3 mittit quis controuerſiam alicui non moturum, ſeu qõnẽ.†
& dicitur mouere controuerſiam illo caſu,non ſolùm ſi agit:
ſed etiam ſi excipiendo reſiſtit. vt l.non ſolum. §. ſi ſtatus.ff.
de procuratoribus.& l.Lucius.ff.ad Treb.facit l.amplius.ff.
4 rem ratam haberi.¶Et no.† ꝙ ille, qui promittit non moue
re qõnem,ſeu controuerſiam, vr̃ intelligere de controuerſia
iuris,& facti.quod dic,vt l.ſtipulatio iſta.ff.de ver. ob.& l.vẽ
ditor.e.tit.¶Tertiò no.in ver.cum verò.formã ſñiæ cõtra tur
batorẽ poſſeſsionis:quia cõdemnatur,ne moleſtet de cetero.
5 quod dic latius.j.de proba.c.licèt cauſam.¶Quartò no.†de
viribus literarum impetratarum poſt litem motã,quę de prę
miſsis faciũt mẽtionẽ,à quo.ſ.tpe ſumant vires quò ad eliſio
nem primarũ literarũ.Incipiunt.n.à tpe pręſentationis,vt.j.
dicã.¶Quintò no.ꝙ verba reſcripti dñt intelligi,ne derogẽt
legitimè actis.& no.hic Abb.cõtra illos,qui timent contra ſe
procedi per ordinarium:& ficta peregrinatione vadũt ad cu
riam,reportantes literas.ꝙ oĩa contra eos geſta poſt iter ar-
reptum reuocentur.Intelligi.n. debent de geſtis, & actitatis
6 iniuſtè:non aũt de his,quæ iuſtè geſta ſunt,† nõ.n.dẽt per re
ſcriptum reuocari,quod iuſtè actũ eſt,vt l.fi.C.ſen.reſcin.nõ
7 poſ.¶Sextò no.†ꝙ verba debent intelligi,cum diſponunt de
reſciſsione actus:ꝙ reſcindantur,quæ geſta ſunt de facto:nõ
aũt quæ de iure.concor.ſ.de offi.dele.c.ſuper eo. ¶Septimò
no.ꝙ literæ ſumunt vires à tpe ꝓñtationis: non aũt à tpe da-
tionis.vnde attentata poſt literarũ datã,& añ ꝓñtationẽ ſcđa
rũ ꝑ illũ,ad quẽ ſpectabat cognitio,rata manẽt.concor.j.de
ap.c.ſuper eo.vſq;.n.ad aduentũ ſucceſſoris dẽt ille, q ꝓeeſt
iuriſdictioni,ius dicere,vt l.obſeruare.ff.de of.ꝓcon.& le.Nõ
igitur eoipſo,ꝙ Papa cõmittit cauſam ex certa ſcientia:vr̃ iu
riſdictionem priorum iudicum reuocaſſe, niſi poſt præſen-
tationem.quod eſt notandum. iuriſdictionem verò ordina-
riam an eoipſo,ꝙ Papa incipiat de cauſa cognoſcere,videa-
tur reuocare.dic,vt no.Inn.ſ.de conſti.cum M.facit. c.ſi duo
bus.j.de app.multum ergo in literis ad lites ponderandum
a eſt tempus præſentationis:[a] & hac ratione Spec. facit de iſto
titu.ſpecialem tractatum ſupra de reſcrip.cap.præſentatio.
8 ¶Octauò no.†quòd ad hoc,quòd priorum iudicum iuriſdi
ctio ſit reuocata,requiritur,quòd de his fiat mentio ſpecia-
lis:aliàs non valent literæ ſecundæ, non facientes de priori-
bus mentionem, vt ſupra de reſcrip.c.certum.in alijs autem
diſpoſitionibus(vt contractibus, teſtamentis, conſtitutioni-
bus)an vltimæ derogent prioribus,ſi de eis non fiat mentio.
dic vt no.infra de conſti.cap.1.lib.6. ¶Venio ad opp.dici-
tur hic,quòd iſte C.clericus poſsidebat.& impetrauit contra
iſtum. H.Sed contra.quia ſicut ille,qui poſsidet, non poteſt
agere pro eadem re,vt l.1.C.vti poſ.ita nec literas impetrare
contra illum,quem ſperat moturum controuerſiam, vt. C.
vt nemo inuitus.l. 1. ¶Solu.dic breuiter, quòd iſte. H. mo-
leſtabat prædictum C. bene agere poterit contra eum vti
poſsi. coram ordinario.& per conſequens etiam literas im-
petrare, vt in illa l.1.C.vti poſ.vel dic, quòd iſte. H. infa-
mabat prædictum C. tenet, quòd non habebat ius in præ-
dicto beneficio. † quæ infamatio eſt ſpecies perturbatio-
nis. vnde agere potuit, vt l. diffamari. C. de inge. ma. & in
l.1.



ff. vti. poſſeſ.per Bart. ¶Secundò oppo.hic opponeba-
tur exceptio renunciationis, quæ non videtur obſtare reſti-
tutionem petenti, vt ſ. c. ſolicitè. Item nec videtur obſtare
exceptio dominii,vt ſ.eo. c. ergo non videtur, quòd iſte.H.
debuerit prędicta exceptione excludi. cuius contrarium hic
dicitur.So.dic ꝙ ille.H.non prætendebat ſe ſpoliatum habe
re ius in beneficio,ratione cuius iuris, non poteſt poſſeſſorẽ
turbare,vt dixi.ſ.c.paſtoralis.titu.1.&c.¶Tertiò oppo.di-
citur hic,ꝙ ſecundæ literæ reuocant priores poſt receptio-
nem ipſarum.Sed contra.j.de dolo.& contu.c.2. & in c.dilę
cta.de confir.vti.vel inuti. vbi ſecundæ nõ reuocant priores;
niſi de ipſis,& proceſſu faciant ſpecialem mentionem in ſe-
eſt; quia locus, de quo erat contentio, pertinebat pariter ad
vtrunq;. aliàs in rebus diuiſis epiſcopus pro ſuis, & Capitu-
lum pro rebus ſuis agere debent: licèt ſit ſecurius, ꝙ de omni
bus ſimul agant. s̄. de iudi. c. cām quæ. qđ dic, vt. s̄. de reſcrip.
3 c. edoceri. ¶Secundò no. †ꝙ cū eſt q̄ō de ſubiectione alicu-
ius domus: vel de eius prouiſione: miniſter prouinciæ admit-
titur ad agendū, & defendēdū, vt hic. Si aūt agatur de iuribus
illius domus, dēt agere eius magiſter immediatus, vt. s̄. de iu
di. c. cū deputati. Qñ aūt ad agēdū, & defendendū concurrūt
ſuperior, & inferior. dic, vt no. hic plenè Inn. & s̄. d. c. edoceri.
4 & de iud. c. cū deputati. ¶Tertiò no. †ꝙ qñq; poſſeſſio, ſiue
locus prophanus conceditur: vt ibi oratorium, & eccleſia cō-
ſtruatur. in qua traditione licitum eſt apponere pactum ſub-
iectionis, & annuæ penſionis, retentionis dominij. & conditio
appoſita eſt ſeruanda. C. de dona. quæ ſub modo. l. 1. ¶Quar
5 tò no. ſm̄ Ab. †ꝙ per ſolutionē penſionū non probatur domi
nium: per quod demonſtratur, ꝙ ad ipſum probandū nō ſuf
ficit præſtatio penſionū. j̄. de fide inſtru. c. cum inter dilectos.
& quod dixi de cauſa poſſ. c. ſi. ¶Quintò no. ꝙ ep̄us commit
tit conſtructionem oratorij. quod dēt intelligi, præſente eo,
vel alio eius nomine. In conſtructionibus. n. eccleſiarum dēt
epiſcopus intereſſe per ſe, vel per aliū. de conſe. di. 1. c. nemo.
& c. ſi quis presby. & in præal. 30. d. ſt. c. ſi quis extra. In quo
a a etiam differant oratorium, & eccleſia. no. j̄. de cenſi. c. fin. p
Io. An. ¶Sextò not. formam obedientiæ à ſubditis exhiben-
dæ. quia ille, qui præficiť, pro ſe, & ſuis ſubditis iurare tene-
tur. an autem tali iuramento obliget ſubditos. dic, ꝙ ſic, ſi ſci
6 unt: aliàs ſecus. C. de iura. calum. l. 1. & 2. ¶Septimò not. †ꝙ
quis recipit à ſubditis iuramentum pro ſe, & ſuis ſucceſſori-
bus. ſed ille, qui præſtat, iurat pro ſe tantùm. nec extenditur
7 ad ſucceſſorem. †ex parte ergo præſtantis iuramentum eſt
perſonale: ſed ex parte recipientis poteſt eſſe reale, & tranſ-
miſſibile ad hæredes. j̄. de iureiuran. c. veritatis. & l. generali
8 ter. poſt princ. C. de iureiuran. ¶Octauò no. †quid iuris de il
lo, qui per dolum, & fraudem circunuenit aliquem alterius
nomine poſſidentē. tenetur enim actione de dolo. ff. de dolo.
9 l. cum quis. & de renunci. c. lectæ. ¶Nonò not. †ꝙ poſſeſſio
poteſt tradi ſub conditione, quæ antequam ſtet, non poteſt
dici poſſeſſio acquiſita, etiam ſi corpore teneatur. concor. ff.
de acqui. poſ. l. qui abſenti. §. j. aliud eſt enim poſſidere, aliud
in poſſeſſione eſſe, l. ſi quis ante. ff. eod. titu. ¶Decimò not. in
ver. intelligentes. ꝙ qui reperit poſſeſſionem ſuam ab aliquo
occupatam, poteſt ſtatim illum expellere. qualiter autem id
intelligatur, ſtatim infra ſubdam. ¶Vndecimò no. quòd vim
10 vi repellere iura permittunt. †& dicitur ſe defendere, qui pro
pulſat violentiam ſibi illatam. quod intellige cum moderami
ne inculpatæ tutelæ. quod dic, vt. l. j. C. vnde vi. & in c. ſignifi-
11 caſti. j̄. de homici. ¶Duodecimò no. †quòd in perſona pro-
curatoris fertur ſententia. de quo ſupra de elec. c. querelam.
& ꝙ epiſcopus & Capitulum procuratorem conſtituerunt. s̄.
12 de iura. calū. c. cū cauſam. ¶Tredecimò not. ꝙ ille, qui exce-
dit modum in defenſione: tenetur de exceſſu, non de toto. fa
cit l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adi. lég.
¶Vltimò no. ꝙ iſti fratres ſubmiſerunt ſe, & ſua. de rebus in
uaſis hic deciditur, quid iuris. Sed ſi de ſubmiſſione perſona
rum, an valuerit, & potuerint ſe ſubmittere, nihil dicit text.
Innoc. dicit, quòd eis licuit tranſire ad ſtrictiorem religio-
nem. quod eſt verum, ſecundùm Hoſti. de perſonis ſm̄ regu-
lam inſtitutam in loco: vel ſtatum antiquum ipſius loci immu
tare: vel alteri loco ſe ſubijcere non pñt ſine auctoritate epi
ſcopi, & ſui Capituli. de ſup. negli. præ. c. 2. de his quæ fiunt à
præla. c. nouit. & c. ſeq. ¶Venio ad oppo. dicit ille tex. ꝙ ep̄us
retinuit ſeruitium, & penſionem, non dominiū. & ſic nihil ſu-
perfluum. ¶Secundò oppo. & videtur, ꝙ poſtquam tradidit
poſſeſſio. vt conſtrueretur eccleſia, non potuerit ſeruare

dominiũ. quia rei ſacrę nullius eſt dominium. vt Inſti.de re.
diui.§.ſacræ. ¶ Solu. dic ꝙ retinuit dominium,quantùm ad
13 ius epiſcopale. 10.q.1.per totum. † appellatio enim domi-
nij largo modo ſumpta capit poſſeſsionem:vſumfructum:&
ſeruitutes.vnde rectè dicitur. ego ſum dominus huius poſ-
ſeſsionis vſusfructus,& ſeruitutis. vt ſ̃. vt lite non conteſt.c.
quoniam frequenter.§ in alijs.ver.ſi verò.facit qđ no.Cy.in
l.1.C.de vſufru.¶ Tertiò oppo. & videtur, ꝙ non magiſter
generalis: ſed ſpecialis illi domui deputatus debuerit agere.
¶ Sol.dic,vt dixi.ſ̃.in ſecundo notabili. ¶ Quartò oppo. &
videtur,ꝙ epiſcopus retinendo cenſum annuum commiſerit
ſimoniam.quia pro ſpiritualibus nihil poteſt dari,vel accipi,
vt in c.nobis.j̃.de ſimo.& c.cum in eccleſia.eodem tit.¶So.
dic,vt in gloſſ.quæ incipit.ideſt ſub ea forma. ¶ Quintò op-
po.& videtur,quòd traditio facta ab iſtis,qui nomine epiſco
pi,& Capituli poſsidebant,noceat ipſis epiſcopo,& Capitu-
lo.quia colonus alteri poſſeſsionẽ tradendo priuat dominũ,
vt l.poſsideri.§.quòd ſi ſeruus.ff.de acqui.poſ.¶ Sol.glo.quę
incipit.vt ſcias.hic plenè diſtinguit,qualiter perdatur poſſeſ
ſio,quam quis retinet per ſeipſum.& qualiter perdatur illa,
quam poſsidet per alium.de prima ſcilicet, quam quis reti-
net,ſcilicet per ſeipſum.dic,quòd dum eſt abſens,retinet ci-
uilem, quæ non perditur per ingreſſum alterius, ignorante
poſſeſſore,vt l.quamuis.ff.de acquiren.poſſ. & ex hoc ſequi-
tur, quòd ille, qui poſſeſsionem ingreſſus eſt, non inci-
pit præſcribere,vel vſucapere:donec abſens,& ignorans iſtũ
ingreſſum extra ciuiliter poſsidet.& hoc eſt, quod ſubtiliter
glo. dicit in l. 1.ff.de ſeruis fugiti.quod not.per obliuionem
autem perditur poſſeſsio, quæ quanto tempore inducatur,
iudicis arbitrio relinquitur, vt ſup. de elect. cap.querelam.
14 per Innocen.facit l.furtum.§.fundi.ff.de vſucap.¶ † Secun-
do caſu, cum poſsideo per colonum: tunc diſtingue!. nam
quandoque colonus diſcedit de poſſeſsione animo deſeren-
di.quandoque animo reuertendi.quandoque moritur. quan
doque rem alteri tradit: vel deijcitur. quandoque perdit.
quandoque interuertit pro ſe.quandoque pro alio,ſibi fortè
penſionem ſoluendo. ¶ Primo caſu quando colonus exit
animo deſerendi.dic,vt l.1.C.communia de vſucap.& l.ſi co
lonus. ff. de acqui. poſ. & ibi quid iuris. ¶ In ſecundo ca-
ſu quando exit non animo deſerendi. ¶ Tertio caſu quan-
do diſcedit. quid erit de illa naturali, quam dominus re-
tinebat per colonum:an ſit perdita.dic,vt l.ſi de eo.§.1.ff.de
acquiren.poſſ.¶ Quarto caſu quando alteri tradit,vel deij-
citur.tunc ſi deijcitur auctoritate iudicis, & non ritè: domi-
nus non priuatur poſſeſsione, vt not. Innocen.in c.quoniam
frequenter.in §.in alijs.ſupra.vt lite non conte. ſecus ſi deij-
citur à priuato.vel tradit, vt l.peregre. §. quibus explicitis.
ff. de acquiren. poſſeſ. ¶ Quinto caſu quando perdit. dic
vt l.fina.C.de acquiren. poſ. ¶ Sexto caſu, quando diuertit
pro ſe. quia dominum venientem non admittit: tunc ipſum
priuat,ſi dominus ipſum incontinenti non repellit, vt l.cum
fundum. ff. de vi, & vi ar. ¶ Septimo, & vltimo, quando
nullus poteſt ſibi cauſam poſſeſsionis mutare,nullo titulo ex
trinſecus excedente.vt l.cum nemo.C.de acqui.poſ.& l.ma-
lè agitur.C.de præſcrip.30.an.¶ Quando verò alteri,quàm
domino,penſionem ſoluit: vel ſe conſtituit alicuius nomine
poſsidere.dic vt dixi.ſ̃.c.cum veniſſet.¶ Sextò oppo.dicitur
hic, quòd ideò ille magiſter potuit vi expelli.quia erat con-
ſcius de iure epiſcopi,& Capituli.& ſperare debebat contro
uerſiam ſibi moturos.quaſi innuat tex. ſecus eſſe, ſi ignora-
uerit.eo.n.ipſo, ꝙ monitus ille magiſter, & fratres non reſti
tuũt epiſcopo,& Capitulo:videntur violentiam inferre: licèt
à principio fortè fuerint ignorantes.33.q.1.§.1. & per totũ.
2.q.2.c.1.& 2.hic autem innuit, quòd reſtituere non tenean
tur,ſi fuerint ignorantes.quare malè. Timore huius contra-
rij ſupplet Inn.ad iſtum tex.maximè. Non enim videtur cu-
randum,ſecundùm eum,ſciuerit,vel ignorauerit epiſcopum
poſsidere.ſed hoc ſolùm,an tertius in veritate poſsideat. qđ
Hoſti.fatetur verũ,ſi notoria fuit offenſa,vt j̃.de accu.c.eui-
dentia.& de offi.deleg.c.1.lib.6.alias ſi moniti non reddunt,
ſed offerunt paratos ſe ſtare iuri: non videtur, quòd poſsint
vi repelli,per generalem reg.l.vnica.C.nequis in ſua cauſa.
& quod metus cauſa.l.extat.&c.¶ Septimò opp.dicitur hic,
quòd vim vi duxit epiſcopus repellendam. Sed contra. iſta
violenta vis non poteſt inferri ſine pœna canonis. ſi quis ſua
dente.17.q.4.¶ Item iſti erant religioſi hincinde. ergo non
licuit arma mouere,nec bellum facere.23.quæſtio.3.c.1. &
quæſtio. 8.c.clerici.& ff.de capti.l.hoſtes. ¶ Timore huius
contrarij,& hinc ſumpta occaſione, Innocen. poſt eum, &
15 alij hic tractant de bello: † an ſit licitum mouere bellum.
[b] dicit ergo,quòd quidam ſunt, qui habent, iuriſdictionem,
& merum, & miſtum imperium: quibus ſubditi conſtitue-
runt ſe rebelles. ¶ Quidam alij ſunt priuati,à quibus res ip
ſorum illicitè occupantur: vel infertur eis violentia perſo-
næ. quandoque eis nulla violentia infertur. ſed res ipſorum
ab alijs indebitè detinentur,vel debitum denegatur.& in his
omnibus caſibus dubitatur, qualiter debeat, ſiue poſsit ſe
defendere in iure ſuo.¶ Quò ad primum caſum dicit Inno.
16 † quòd ille,qui habet iuriſdictionem,& merũ,& miſtum im
perium, poteſt contra inobedientes ſibi bellum indicere.
nec propriè dicitur bellum,ſed executio iuſtitiæ, vt ff.de rei
vendica.l.qui reſtituere.& ff.ne vis fiat ei.l.prima.§. ſi quis
miſſum.hic dicitur,quòd iuris executio non habet iniuriam.
ff.de iniurijs.l. iniuriarum. & illo caſu capti non ſunt ſerui.
quia non eſt bellum:ſed iuſtitiæ executio, vt prædixi. præ-
latus ergo illo caſu habens iuriſdictionem licitè mouet ar-
ma pro iuribus ſuæ eccleſiæ, & bellum indicit. & adaptari
poteſt ad pugnam, dicendo capitaneo, occidite.vt hæc pro
bantur. 15.quæſtio.6.cap.auctoritatem. & cap. omnes ſan-
ctorum. 23. quæſtio.8. ſcire. & c.igitur. & c. hortatur. & c.
17 diſpar.¶ † Secundo caſu quando priuatis infertur violentia
perſonæ,vel rebus:tunc incontinenti licitum eſt ſe defende-
re, & vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ,
etiam ſine principis auctoritate, cum à iure ſit conceſſum,
vt l.quæ ſub conditio.§.fin.ff.de conditio.inſtitu. Iſtud autẽ
moderamen in quo conſiſtat. dic vt l. 1.C. vnde vi. & infra
de homic.ca.ſignificaſti.vbi plenè.& 23.quæſtio.1.§.primo.
& in illo caſu.¶ An ad iſtam licitam defenſionem ſit licitum
conuocare amicos.videtur,quòd ſic, vt in ca.dilectio. infra
de ſenten.excommuni.lib.6.& l. 3.§. cum igitur.ff.de vi, &
vi ar.facit l.vt vim.de iuſti.& iure.¶ Tertius caſus eſt, quan
do quis mihi ſubtrahit, vel rem meam indebitè detinet: an
per meipſum licitum ſit recuperare.dic,quòd aut ille,cui de
tinetur, non habet ſupriorem (vt Papa vel Imperator,) &
licitè mouet bellum. & tũc verè dicitur bellum,in quo capti
ſiunt ſerui,& res occupantium.28.q.8.c.ſcire.& ca.omni ti-
more.¶ Tenet hic Hoſt.quòd ſi Imperator eſſet iniquus,&
peccator: & monitus non deſiſtit (fortè contra Eccleſiam)
non poſsit indicere iuſtum bellum. de quo vide hic ꝑ eum.
quãdoque ille,cuius res occupatur,habet ſuperiorem. & tũc
aut ipſius ſuperioris non poteſt haberi copia: vel poteſt, ſed
non habet potentiam defendendi. & tunc poſſet etiam ius
ſibi dicere propria aucto. vt C.de Iudeis.l. nullus. & in iſtis
ciuitatibus, quæ non recognoſcunt ſuperiorẽ,ſi ipſa denegat
iuſtitiam ſubdito alterius ciuitatis, conceduntur repræſaliæ
contra omnes.de quibus dic,vt infra de iniu.& dam.da.c. 1.
lib.6.& per Barto.in tractatu reprę̃ſaliarum. facit C. de Iu-
deis.d.l.nullus.& l. prætor ait.§.ſi debitorem.ff. de his, quæ
in frau.credi.¶Si autem poteſt habere copiam ſuperiorum,
qui poſsint exequi: tunc non poteſt propria auctoritate ius
ſibi dicere.ſed qđ ſuũ putat,ꝑ iudicẽ repoſcere, vt l.extat.ff.
quod metus cauſa.tamen tenet hic Innocen. quòd ſi quis rẽ
ſuam occupauerit (etiam iniquè:) non teneatur reſtituere:
18 † vnde licitũ eſt ꝓpria auctoritate, & furtiuè accipere rẽ ſuã
ſubtra-



ſubtractam ſibi: ſi exinde nõ ſit ſcãdalũ ſecuturũ inter alios,
vt.j̃.de no.op.nun.c.cũ ex iniuncto. §. ſuper eo.poſſet aũt au
ctoritate Superioris ille,cuius res indebitè retinentur, recu-
perare ipſas etiam violẽter:vel ſi illę non poſſunt recuperari,
poterit alias æquiualentes accipere.23. q. 2. cap. Dominus.
¶Et ex prædictis patet,ꝙ qñq; iudex concedit licentiã pri-
uatis conſequendi ius ſuum propria auctoritate. & ſic vide-
tur,ꝙ poſſit parti committere executionem ſñiæ.vt l.3.C. de
pigno.per Barto.& l.iuſtè.de acqui. poſ. & in c.cum noſtris.
de conceſ.præben.Et de iſta materia belli. & qualiter liceat
vim vi repellere.& qualiter qs poſsit ſibi ius dicere,vide Ho.
in ſumma de ſententia,& re iudi.§.quis debeat ſententiã pro
ferre.ſub.§.proprius ordinarius.verſi. Item ratione rei.& ſe.
& de treu.& pa.in ſumma.§. quid ſit iuſtum bellum. & infra
de iureiuran.c.fin.c.2.de homici.c.pro humani.§.ſacri conci
lij.lib.6.

ADDITIONES.

a ¶In quo differunt oratorium, & eccleſia.An liceat vnicuique habere o-
ratorium in domo propria.Io.de Tur.cre.in c.vnicuique.de conſec.di.j.
b ¶Mouere bellũ.Bellũ vñ habuerit originem.no.Io.de Tur.cre.23.q.1.c.
qđ militare.Et q̃ reqrãtur,ad hoc vt bellũ ſit iuſtũ.ea.cã.& q.c.iuſtũ bellũ.

*SVMMAE.*

1 *Recurſus debet haberi ad Papam in dubia quæſtione.*
2 *Archidiaconus poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus.*
3 *Sententiæ iudicis non eſt parendum contra conſcientiam.*
4 *Conſcientia ſi dictat vnum, et præceptum iudicis oppoſitum,cui ſtan dum.*
5 *Opinio Doctoris debet iuuari auctoritatibus, & rationibus.*
6 *Iniuria nulla irrogatur maiori iudici,ſi minor iudex veritatem inueſtigauerit.*
7 *Diſpenſatio facilius ſit contra conſtõnem canonicam, quàm diuinam.*
8 *Conſtitutio canonica eſt ius poſitiuum, & municipale.*
9 *Papa poteſt diſpenſare in gradibus prohibitis lege canonica.*
10 *Excommunicationem potius quis debet ſuſtinere, q̃uàm contra conſcientiam agere.*
11 *Sententiæ cenſuræ contra conſcientiam, & Deum nemo debet ſponte parere,niſi cogatur.*

Literas tuas. Si contra petentem reſtitu-
tionem coniugis obijciatur
gradus conſanguinitatis in gradu prohibito. & offe-
rãtur probationes incontinenti paratæ de malicia:ab oppo-
nente iuramento præſtito fit reſtitutio quò ad reliqua: ſed
non quò ad torum.Si autem non offerantur incontinenti pa
ratæ:fiet reſtitutio quò ad omnia: niſi de ſæuitia uiri timea-
tur.Sunt duæ partes principales.primò ponit thema,& con-
ſultationem.ſecundò reſpondet,ibi[ſanè.] & hæc ſubdiuidi-
tur.primò ponit,& proſequitur triplicem oppoſitionem vſ-
que ibi[nos autem]ibi contraria ſoluens contra alteram opi.
allegat.ibi [præterea] diſtinguendo ſoluit, & ſecundum mẽ
brum proſequitur.ibi[quod ſi]à qua ſolutione excipit vnum
caſum.ibi[ſi verò.]¶Primò not.per iſtum tex.in verſicu.vir
autem.probari opi.Io.Mo.2.quæſtio.2.c.1. & quando ſuper
eadem re proponitur principaliter petitorium, & poſſeſſo-
rium à diuerſis:prius eſt de poſſeſſorio cognoſcẽdum. quod
1 dic,vt.ſ̃.c.ex conqueſtione &c. ¶ Secundò nota, † quòd in
dubia quæſtione debet haberi recurſus ad Papam, vt hic ar-
chidiaconus fecit.de hoc in l.eum quem temere.ff. de iudic.
2 ¶ Tertiò not. † quòd archidiaconus poteſt cognoſcere de
cauſis matrimonialibus.de quo in glo. quæ incipit. argu.
3 ¶Quartò not.in ver.ſed ſi ipſi.† quòd ſententiæ iudicis non
eſt parendum contra conſcientiam.conſcientia enim funda-
tur in iure naturali: ſententia verò eſt iuris poſitiui. non po-
teſt ergo corrigere, quæ ſunt iuris naturalis, vt l. Iul. verum
debitorem.ff.de condi. inde. & ſuper hoc fundabatur prima
opinio.de qua in text. ¶ Sed iſta ratio videtur reprobari in
4 ver.porro.† ex quo collige quartè,quid iuris in prædicto ca
ſu,cum ſcilicet conſcientia dictat vnum,& præceptum Supe-
riorum oppoſitum. debet enim cum mandato Superioris cõ
ſcientia conformari:ne quis iuſtior ſit, quàm lex. Sufficit.n.
ita ſcriptum eſſe,vt l.proſpexit.ff.qui & à quibus. ¶ Et not.
hunc text.contra illos,qui inter ius ſcriptum,& conſciẽtiam
ſtatuerunt ius diuerſum. cuius contrarium probat iſtè text.
quod pulchrè proſequitur dom.Feder. de Senis in ſuis conſi-
5 lijs.& facit quod no.in cap.plerique.de immu.eccle. ¶Quin
tò nota,quòd opinio Doct.debet iuuari auctoritatibus,& ra
tionibus.nec in credendo aliquid ſibi vendicare debet aucto
ritas dignitatis: ſed ratio efficax. quia aliquando reuelatur
minori,quod maior neſcit, nec ſanctitas perſonæ:vt ſcilicet
citius credatur,vt 50.diſtin.c.ſi quis propter eſcam. & no. 9.
diſtin.c.ergo.& c.noli.vnde alibi Iuriſconſultus. licèt me ma
gna Tuberonis auctoritas moueat: tamen à Seruio non diſ-
6 ſentio.vt l.Labeo.§.idem Tubero. ff.de ſup.leg.†Nulla enim
maiori irrogatur iniuria, ſi minor iudex veritatem inueſtiga
uerit,vt l.potioris.C. de offic. rect.prouinciæ.paratus ab an-
niculo edoceri,vt ait Aug.& facit.95.diſtin.c.eſto ſubiectus.
¶Sextò not.in ver.oppoſitioni.quòd inter l.diuinam, & hu-
7 manam magna eſt differentia in diſpẽſatione.†facilius enim
diſpenſatur contra conſtitutionem canonicam, quàm diui-
nam.¶Qui ergo dicunt, quòd omnis lex canonica eſt diui-
na,fatendum eſt, largo modo ſumpto vocabulo: ſicut leges
ſunt diuinitus promulgatæ,vt l.fi.C.de præſcrip.long.temp.
Strictè verò longa eſt differẽtia,ut hic.Ius enim diuinum eſt
8 naturale.1.q.1.in princi.†Conſtitutio enim canonica eſt ius
poſitiuum,& municipale:ſicut & lex,ut.c.non debet.infra de
affi.& conſang.facit Inſti.de iure natu.gen.& ciui.§.ſed & na
turalia.¶Septimò no.in eodem verſi.poteſtatem Papæ circa
9 diſpenſationem reſpectu graduum.†In gradibus enim pro-
hibitis l.canonica diſpenſare poteſt.Sed in prohibitis l.diui-
na an poſsit,no.in gl.quæ incipit.eſt quæ non vult. de quo ẽt
no.25.quæſt.1.c.ſunt quædam.& 30.quæſt.3.c. Pictatium.
& j̃.de ſta.mo.c.ad mona.in fi.ubi de hoc. ¶Octauò not.in
10 uerſi.porro.†quòd quandoque quis potius debet excommu
nicationem ſuſtinere,quàm contra conſciẽtiam agere. quod
dic,ut.j̃.de ſen.ex.c.inquiſitioni.facit quod no.ſ̃.c.in literis.
per Inn.¶Nonò.no.in uerſi.Præterea.quòd pro poſſeſsione
recuperanda propter copiam probationum paratam ſuper
petitorio ſuſpenditur, & quò ad copulam reſtitutio impedi-
tur: non autem quò ad alia obſequia exhibenda ab uxore
marito(puta in cuſtodiendo res ſuas:lauare caput:pedes: co
meſtionem:& ſimilia.)& uide quod not.Io.An.in c.ad abo-
lendum.de fil.preſ. ſicut alibi diſtinguit l. habeat quis para-
tas probationes,uel non.in l.ille à quo.§.ſi teſtamento.ff. ad
Treb.& l.is à quo.ff.ut in poſ.le.& j̃.de teſti.c.ueniens. ¶De
11 cimò not.in uer.ꝙ ſi non habeat. †ꝙ niſi quis cogatur: non
debet parere ſententiæ cenſuræ ſpontè contra conſcientiam,
& contra Deum.cum enim unum Deus præcipit,& alterum
Imperator:Deo parendum eſt. & ſic ſucceſsiuè ſemper ſupe
riores ſunt in mandatis exequendis inferioribus præferendi.
11.q.3.c.non ſemper.& 33.q.1.c.qui culpatus.¶Vndecimò
no.ꝙ propter nimiam ſæuitiam uiri mulieris reſtitutio dene
gatur:qa contra ſæuitiam cautionibus prouideri non põt, ut
hic.& clarius.ſ̃.ut lite non conteſt.c.accedens.& in ca.paſto
ralis.de re iudicata.in Clemen.

*SVMMAE.*

1 *Petens reſtitutionem coniugis debet probare coniugium legitimum ex conſenſu.*
2 *Contrahens ſponſalia poteſt reſilire vſq; ad aduentum pubertatis.*
3 *Puella,quæ contraxit ſponſalia: & adueniente ætate non approbat, debet petere licentiam ab epiſcopo alteri nubendi.*
4 *Minor in cauſa matrimoniali cenſetur habere legitimam perſonam.*
5 *Minor in omnibus caſibus, in quibus habet legitimam perſonam,*

 *poteſt*

*poteſt procuratorem conſtituere.*
6 *Poſſeſſio vbi non cadit, ibi non poteſt cadere ſpoliatio: nec reſtitutio.*
7 *Quaſi poſſeſſio in matrimonio non quæritur ſine titulo.*
8 *Petenti reſtitutionem vxoris, an ſufficiat probare, quòd erat in quaſi poſſeſſione matrimonij.*
9 *Fornicatores (vt peccent, vel populi verecundiam effugiant) fingunt inter eos matrimonium, cum non ſit.*
10 *Poſſeſſorio aliquo an poſſit agi pro ancilla.*
11 *Dominus poteſt agere de aſcriptitio exhibendo.*
12 *Minor in ſpiritualibus ſi prætendat ſe læſum: an poterit petere reſtitutionem in integrum.*
13 *Minor ſi renũciauit beneficio inconſultè: an poterit implorare beneficium reſtitutionis.*

1 EX parte, †Petens reſtitutionem coniugis,
habet probare coniugium legiti-
mum ex conſenſu.h.d.Et in prima querelã mulieris
partim deciſam. ſecunda dat iudicem.ibi[quia igitur]¶Pri
2 mò no.†.ꝙ vſq;ad euentum pubertatis poteſt ille, qui con-
traxit ſponſalia, reſilire.& cum puenerit ad ætatẽ, debet diſ-
ſentire, vt hic.quod intelligunt quidam verum, cum ſunt con
tracta ipſa ſponſalia ab ipſo impubere: vel à patre, vt hic. de
deſpon.impub. c.ad id.& e.titu.c.j.lib.6.Si autem ab alio, nõ
ratificantur per actus tacitè indicantes conſenſum. & hoc te
net Inno.Hoſt.contra.quia etiam ſi non pater contrahat no
mine puellæ ſcientis, & poſtea cohabitantis ſponſo, & eum
ſic vocantis, ratificantur ſponſalia per hæc ſigna, & ſimilia.de
quo in dicto c.j.de deſpon.impube.lib.6. ¶Secundò nota,
3 †quòd puella, quæ contraxit ſponſalia.& adueniente ætate
non approbat, petit licentiam ab epiſcopo alteri nubendi.
Goff.dicit, quòd hoc facere poterit iure ſuo. tutius tamen
eſt poſtulare, vt euitet clandeſtinum contractum.de hoc per
4 Hoſtien.eo.titu.c.duo pueri. ¶Tertiò not.†quòd minor in
cauſa matrimoniali cenſetur habere legitimam perſonam.
& in certis aliis cauſis, quas enumerat prima gloſſ.magna.&
Ioan.And.addit.c.fin.de iudi.lib.6.de hoc etiam not.2.q.7.
c.quæritur.& C.qui legi.perſo.l.momentaneæ.& l.exigendi.
C.de procura.habet etiam legitimam perſonam in voto reli
gionis: ſacri ordinis: & electionis ſepulturæ.& hæc per ordi-
nem probantur.j.de proba.c.in præſentia. & de tempo. or.
c.nõ eſt cõpos.& de ſepul.c.de vxor.e.& in c.in noſtra.& col
5 lige reg.†quòd in omnibus prædictis caſibus, & aliis, in qui-
bus minor habet legitimam perſonam, poteſt conſtituere
procuratorem, ar.huius literæ.& ff. de iniuriis.l.ſed ſi vnius.
§.idẽ ait.& quod no. in l.3.§.curatores.ff.q pe.tuto.¶Quar
6 tò no. † quòd vbi non cadit poſſeſſio, nec ſpoliatio: nec per
conſequens reſtitutio, vt hic.hinc eſt, quòd laicus non poteſt
prætendere ſe ſpoliatum quaſi poſſeſſione. quia non eſt ca-
pax huius quaſi poſſeſſionis, vt j.de deci.c.cauſam. quia nec
hæreticus poteſt petere reſtitutionem rerum eccleſiæ. cum
non ſit capax huius quaſi poſſeſſionis.23.q.7.c.j.2.& 3. & l.
j.§.deiicitur.ff.de vi, & vi ar.& l.colonus.ff.eo. Iſtæ enim poſ-
ſeſſiones monaſterii: decimarum, & ſimilium habent plus iu
ris, q̃ facti: licèt econuerſo regulariter contingat, vt infra de
7 conces.præben. c. cum noſtris. ¶Quintò hic colligitur, †ꝙ
quaſi poſſeſſio in matrimonio non quæritur ſine titulo: vnde
ſola tranſductio ſine legitimis ſponſalibus non præbet acq
ſitionem poſſeſſionis, vt hic. ¶Oppo.& videtur, quòd illa
puella non potuerit ꝓpria auctoritate recedere ab iſtis ſpon
ſalibus, vt j.de deſponſa. impu.c.de illis.So.vt in prima glo.
¶Secundò opp.innuit ille tex.ꝙ in matrimonio ſit dare qua
ſi poſſeſſionem, in qua cadat ſpoliatio, propter quam reſti-
tutio concedatur. ſed contra.s.c.prox.& c.ex conqueſtione.
ibi, ſi matrimonium dr̃ minus legitimum: tñ habet locũ poſ-
ſeſſorium; ita ꝙ ante omnia eſt reſtitutio facienda. hic aũt di
citur contrarium. quare malè. ¶So. quandoq; matrimoniũ
dicitur minus legitimum ratione conſanguinitatis: & tunc,
anteq̃ de hoc conſtet: cadit quaſi poſſeſſio & reſtitutio, vt
in contrario.quadoq; ratione defectus minoris ætatis dicit,
ꝙ matrimoniũ non ſubſiſtit: & tunc ſi nõ cadit titulus matri
monii: ita nec poſſeſſio, vt hic.&.s.dixi in hæretico, & laico.
qđ eſt verum in poſſeſſione, quæ habet multũ iuris, ut matri
monialis: ſecus ſi multum facti.quia illa cadit etiam, vbi ti-
tulus impugnatur, vt l.1.§. ſi vir vxori.ff. de acqui. poſ. hinc
8 ſumpta occaſione querit Inno.†ſi quis petit reſtitutionẽ vxo
ris, an ſufficiet probare, ꝙ erat in quaſi poſſeſſione matrimo
nij, aliter de titulo probato.dicit ꝙ non.imò expedit proba-
re ſponſalia præceſſiſſe, vt ſupra eo.c.ex trãſmiſſa.& hoc po-
teſt admitti, quando eſt qõ inter ipſos coniugatos: ſecus ſi
de eorum matrimonio eſt quæſtio inter alios (puta reſpectu
filiorum, qui prætendunt ſe legitimos) ſufficit eñ ipſis pro-
bare quaſi poſſeſſionem matrimonii ipſorum parentum. ſi-
cut ſufficit illi probare, qui nititur ex inſtrumento confecto
per notariũ, ꝙ ille fuerit in quaſi poſſeſſione tabellionatus:
ſecus autẽ ſi de hoc cum ipſo tabellione cõtenditur, vt no.
Inno.j.de ver.ſig.c.veniens. ¶Sed contra iſtam determina-
tionem incidenter oppo.& videtur, ꝙ in matrimonio carna
li, quò ad reſtitutionem indulgendam, ſufficit probare quaſi
poſſeſſionem: ſicut in quaſi poſſeſſione matrimonij ſpiri-
tualis, vt.s.e.c.in literis. & de ſpirituali ad carnale licitũ eſt
ar.vt.s.de transla.c.inter corporalia. vnde ad reſtitutionem
quaſi poſſeſſionis iuris ſpiritualis admittitur quis, titulo nõ
probato, vt.s.de cauſa poſ.c.cũ eccleſia.& c.cum ſup. ¶So.
dicit notabiliter Inno.ꝙ aliud in quaſi poſſeſſione matrimo
nij: aliud in quaſi poſſeſſione aliarum rerum, & iurium ſpiri
tualiũ.& eſt ratio differentiæ, ſecundùm eum; quia in matri-
monio non reperitur quaſi poſſeſſio, quæ habet certam for
mam neceſſariò inferẽtem poſſeſſionem matrimonialem:
æquè eñ bene poteſt mulier cum viro manere, tanq̃ concu-
9 bina, ſicut tanq̃ uxor.†& quãdoq; fornicatores (vt peccent:
vel populi verecundiam effugiant) fingũt inter eos matrimo
nium, cũ non ſit.& ideo requiritur illo caſu probatio tituli.s.
c.ex tranſmiſſa. ¶Sed in quaſi poſſeſſione iurium ſpiritua-
lium eſt reperire quaſi poſſeſſionem ad illud ius neceſſariò
concludentem (vt eligere: officiare eccleſiam, tanquam re-
ctorem: vel vt canonicum, vel huiuſmodi.) Iſti eñ actus sũt
iſtis iuribus adeo deputati: ꝙ ex eis reſultat, & naſcitur vera
poſſeſſio.in matrimonio verò ſecus, ut dixi. requirit ergo in
matrimonio, vt probentur ſponſalia, & copula. & ſi de his
conſtat exceptio conſanguinitatis, vel alia, non impediret re
10 ſtitutionem, niſi vt no.s.c.proxi.¶Quærit ſecundò Inno.an
pro ancilla poſſit agi aliquo poſſeſſorio. & per quos actus
probetur iſta quaſi poſſeſſio.¶Circa primum dico, ꝙ in om
ni caſu, in quo competit mihi aliquod ius reale in perſona a-
licuius (ita ꝙ competat actio in rem) ſemper poterit intenta
ri interdictum de illa perſona exhibenda: ſeu deducenda. vñ
11 dominus poteſt agere de aſcriptitio exhibendo: dominus de
vaſallo: & abbas de monacho: & tutor de pupillo. ſecus aũt,
ſi non competeret ius reale: ſed tantummodo perſonalis a-
ctio, ut notat Bar.in l.1.ff.de libe.ho.exhi. ꝑ quos autẽ actus
probetur quaſi poſſeſſio famulatus, uel officii. dic per eum
12 in l.1.§.familiæ.ff.de publicanis. ¶Querit tertiò glo. † an
minor in iſtis ſpiritualibus ſi prætendat ſe læſum poſſit pete
re reſtitutionem in integrũ. glo.tenet, quòd non.adde gloſſ.
in l.ſi minor.25.anno.ff.de mino.& 30.q.ulti.c. penul. facit
13 quod not.in l.1.C.qui legi.ꝑſo. ¶Quærit quartò † ſi minor
renunciauit ſuo beneficio inconſultè: an poterit implorare
beneficium reſtitutionis tanquam læſus. dicit ꝙ non, ſi eſt
alii collatũ.& hoc tenet Tã. hic.& Accur.ff.de mino.in l. ait
prætor.in prin. & Spe. in ſecunda parte de reſti. in inte.§.
qualiter. verſi. quid ſi minor.& ſe.Si autem alii non ſit col-
latum, ſubuenitur ſibi.& hæc fuit opi. Io. & Vin. quam ap-
probat Hoſti.ſi eccleſiæ, & animabus expediat.ut ſic cõſide
retur magis læſio eccleſiæ, q̃ ꝑſonæ.ſup.de elec. c. in cã.in fi.
ipſe tamen Vin. (vt refert hic Io.An.) tenet ſupra de reſtit.in
integ.in c.cum literis.minorem reſtitui, etiam ſi beneficium
alij ſit collatum.



*S V M M Æ.*

1 *Interdictum vnde vi non competit contra illum, qui nõ ſpoliauit, nec mandauit ſpoliare, nec ſpoliationem ratam habuit. Et contra quẽ detur. nu. 8.*
2 *Libellus incertus admittitur.*
3 *Cauſæ plures poſſunt cumulari in eodem libello, quando agitur de eccleſia acquiſita recuperanda.*
4 *Verbũ, non credo, inducit litis conteſtationem.*
5 *Ingrediens poſſeſſionem rei, qua poſſeſſor non fuerat ſpoliatus, non tenetur interdicto vnde vi.*
6 *Probationum ſpecies quinque.*
7 *Violentia poteſt probari per inſtrumentum.*
6 *Proceſſus propter ineptam actionem ita irritatur in cauſa appellationis, ſicut in cauſa principali.*
10 *Appellari poteſt à ſententia ſuper poſſeſſorio.*
11 *Lex cum quærebatur. C. vnde vi, quando habeat locum.*
12 *Deducens vnam actionem: ſi illam probat, ſuccumbit in alia.*
13 *Præterita poſſeſſio an inferat neceſſariò poſſeſſionem de præſenti.*
14 *Factum familiaris præſumitur factum conſcientia domini.*
15 *Pertinentiarum appellatione quid veniat, quando petitur eccleſia cũ pertinentijs.*
16 *Sententia incerta ſemper valet, ſi referatur ad certum.*
17 *Petens fundum, non facta mentione de ſeruitute ſibi debita, an videatur petere ſeruitutem.*

CVm ad ſedẽ apoſtolicã.
1 †Interdictum vnde vi non competit contra illum,
qui non ſpoliauit: nec ſpoliare mandauit: nec ſpoliationẽ ra-
tam habuit.h.d.& ſunt duæ partes. In prima proceſſus narra
tio. In ſecunda diffinitio.ſecunda ibi[nos prioris.] Secunda
ſubdiuiditur.Prima ponit cauſæ commiſſionem.Secunda ibi
[coram.] ponit proceſſum habitum coram delegato, & ip-
ſius diffinitionẽ.In tertia ibi[Nuper.]proceſſum habitum co
ram Papa per appellationis remedium.¶Primò no.ꝙ hic a-
ctor intentat petitorium, & poſſeſſoriũ. quo caſu poteſt reus
ſe ſuper vtroque defendere.de quo.s.titu.1.c.cum eccleſia.in
2 ſecunda glo.& c.cum ſuper.in tertia glo. ¶Secundò not. ꝙ
admittitur libellus incertus, dum dicitur. [cum poſſeſſioni-
bus, & pertinentijs ſuis.] & eſt ratio, quia petuntur vt acceſ-
ſoria, vt.s.eod.c grauis.& dixi.s.de libel.obla.c.2. ¶Tertiò
no.ꝙ ſub verbis iſtis[dico eccleſiam ad me ſpectare.] & ꝙ ꝑ
ipſam poſſeſſionem includitur petitorium, & poſſeſſorium.
3 & aduerte (dicit Ioan.And.†) quòd ad repetendum eccleſiã
plures cauſæ cumulantur in eodem libello. quod eſt verum,
cum agitur de acquiſita recuperanda, vt hic: non autem de
nouiter acquirenda, vt in cap.vt quis duas.de electio.lib.6.
vbi plenè, an ad eandem rem conſequendam poſſint plures
4 cauſæ cumulari.¶Quartò no.†ꝙ per verbum[non credere]
reſultat litis conteſtatio. quæ autem verba ſunt apta ad litis
conteſtationem.dic, vt s.de litis conte.c.vno. ¶Quintò not.
5 †ꝙ ingrediens poſſeſſionem rei, de qua poſſeſſor non fuerat
ſpoliatus, non tenetur interdicto vnde vi. Iſte enim nuncius
non repulerat iſtos hoſpitalarios: ſed minatus fuerat, ne redi
rent.quo facto epiſcopus eſt ingreſſus: reperit.n. ſic rem va-
cantem; igitur interdicto vnde vi non tenetur. qualiter autẽ
teneatur, hic tangit ſubtiliter Innõ.vt inferius declarabo.
6 ¶Sextò†no.quatuor ſpecies probationum: per teſtes: confeſ
ſiones: inſtrumenta: & euidentiam facti. & adde quintam, ꝑ
violentam præſumptionẽ.32.quæſt.1.c. dicit Dominus.¶Et
7 not.tex.ꝙ†ꝑ inſtrumẽtum probatur violẽtia.alia autem deli
cta an ꝑ inſtrumẽta probentur.dic, vt in reg. ſemel malus. in
mercu.& in l.ſciant.C.de prob.& l.in ſenatus. ff. ad Turpil.
8 per Bar.¶Septimò no.†ꝙ interdictum vnde vi. datur cõtra
ſpoliatorem mandantẽ, & ratum habentẽ.de quo hic in gloſ.
9 plenè.¶Octauò no.ſecundùm Abb.†ꝙ in cauſa appellatio-
nis irritatur proceſſus propter ineptam accuſationẽ: ſicut in
cauſa principali, vt in c.examinata.s.de iudi.& facit.j.de em
ptio.& vend.cap.cum dilecti.& quod ibi no.& dixi. ¶Nonò
no.ꝙ præſumendum non eſt pro ſententia iudicis. niſi quate
nus conſtet ex actis cauſæ.de quo.s.de renunci.c. in præſen-
10 tia.¶Decimò, & vltimò not.†ꝙ à ſententia lata ſuper poſſeſ
ſorio appellatur.¶Venio ad oppoſitiones. dicitur hic, quòd
ille intentauit interdictum vnde vi.Sed contra; quia hoc non
colligitur ex verbis petitorij.dicit enim. [ꝙ ad hoſpitale ſpe-
ctabat: & ꝙ ipſa diutius poſſediſſet.]&c.per quæ verba (cum
latè pateant, & faciant mentionem de poſſeſſione) poſſunt re
ferri ad interdictum vnde vi.quod vi aut clam. ad condictio
11 nem ex can.reintegranda.ad officium iudicis. †ad condictio
nem ex l.cum quærebatur.C.vnde vi.quæ habet locum, cum
quis occupat rem vacantem ad alium pertinentem: ſicut vi-
detur fuiſſe in caſu huius c.ſi dicamus, quòd illis hoſpitala-
rijs propter prohibitionem nuncij non redeuntibus, epiſco-
pus reperit vacuam illam poſſeſſionem.probato verò, quòd
epiſcopus poſsidebat ipſam ad præſens.& quòd hoſpitale in
præteritum poſſedit: videtur ſufficere. & ſi non quò ad inter
dictum vnde vi.ſaltem quò ad cõdictionem ex l.cum quære
batur.vel condictione ex can.reintegranda. cum ſub prædi-
ctis verbis generalibus includantur.hic aũt dr̃, cõtrariũ; qua
re malè.So dicit Ioan. And. quòd ille fuit coactus eligere a-
ctionem.& elegit interdictum vnde vi.minus conſultè.& hoc
poteſt facere ſemper iudex, cum ex narratione facta reſul-
tant plures ſpecies actionum, diuerſum effectum habẽtium,
vt hic erat, vt not. Innoc.ſupra de ord. cogni.c.cum dilectus.
coactus enim elegit, & malè.¶Alij dicunt, ꝙ elegit volunta-
rius. Hoſti.dicit, quòd hæc dependent ab arbitrio iudicis. &
remittit ad Decr. dilecti. ſupra de iudi. ¶Ex his ſequitur, ꝙ
ſi fratres Hieroſoli.ſimpliciter, & indiſtinctè dixiſſent, ſe eſſe
eiectos per prohibitionem nuncij: & ipſam eccleſiam epiſco
pum poſsidere: & hæc probata eſſent: debuiſſet pro eis ferri
ſententia. licèt enim fratres vt meticuloſi perdidiſſent poſ-
ſeſſionem: tamen epiſcopus poſſeſſionem vacantem ingre-
diẽdo tenetur condictione ex l.cum quærebatur. C. vnde vi.
& l.inuaſor.eo.titu.& quod no.in l.j.§.interdictũ aũt. ff. vti
poſ.Et adde etiam, quod no.in l.3.§.ſi quis autem.ff.de vi, &
vi ar.¶Nocet igitur iſtis fratribus elegiſſe ſpeciem actionis,
12 ſcilicet interdictum vnde vi.†Ille enim, qui deducit vnam a-
ctionem, & probat: in alia ſuccumbit, vt hic fecerunt fratres.
quod dic, vt dixi ſupra de iudi.in c.quia V. Iſte autem nun-
cius, propter cuius prohibitionem, & metum ad poſſeſſio-
nem non accedo (& ſic amitto) ſi ipſe, vel alter ingreditur: an
teneatur interdicto unde ui, hic not. Innoc.¶Secundò oppo.
& videtur, quòd ibi libellus debuerit reiici propter incerti-
tudinem. petiit enim hoſpitale cum poſſeſſionibus, & per-
tinentiis ſine alia ſpecificatione: vnde non videtur valere pro
pter incertitudinem, vt l.ita fidei.ff.de iure fiſ. & ff. de rei vẽ.
l.ſi in rem.So.primò glo.magna.quæ incipit.hoc ergo. ſoluit
contrarium, diſtinguendo inter iudicium vniuerſale: genera
le: & ſingulare.de quib.latè.s.de lib.ob.c.2.& ff.de edẽ.l.j. &
c.cõq̃rẽte.s.de of.or.Vel dic, vt dixi.s.qa illa, q̃ veniũt acceſ-
ſoriè ad rẽ principalẽ, poſsint deduci in libello incertè, vt i.c.
grauis.s.e.& dixi in dicto.c.2.de lib.ob.facit qđ no.Spe.in ti.
de li.concep.§.nũc dicẽdũ. verſi.25.¶Tertiò oppo.ille text.
dicit, ꝙ iſti fratres petebant ſe reſtitui ex eo, quòd diutius
poſſediſſent.& ſic nitebantur ex poſſeſſione ꝑterita.¶Sed cõ
13 tra.†quia ꝑterita poſſeſſio non infert neceſſariò de præſenti,
cũ de facili perdatur, vt l.ſi quis vi.§. differẽtia. ff. de acquir.
poſ.gl.quæ incipit.nunquid.fatetur oppoſitionẽ, ꝑ not.in l.ſi
ue poſsidetis.C.de prob.niſi circa dominiũ.ꝑſumit.n.ſi olim
fuit dominus: ergo hodie.ſed nõ ita in poſſeſſione.Ho. hic ſe

quiẽ opi.Hug.& Placẽt.dicẽtiũ, ꝙ q olim poſſedit, p̃ſumitur
hodie poſsidere, niſi probetur contrariũ, vt.ff.de acqui.poſ.l.
3.§.in amittẽda. quod dic plenè, vt in dicta l. ſiue poſsidetis.
per Doc.& addo quod dicam.ĩ.c.ſæpe.¶Quartò opp. & vr̃,
ꝙ licèt ep̃us non ſpoliauerit: non mandauerit: vel ratum ha-
buerit, cum debuerit condemnari ad reſtitutionẽ: poſtquam
conſtabat de poſſeſsione præterita fratrum, quõ ipſe detine-
bat. 3.q.1.c.reintegranda.& per totum. Item officio iudicis
tenetur quilibet poſſeſſor ad reſtitutionem faciendam alteri,
qui poſſedit, vt.ĩ.de app.c.bonæ.& ĩ.c.ſæpe. ¶Sol. vt dixi.s̃.
in prima opp. Imputet.n.ſibi, q potuit alijs actionibus agere,
& elegit interdictum, quod eſt merè perſonale, vt. ff. de vi,&
vi armata.l.cum à te.& hoc ſentit glo.magna. ¶ Quintò op.
& videtur, ꝙ poſtquam probatum fuit: ꝙ nuncius prohibuit,
14 & ep̃us ingreſſus fuit. ſufficiat ad condemnationem ep̃i. † qa
quod fecit familiaris: p̃ſumitur de cõſcientia domini factum
eſſe. 1.q.4.c.quia p̃ſulatus.& ĩ.de teſti:c.conſtitutis.Solu.dic,
ꝙ qñ ex facto famuli immediatè res peruenit ad dñm, hẽt lo
cum contrarium. ſecus ſi non immediatè ex facto famuli: ſed
ex ſuo. quia iſte ep̃us acquiſiuit per factum ſuũ, non ſerui, vel
famuli (puta ingrediendo poſſeſsionem vacantẽ.) & ita hic fe
cit Inno.& clarius per Bar.in l.j §.familiæ.ff.de vi,& vi ar. &
hoc etiam fecit gl.hic, dum dicit, ꝙ dñs rem vacantẽ inuenit.
¶Sextò opp.innuit iſte text. ꝙ ille ep̃us potuiſſet habere ra-
tam ſpoliationem factã ab iſto nũcio. Sed contra. quia quod
noĩe meo nõ eſt geſtũ, ratũ hr̃e nõ poſſum, vt l.3.§.ſi eo.ff.de
neg.geſt. Sol.dic vt no.Bar. in l.j.§.ſed & ſi quis.ff.de vi,& vi
5 ar.¶Quæro poſt Inno. † qñ petitur eccleſia cum pertinẽtijs
ſuis: quid veniat appellatione pertinentiarum. Rñ. ꝙ quæ-
dam ſunt res, quib. à iure ſunt ptinẽtiæ deputatæ: vel de con
ſuetudine: vel ſtatuto, vt in eccleſia, vel hoſpitali. Eo.n.ipſo, ꝙ
eſt eccleſia, eſt deputata dos: decima: iura parochialia. & iſta
(velut acceſſoria ipſi rei) ex iuris diſpoſitione ptinentia apel-
lãtur, vt ĩ.de deci.c.contingit. & c.cũ in tua. vnde canonicus
eo ipſo, ꝙ eſt creatus canonicus, iura canonicis conſueta con
ſequitur. ¶Sicut dicimus in contractu: ꝙ q̃dã ſunt naturalia:
quædã ſubſtantialia, vt no.in l.pacta cõuẽta.ff. de cont.emp.
Illa igitur acceſſoria iuris, ſufficit, ꝙ generaliter exprimãtur,
vt dicimus in interdicto vnde vi. & petitione hæreditatis. in
quibus multa veniunt non expreſſa: quæ ſunt pertinentia, &
acceſſoria ipſi rei, vt.ff.de vi,& vi arma.l.j.§.rectiſsimè.&.s̃.
eodẽ.c.grauis.ff.de peti.hære.l.item veniunt.cum l.ſequen.
Vnde ſi peteret epiſcopatus cum pertinen. venirent oĩa epiſ
copalia iura, temporalia,& ſpiritualia. ¶In caſu ergo noſtri.
c.iſta petitio[peto eccleſiam cum pertinentijs, & poſſeſsio-
nibus.]ideo valet; quia dicta incertitudo refertur ad certum,
ſcilicet ad iuris diſpoſitionem. quę limitat, & declarat, quæ
16 debeant venire.. †Et ſententia incerta ſemper valet, ſi refera-
tur ad certum, vt.C.de ſen.quæ ſine certa quantitate.l.1.& 2.
& l.prætor.ff.de re iud.& l.ſi ita ſcripſero.ff.de condi. & de-
mon. Si aũt à iure non ſint ipſi rei, quæ petitur, aliquæ circũ-
ſtantiæ deputatæ: vt caſtro. tunc dẽt declarari, ſi aliquæ ſunt
ſibi de conſuetudine attributæ, ſm̃ Inn. vnde non procederet
iſta petitio[peto omnia bona, quæ poſsides]niſi ſpecificaren
tur poſſeſsiones per confines. quod eſt verum, ſi agatur rei
ven. ſecus ſi petitione hæreditatis. aduertendum tamen, ꝙ
quantuncunq; incerta petitio toleretur: tamẽ debet ante ſen
tentiam declarari.& hoc in iudicio ſeculari, vbi quandoq; ad
mittitur incerta petitio, vt l.in actione.ff.de furtis.& l. 1. §. ſi
ciſtam.ff.depoſiti. in vniuerſali verò ſufficit declaratio in exe
cutione.& tunc ſummaria fieri dẽt ſine libelli oblatione: vel
litis conteſt. ſecundùm Inn.& Hoſti. qui hoc no.hic &.s̃.de li
belli obla.c.j.& quod not.in c.conquerente.de offi.ord.& ĩ.
de exceſ.præla.c.tanta.per Inno. vbi plenè de ſententia gene
17 rali.& ad ea, quæ dixi, tendit glo.magna Inno.addendo.¶Se
cundò quæro.† ſi peto fundum, non facta mentione de ſerui
tute ſibi debita: an videar etiam petere ſeruitutem. videretur,
quòd non, per prædicta. quia ſeruitus non poteſt dici acceſ-
ſorium iuris; quia facto hominis conſtituitur.& ideò glo.in l.
rei appellatione.ff.de verbo.ſignifi.tenet, quòd non videar pe
tere.& ibi no.Bart.an procedat talis petitio[peto omnes res,
quas poſsides in tali villa.]vide in Specu.de acti.& peti. §. ſe
quitur.ver.quid ſi peto.& per eundem in titu.de reli.do.§.1.
& per Dy.& Iac.de Are.in l.j.§.qui nunciat.ff.de ope.no.nũ.
& ĩ.de reli.do.c.cum vene.per Inno.

*SVMMAE.*

1 *Violentus, qui non eſt ſoluendo, ad reſtitutionem fructuum non com-
pellitur.*
2 *Prædo tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum.*
3 *Debitor ex cauſa delicti non tenetur ſatisfacere, ſi non poteſt.*

1 OLim vobis. † Violentus, qui non eſt
ſoluendo, ad reſtitutio-
nem fructuum nõ compellitur. h.d. primò ponitur
deciſa querela. ſecundà prouiſio, ibi[verũ.] & pone caſum p
Decr.& ſi neceſſe.de dona.inter virum & vxo. ¶Primò not.
2 †ꝙ prædo tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum.
3 de quo.s̃.eo.c.grauis.¶Secundò not.†ꝙ debitor ex cauſa de
licti non tenetur ſatisfacere, ſi non poteſt. & hoc eſt mirum,
quare non incarceratur: cum debitor ex delicto non habeat
beneficium ceſsionis, vt C.qui bo. ce. poſ.l. pe.& de depo.c.
grauis.qui tex.obſtat huic.c. cum ibi mandet vinculis alliga-
ri, donec ſoluat.hic autem Papa mandat ipſum non cogi. hic
fortè facit alia ſpoliatio contra eum facta.

*SVMMAE.*

1 *Quaſi poſſeſsio reperitur in iuribus incorporalibus.*
2 *Quaſi poſſeſsio rei incorporalis non acquiritur per patientiam m od
ci temporis.*
3 *Excommunicatus poſt appellationem, licèt obediat excommuni cato-
ri, non per hoc renunciat appellationi, maximè ſi hoc proteſtetur.*
4 *Poſſeſsionem præteritam ſufficit probari in interdicto vnde vi.*
5 *Quaſi poſſeſsio iuris parochialis, quam quis habet in populo, quali-
ter perdatur.*
6 *Poſſeſsio rerum corporalium facilius perditur, quàm incorporalium.*
7 *Clericus ſimplex an poſsit acquirere quaſi poſſeſsionem excommuni-
candi, & abſoluendi.*

OLim inter ſe. Per excõicationem ob
ſeruatam aliquib. die
bus non acquiritur in obſeruantes iuris parochia-
lis poſſeſsio. h.d. prima pars ponit factum, & proceſſum. ſecũ
1 da diffinit, ibi[nos attendentes.] ¶Primò not.†ꝙ in iuribus
incorporalibus eſt dare quaſi poſſeſsionem. quæ quaſi poſſeſ
ſio qualiter acquiratur, & qualiter per datur, bene tangitur
hic per Inno.& s̃.eod.c.in literis.vbi plenius. ¶Secundò no.
2 †ꝙ per patientiam modici tp̃is nõ acquiratur quaſi poſſeſsio
rei incorporalis: licèt alibi dicat l. ꝙ patientia hr̃ loco tradi-
tionis,& loco poſſeſsionis, vt l.quoties.ff.de ſerui.Sed ibi loq
tur in actu vniformi: hic verò diſformi,& non neceſſariò infe
rente animum patientis ad quaſi poſſeſsionem quærendam,
vt dixi in ſimili.s̃.eod.c.ex parte. ¶Et colligunt per hoc Ab.
3 Innoc.Hoſt.& Pe. † quòd licèt excommunicatus poſt appel
lationem obediat excommunicatori: non renunciat appella-
tioni,& maximè, ſi hoc proteſtetur.¶Tertiò no.tex.ibi[vel
4 prius etiam habuiſſet.] &c. †ꝙ in interdicto vnde vi ſufficit
probare poſſeſsionem præteritam. quo probato tẽpore ſpo-
liationis ipſam ſpoliatus præſumitur habuiſſe. remittit Ioan.
And.ad no.ſupra c.cum ad ſedẽ.in 3.gloſſ. ¶Oppo. eoipſo,
quòd ſubditi huius abbatis paruerunt ſententiæ epiſcopi: vi-
dentur ipſum abbatem poſſeſsione priuare, quam in ſeipſis
ipſius



ipſius abbatis nomine poſsidebãt, vt ff.de acqui.poſ.l.poſsi-
deri.§.ꝙ ſi ſeruus.So.verum eſt, quòd colonus, vel alius no-
mine meo poſsidens (ſi alteri tradat poſſeſsionem, vel expel
litur) me priuat, vt ibi. ſed iſti parochiani non poſsidebant
ius parochiale. ſed abbas poſsidebat in eos. vnde factum ip-
ſorum nõ poſsit abbatem poſſeſsione priuare.& licèt ipſi nõ
poſſent ſibi præiudicare, alteri, quàm abbati, in obediẽtiam
exhibendo: abbati tamẽ ignoranti non præiudicaret factum
ipſorum. vnde ſi epiſcopus hic egiſſet contra populum, ob-
tinuiſſet. abbas tamen poſſet appellare, ſm̃ Hoſt.¶Quærit er
5 go hic Inn. † qualiter quaſi poſſeſsio iuris parochialis (quã
quis habet in certo populo) perdatur. dicit Inno. quòd quã
doque neque poſſeſſor dicti iuris, nec ſubditi parent ſenten-
tiis excommunicationum, vel alius illis acquirere intenden
tis.& tunc nunquam ille talis quærit quaſi poſſeſsionem, ex
communicando, vel ſententiando: ſed tãtummodo labia ſua
mouet. nam etiam, ſi per vias aliquas paruiſſet populus: non
eſſet quæſita quaſi poſſe. hic. multò minus, ſi nunquam pa-
ruit. ¶ Quandoque verò populus paret, ſiue obtemperat
ſententijs illius acquirere intendentis. & tunc ſubdiſtingue.
nam aut epiſcopus ſcit alium epiſcopum populum ſuum ex-
communicare: abſoluere: & ſibi à ſubditis obediri, & patia-
tur: (quia fortè non audet punire obedientes illi.) & perdit
poſſeſsionem, quia eſt meticuloſus,& puſillanimus. ideò poſ
ſeſsionem deſeruiſſe videtur,& in alium tranſtuliſſe. ff. ſi ſer.
ven.l.ſi forte.§.1.& l.ſi ego.§.1.ff.de publi.¶ Quandoq; epi
ſcopus, qui eſt in quaſi poſſeſsione, nõ patitur, quòd ſubditi
illi tali obediant (quia punit ipſos ſpiritualiter, excommuni
cando, & temporaliter bona ipſorum occupãdo: vel ipſos
mulctando, vel capiendo, ſiue aliter procedendo) & tunc per
obedientiam alteri exhibitam non priuatur quaſi poſſeſsio-
ne. talis enim non videtur habere animum perdẽdi poſſeſsio
nem, quæ ſine animo non perditur, vt l. licèt. de acquir. poſ.
¶ Hic poſſes inſtare,& dicere. non videtur illud dictum ve-
rum, quòd ſemper ſic poſsit propria auctoritate reſiſtere. ſi-
cut enim de re corporali ſi quis ſpoliatur, non licet recupera
re, niſi incontinenti, vt l.3.§.cum igitur.ff.de vi,& vi ar. Ita à
ſimili videtur, quòd iſtos ſubditos alteri obedientes poſsint
incontineti punire,& mulctare,& non ex interuallo. ¶ Solu.
dicit ſubtiliter Inn. ꝙ aliud in rebus incorporalib.& aliud in
6 reb.corporalib. † poſſeſsionẽ enim rei corporalis perdit q̃s
quantuncunque pugnet: excommunicèt vel procedat. ſed in
corporalia tenacius inhærent oſsibus, & difficilius perdun-
tur. ex quo ſequitur, quòd facilius retinentur. ff. pro ſoc.l.3.
& quod ibi not.& ff.de pecul.l.quod ergo.& de tranſla.c.in-
ter corporalia. Item cũ prolatio ſententiæ nõ ſit actus agẽs
in corpus per tactum, magis conuenit retentioni incorpora
lium, quæ non ſubiacent tactui, quàm corporalium, quæ tan-
gi poſſunt, vt Inſti.de rebus corporalibus.in princ.& l. qua-
rundam.ff.de acqu.poſ.¶ Secundò quæro, pone, quòd epi-
ſcopus faciendo ſubditos alteri obedire per modum prædi-
ctum perdit poſſeſsionẽ: ſed tamen poſtea excommunicat,
& alia ſpiritualia exercet.& ſimiliter ille, qui quæſiuit. Quæ-
ritur ergo, cuius facta præualeãt. Inno.no.hic, & remittit ad
7 no.s̃.c.in literis.¶ Tertiò quærit, † an ſimplex clericus, poſ-
ſit acquirere quaſi poſſeſsionem excommunicandi,& abſol
uendi.& quòd non poſsit efficaciter, arguit,& finaliter con-
cludit, quòd poſsit.s̃.de ſo.compe. c. cum contingat. vbi eſt
hoc expreſſum, ſecundùm Ioan.An.facit quod ipſe no. ĩ. de
relig.do.c.cum dilectus.& hoc latius in nouella.

*SVMMAE.*

1 *Spoliatus reſtitutionem poteſt petere ab illo, qui rem ſcienter à ſpo-
liatore recepit.*
2 *Poſſeſſor defenditur in poſſeſsione, etiam ſi non probèt dominium.*
3 *Poſſeſſorio agere vtilius eſt, quàm petitorio.*
4 *Retinere, & inuadere rem alienam non multum differunt, quò ad pe
riculum animæ.*
5 *Statutum puniens inuaſorem, non includit detinentem rem inuaſam.*
6 *Remedia introducta à iure ad recuperandum poſſeſsionem.*

1 SÆpe contingit. † Spoliatus reſtitu-
tionem petit ab illo,
qui rem ſcienter à ſpoliatore recepit. hoc dicit. primò
ponit factum corrigendum. ſcd̃ò corrigit ibi.[vnde.] ¶Pri-
mò no. prouiſionem huius Decre. quæ videtur noua, cum ſci
licet quis recepit rem à ſpoliatore ſcienter. de iure enim ciui
li iſte, qui ſic recepit, non tenetur interdicto, cum non ſpolia
uerit: nec mandauerit ſpoliari: nec ratam habuit ſpoliationẽ.
Non enim alij, quàm prædicti, tenentur. vt s̃. eod. c. cum ad
ſedẽ. & ff. de vi,& vi.ar.l.cum à te. de benignitate autem ca-
nonica prouidetur per hanc Decre. vt ille, qui ſcienter rem
recepit à ſpoliatore, teneatur. ¶ Secundò not. quòd ma
2 gnum eſt commodum poſſeſsionis. † quia poſſeſſor in ea de-
fenditur, etiam ſi non poſsit probare dominium, vt Inſti. de
interdic.§.commodum.ff.vti poſ.l.1.& l.ſeq.& l.fi.C. de rei
3 ven.¶ Tertiò no.† quòd vtilius eſt agere poſſeſſorio, quàm
petitorio. quia facilius probatur poſſsſio, quàm dominiũ:
& hoc eſt conſilium Iuriſconſulti. vt ſemper actor videat, ſi
poteſt, aliquo iudicio poſſeſſorio experiri, vt l.is, qui deſtina-
uit.ff.de rei ven.¶ Quartò no. quòd ille, qui ſcienter rem re
cipit à ductore, tenetur iudicio poſſeſſorio, ſicut ſpoliator. fa
4 cit.s̃.de iudi.c.quia. ¶ Quintò no. † quòd quò ad periculũ
animæ non multum intereſt, ſeu differt retinere, an inuadere
rem alienam. Et aduerte, quia tex. dicit, quò ad periculum
animæ: ſecus fortè quò ad pœnam conſtitutionis. puta dicit
conſtitutio. qui ſcienter conſanguineam in vxorem duxerit,
ſit excommunicatus. ſi enim à principio ignorauit, & poſtea
ſciuerit,& cohabitauerit, non eſt excommunicatus, vt eſt gl.
no.in c.1.de affi.& conſan.in cle. Vnde ſtatutum puniẽs in-
uaſorem, non includit detinentẽ rẽ inuaſam, vt l. quid ergo.
in prin.ff.de his, qui no.infa. ¶ Oppo. & videtur, quòd iſta
5 Dec. ſit ſuperflua. † multa enim remedia introducta ſunt à
iure ad recuperandum poſſeſsionem,& multæ quæſtiones fa
ctæ, ſiue agatur contra illum, qui occupauit, ſiue contra illũ,
ad quem res occupata peruenit. proditum eſt enim interdi-
ctum vnde vi. Item officium iudicis. Item condictio ex can.
reintegranda. 3.q.1. Item actio quod metus cauſa. cõtra quẽ
libet detentorem, vt in iuribus alle. in j. glo. Item condictio
indebiti, vt l.indebiti.§.ſi nũmi.ff.de condi.inde. Item condi
ctio ex multis le. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam.l. memine-
rint.l.cum quærebatur.& l.ſi coloni.C.de agri.& cenſi. om-
nes enim iſtæ leges prouident veteri poſſeſſori, qui cecidit. in
poſſeſsione ergo iſta prouiſio inanis,& ſuperflua.¶Sol. quæ
libet conſtitutio prouidet in diuerſo caſu,& vna per alteram
non eſt ſuperflua. quod vt intelligas, ita dicas.¶Quandoque
poſſeſſor ſpoliatur violenter. & eſt prouiſum per interdictũ
vnde vi. contra ſpoliatorẽ: contra mandantẽ: & contra ratũ
habentẽ, vt s̃.e.c.cum ad ſe.& in toto titulo.ff.de vi, & vi ar.
& per illum titu. temeritas inuaſoris videbatur modicum pu
niri. ad interdictum addita eſt pęna l.ſi quis in tantam.C.vn
de vi. quæ acrius punit inuaſorem. quod dic, vt ibi. contra a-
lium autẽ, ad quẽ res inuaſa peruenit, non erat prouiſum per
ius ciuile: imò contrarium dicebamus, per l.cum à te.ff.de vi
& vi ar. Sed per ius canonicum prouidetur, vt hic. ¶ Quan-
doque quis non expellitur. ſed p metum ſua poſſeſsione pri
uatur. & habet locum actio quod metus ca. contra metum
inferẽtẽ,& contra quẽlibet poſſeſſorẽ, vt l.ſi cum exce ptio-
ne.§.aliquando.ff.quod me.cau. quandoq; quis priuatur ſua
poſſeſsione minus iuſtè p iudicẽ: & habet locum condictio
l.meminerint.C.vñ vi.& c.conquerẽtę. s̃. eod. habet ẽt locũ
c.bonę.de app. quandoq; poſſeſſor non priuatur poſſeſsione
vi, vel metu: ſed ſua ſpõte, qui in alterum transfert,& ex cau
ſa, quæ non ſubeſt.& habet locum l. indebiti. §. ſed ſi nũmi.

ff.de condi.inde. & quod ibi not. ¶ Quandoque non trado
poſſeſsionem taliter, quòd à me abdicem ipſam poſſeſsionē:
ſed locato, vel precario concedo, qui poſtea interuertit poſ-
ſeſsionem. & habet locum cõtra talem condictio l.nõ ab re.
C.vnde vi.¶ Quandoq; quis no habet poſſeſsionem: ſed do
minium rei.& poſſeſsio eſt vacãs,& ab alio occupatur.& ha-
bet locum condictio l.cum quærebatur.C.vnde vi.¶ Quan-
doq; verò priuatur quis ſua poſſeſsione: ſed per factum in-
uaſorum vſus & commoditas ſuæ poſſeſsionis minuitur: &
habet locum cap.j̃.proxi. ¶ Quandoq; non habet quis poſ-
ſeſsionem, ſed detentionē,& ab illo expellitur, vel furto ſub-
trahitur: ſiue alio caſu illa detentione priuatur: & habet lo-
cum quod leg.& not.in l.& ideo.§.Neratius.ff. de condi.fur.
& l.manifeſtisſimi. C. de fur.& l.non tantum. §. 1.ff.de peti.
here.& vide quod not.Barto.in l. rem quæ nobis.ff.de acqui.
poſſeſsio.¶ Quandoq; quis non priuatur poſſeſsione, ſed tur
batur:& tunc poſſeſſor habet interdictum vti poſsi.¶ Quan-
doq; non poſsidet: ſed detinet, & turbatur.& habet locum
edictum, ne vis fiat ei. ¶ Et prædicta, quæ dicta ſunt de poſ-
ſeſsione recuperanda prædictis remediis, habent locũ, quã-
do res peruenit ad alium cum vitio. Si autem ſine vitio bo-
na fide peruenit: tunc, dicit Innocen. quòd ſi vnus bona fide
rem aliquã poſsidebat. & alius ſecundò occupet bona fide:
ſi conſtiterit priorem poſſeſſorem iuſtè poſſeſsionem ami-
ſiſſe: dabitur ei actio contra ſecundum. & fiet ſibi reſtitutio,
etiam non probata ſpoliatione, vt l. ſi coloni. C. de agri.& cẽ.
lib. 11.& in Auth.de mã.princ.§. quòd ſi delinquentes. & §.
non permittas. colla. 3.& 3.quæſtio. 1.cap.reintegranda. pro
quo dicto facit, quod leg.& not.in l.inciuile.C.de fur. contra
Inno.tamen fortiter facit l.ſiue autem.§.duobus.ff.de publi-
cia.obſtat etiam cap.cum venerabilis. in fi.infra de excep.&
ſi dictum ſit verũ, quòd probatio antiquæ poſſeſsionis, & ve
teris poſſeſsionis auocet poſſeſsionem à ſecundo poſſeſſo-
re bonæ fidei: totus titulus de rei vendi.C. & ff.& omnia iura,
quæ loquuntur de probatione dominij, eſſent fruſtra poſita,
ſi ſolùm ſufficeret probatio poſſeſsionis antiquæ. & ſimiliter
remedium publicianæ introductum in ſubſidium rei vendi.
eſſet fruſtratorium. dictum ergo ſuum poſſet intelligi in re-
bus eccleſiaſticis, per d.cap. reintegranda. & dic per Ioan. 3.
queſtio. 1.in ſumma.& in d. cap. reintegranda. & cap.nullus
epiſcoporum. per quæ iura videtur, quòd beneficium huius
conſtitutionis non fuit multum neceſſarium: voluit tamẽ de
clarare concilium, quòd ius ciuile in contrarium non obſta-
ret: cui fortè multi iudices eccleſiaſtici inſiſtebant, ſecũdùm
Hoſtien. ¶ Ex prædictis ergo patet, quòd pro recuperanda
poſſeſsione ius canonicum, & ciuile multum variè prouide-
runt.& in diuerſis caſibus, vt ex prædictis apparet: quos ſi ali
quis vellet proſequi,& declarare. quælibet ex prædictis con-
ſtitutionibus eſſet vna lectio, de quorũ natura hic tangit ali-
qualiter do.Ioã.de Ligna. non perfectè; quia eſſet nimis lon-
gum. vt dixi.

*S V M M Æ.*

1 *Reſtitutio ſi mãdatur fieri ſub certo modo, neceſſe eſt illi mõ parere.*
2 *Homines propter guerras grauiter affliguntur.*
3 *Excommunicatus debet abſolui, ſi ſtat per illum, qui tenetur recipe-
re, quominus recipiat.*
4 *Delegatus debet ſeruare formam mandati non ſolùm in facto, ſed ẽt
in modo.*
5 *Poſſeſſorium poteſt intentari pro penſionibus, & affictibus.*
6 *Caſus, in quo non ſpoliatus reſtituitur.*
7 *Abſolutio contra formam mandati eſt ipſo iure nulla.*
8 *Reſtitutio debet eſſe eiuſdem modi, & formæ, cuius erat ante ſpo-
liationem.*
9 *Poſſeſsio non poteſt dici libera, ex qua poteſt quis expelli pro libito
tertij.*

1 PIſanis ac. † Si mandatur reſtitutionē fie-
ri, & ſub certo modo: neceſſa-
riũ eſt non ſolùm in facto, ſed in modo parere: ali-
ter non valet, quod agitur.h. d. Et prima pars ponit quere-
lam epiſcopi Lucani. Secunda expreſsè eam diffinit, ibi [por
ro.[ Hoſt.dicit, quòd Decre.continet commisſionem:& pro
ceſſum iniuſtum:& appellationem: primi mandati interpre-
2 tationem:& iniuſti proceſſus retractationē. ¶ Primò not.† ꝙ
propter guerras homines grauiter affliguntur. vnde dicit lex,
ꝙ belli calamitas, hoc pacis lenitas ſopiret, vt in l.vnica. in
prin.de cadu.tol. Quare autem ſunt bella. dic, vt le.& no.j̃.de
re iudi.c.apoſtolicæ.lib.6.¶ Secundò not. formam mandati,
cum ſententia cenſuræ petitur relaxari. Si enim conſtat de
offenſa, debet ipſam præcedere ſatisfactio. Si autem de ipſa
eſt dubium, debet ipſam præcedere iuratoria cautio. quod
dic, vt in cap.per tuas.infra de ſenten.excommu.& in cap.ex
3 parte.de re iudi.¶ Tertiò not.† quòd ſi ſtat per illum, qui te
netur recipere, quominus recipiat quod ſibi debetur: debet
excõmunicatus abſolui.facit in ſimili l.acceptam.C.de uſur.
& l.qui decem.ff. de ſolu. ¶ Quartò not. quòd ille, in cuius
fauorem eſt lata ſententia cenſuræ, poteſt ſe opponere, ne re
laxetur.ſic etiam iudex.vt infra de ſenten.excom.cap. vene-
4 rabilibus. lib. 6.&c. ¶ Quintò no.† quòd nõ ſolùm in facto,
ſed etiam in modo debet delegatus ſeruare formam manda
ti.omisſio enim modi, & formæ vitiat diſpoſitionem, vt hic.
& l.q Romæ.§.Flauius Hermes.ff.de ver.ob.ita ẽt dicimus in
interpretatione. quòd non ſufficit facere mentionem facti:
ſed de mõ cauſæ,& facti.vt.s̃.de reſcrip.c. dilectus filius ab-
5 bas.&.j̃.de ſen.excõ.c.vniuerſitatis.in fi.¶ Sextò no. † quòd
penſionibus,& affictibus intentatur poſſeſſorium. eſt ergo in
quaſi poſſeſſ.quia aliter non daretur. vt s̃.eo.c.ex parte. & cõ
cor.s̃.de elec.c.querelam.licèt Cyn.no.contrarium in l.ſi cer
6 tis annis.C.de pac.¶ Septimò not.† caſum mirabilem. quòd
ille, qui non eſt ſpoliatus, reſtituitur. non enim caſtris fuerat
ſpoliatus epiſcopus. quia non poſſederat dicta caſtra: nec pẽ
ſionibus; quia ſibi ſoluebantur, vt prius.& tamen tex.condẽ-
nat Piſanos ad relaxationem poſſeſsionis caſtrorum, ad epi-
ſcopum non ſpectantium. quæ ſit ratio. j̃.tangam. ¶ Octauò
no.hic Abb. quòd licèt non valuerit proceſſus iudicis. valuit
tamen confeſsio facta coram illo. Nam ex illa confeſsione
mouetur hic Papa. facere cle.& ibi dixi in c.cõſtitutionē.in fi.
de elect. & quod dixi ſupra de iudi. in cap. at ſi clerici. in 3.
7 quæſtio.¶ Nonò no. † quòd abſolutio contra formam man-
dati eſt ipſo iure nulla: multò magis excommunicatio.& hoc
eſt verum, ſi forma eſt præmiſſa ab homine: ſecus ſi à iure. Si
enim omittatur forma à iure: nihilominus tenet excommu-
nicatio,& abſolutio. 11.q.3.c.1.& 1.q.1.c.vt euidẽter.¶ De-
8 cimò no.† quòd reſtitutio debet eſſe eiuſdẽ modi, & formæ,
cuius erat ante ſpoliationem. vt ſi erat libera, libera fiat reſti
tutio. ſi conditionata, eodem modo. concor.l.1.§. qui autem.
ff.de vi & vi ar. ¶ Nunquid autem ſpoliator, vel qui tenetur
reſtituere poſſeſsionem, aliqua ratione poteſt retinere ius,
quod tertio competit (puta ius vſusfructus: ſeruitutis, vel ve-
ctigalis.) dic, vt no.in l.indebiti.§.ſi.ff.de cõd.inde. vbi eſt gl.
9 ſingularis.¶ Vndecimò no. † quòd non põt dici libera poſ-
ſeſsio, ex qua poteſt quis expelli pro libito voluntatis tertij.
paria ſunt ergo aliquid eſſe in potentia, vel actu.& eadem ad
effectum produci. quia inſpicitur, quod euenire poteſt con-
tra delinquẽtẽ, vt no. in l.diuortio. C.de nego.geſtis.¶ Duo-
decimò no. quòd ſi quis mandatur reſtitui in eum ſtatum, in
quo erat tempore motæ litis (licèt non reperiatur ille ſpolia-
tus) ſi tamen reperitur reſtitutus in modo poſsidendi, reſti-
tuendus eſt ad plenum &c. ¶ Tertiodecimò no. quòd ſi per
turbationẽ, vel ſpoliationẽ poſſeſſoris læditur ille, qui habet
aliquod ius in re: poteſt etiam ille talis agere: vt poſſeſſ. illius
relaxetur: licèt ergo expulſo domino, non videatur expul-
ſus vſufructuarius: vel alius fortè, q habet vtile dominiũ: ſic
nec



nec econtra, ſi hoc nõ intendit ille, qui ſpoliat, vt no.in l.ſi qs
in tantam. C.vnde vi. tamen propter coniunctionem, ſi ex-
pulſione vnius alterius poſſeſsio læditur, agere poteſt, vt hic,
quod eſt valde not. ¶ Cadit enim circa eandem rem multi-
plex poſſeſsio diuerſis reſpectibus, vt hic patet. & plenè no.
Bar.in l.3.§.ex cõtrario.ff.de acqui.poſ. ¶ Si ergo vnius poſ
ſeſsio diminuitur per moleſtationem, vel priuationem alte-
rius, agere poteſt, vt hic. ſicut, quando per naturalem iniuſtã
turbatur ciuilis alterius poſſeſsio, agi poteſt, vt no. in l.clam
poſsidere.§.qui ad nundinas. ff.de acqui. poſ. In quo autem
conſiſtat iſta turbatio, ſeu moleſtatio in caſu noſtri c.decla-
rant hic Doct. quia poſsidẽtibus Lucanis dicta caſtra, Luca
nus liberius percipiebat dictas penſiones,& affictus, quàm
modò poſsidentibus Piſanis. Item potuiſſet facilius compel
lere Lucanos, ſi turbaſſent eum, quàm modò Piſanos. Item
propter guerram modò facit maiores ſumptus, immittendo
nuncios armatos ad recolligendos affictus, quàm prius, dum
Lucani poſsidebant. meritò ergo mandat Papa dicta caſtra
relaxari. cum ex eorum occupatione lædatur.& veroſimili-
ter lædi poteſt eccleſia Lucana.¶ Sed contra opponitur, &
videtur, quòd poſsidentibus Lucanis, eodẽ modo potuiſſet
priuari epiſcopus perceptione penſionis. & ſimiliter erat in
eorum poteſtate admittere, quando vellent. Item ex iſta ra-
tione ſequitur, quòd Lucani propter prædictos affictus non
potuiſſent prædicta caſtra vendere: vel in alium potentiorẽ
transferre, contradicente eccleſia Lucana.& iſta videtur ini-
qua, propter affictus,& penſionis perceptionem, ita proprie
tarium rei arctare. Ex iſta enim ratione etiam contra iuſtos
dominos poſſet ille, cui debetur penſio, vel affictus, petere re
laxari, vt ſecurius percipiat.¶ So.dicit Inn. æqua videtur iſta
prouiſio contra occupatores,& contra tyrannos. vt ipſis oc-
cupãtibus ciuitates,& caſtra (vbi debetur pẽſio, vel affictus)
poſsit peti, vt debeant relaxare. Item etiam videtur æqua, vt
dominus talium locorum non poſsit alienare in potentiorẽ,
à quo non ita commodè, vt ab ipſo, penſio percipi poſsit.ar.
opti.j̃.de deci.c.in aliquib. vbi mandatur dominis: vt locent
prædia, ex quibus debent decimas, perſonis, à quibus exi-
gi valeãt.¶ Et prædicta deducit Inn.in argumẽtũ. ꝙ ſicut nõ
eſt licitum noua ædificia ædificare ad æmulationem alterius
vel iniuriam, vt ff. de ope.pu.l.opus. Ita nec eſt licitum vete-
ra incaſtellare, vt C.de ædifi. priua.l.3.& C.de fun. limitoſis,
paſcuis,& paludibus.l.1.2.& 3.& de his, qui no. infa.l.athle-
tæ.& idem in quocunque alio: quàm epiſcopo, ibidem reddi
tus habẽte: nec eſt actio popularis: ſed agit quiſquis pro eui-
tanda diminutione ſui patrimonij.

# De dolo, & contumacia.

a COntinuatur hæc rubrica a ad præcedentia
hoc ordine. vidimus. s̃. de ſpoliatis,& eiectis
aduerſariorũ potẽtia. videamus de fatigatis
in iudicio dolo aduerſariorum, & contuma
cia. hr̃ de materia. 3.q. 9.& 3. q. 5.& 5.q.2.
& 3.per totum. 11.q. 3. & repetitur in 6.&
Cle.¶ Et habet iſta rubrica duas partes. prima tractat de do
lo. de quo habetur in pluribus partib. huius volumi. alia tra-
ctat de contumacia. de qua ſimiliter habetur in multis locis
in iſto lib. vt hic no.Io.An.

ADDITIO.

a ¶ Continuatur hæc rub. De cõtinuatione iſtius rub. pulchrè, & ad longũ
vide infra in repe.c.finem litibus.eo.ti.

*S V M M Æ.*

1 *Dolus, vel potentia contumacis, ſi impedit misſionem in poſſeſsionem,
qualiter ſubueniendum eſt parti.*
2 *Iuris diſpoſitione qui eſt in poſſeſsione, per lapſum temporis ipſam
perdit: & acquiritur ei, cui debet fieri, traditio corporalis.*
3 *Oblatio cautionis impedit annualem præſcriptionem.*
4 *Rigor iuris, & diſtrictio in rebus, & perſonis eccleſiaſticis non debet
vſquequaque ſeruari.*
5 *Contumacia rei ſi non lædit iuſtitiam partis, parcitur contumaci quò
ad præbendum ſibi audientiam.*
6 *Conſtitutio. l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. an habeat locum de iure
canonico.*
7 *Iudex eccleſiaſticus an poſsit mulctare.*

AD hæc Reus, qui mittendum in poſſeſ-
ſionem ad mãdatum iudicis nõ
admiſit, non mulctabitur de canonica æquitate,
ſi.j̃.annum caueat ſtare iuri.h.d. communis diuiſio. ſecunda
1 ibi [ ad quod. ] ¶ Primò no.† ꝙ quandoque dolus, vel po-
tẽtia contumacis impedit immisſionẽ in poſſeſsionẽ.& tunc
iura ſubueniunt: vt perinde habeatur, ac ſi nactus eſſet, vt eſt
tex.no.in l.quamuis.ff.de bo.aut.iudic.poſ.& j̃.eo.c.contin-
git. non enim delinquendo facit quis meliorem ſuam con-
ditionem. nec debet eſſe melioris conditionis contumax, q̃
obediẽs, vt in c.1.de poſtu.& in d.c.contingit.j̃.eo. ¶ Secun
2 dò no. quòd † iuris diſpõne ille, qui eſt in poſſeſsione, per lap
ſum temporis ipſam perdit, & acquiritur ei, cui debet fieri
traditio corporalis.& eſt iſte caſus ſatis ſingularis contra cõ
munes regulas, quæ volunt, quòd poſſeſsio ſine actu corpo-
reo non quæratur: & ſine animo non perdatur, vt in l.licèt.
C.de acqui.poſ.& l.3. §.in amittenda. ff.eo.titu.& hoc totum
facit iuris diſpoſitio in odium contumacis, &c.¶ Tertiò no.
3 † quòd oblatio cautionis impedit præſcriptionem annualẽ.
4 de quo. s̃.de of.or.c.paſtoralis.¶ Quartò no. † ꝙ rigor, &
iuris diſtrictio in rebus,& perſonis eccle. non debet vſque-
quaque obſeruari. facit. s̃. de iudic.in c.dilecti. & hic in glo.
5 pe.¶ Quintò no.† ꝙ cũ cõtumacia rei nõ lædit iuſticiam, par
citur contumaci quò ad præbendum ſibi audientiã: ſiue mul
ctam. quantuncunq; enim ius partis non efficiatur deterius,
admittitur purgatio contumaciæ, ſiue moræ, vt l. ſi poſt tres.
ff.ſi quis cau.& l.ſi.ff.ſi quis in ius vo.nõ ie. ¶ Primò quæro.
pone, quòd reus cõparuit,& meruit tenutam, reuocatur cau
tione oblata ſecundùm formã huius.c. deinde iterum ſe ab-
ſentat.& in fine anni iterũ venit, & cautionẽ offert: nunquid
iterum poſſeſsionẽ recuperabit. poteſt dici, ꝙ non: imò ſecũ
dò adiudicabitur poſſeſsio actori, ſaluo iure proprietatis ip
ſi reo. vel ſaltẽ ceſſabit reſtitutio: donec cauſa incipiet habere
legitimum progreſſum, ar. j̃. c.proxi.& c.finẽ litibus. de hoc
in Spec. de ſecundo decreto.§.iã de effectu.in fi. & ibi in ad-
ditionibus. facit Aut.qui ſemel. quomodo,& quando iudex.
6 ¶ Secundò quæritur, nunquid rigor illius conſtitutionis ſi
quis in tantam.C.vñ vi. habeat locum de iure canonico. dicit
glo. ꝙ ſic, in rebus priuatorum. quod eſt verum: niſi fortè rẽ
ſuam (quam occupat) per iudicẽ conſequi non poſsit, ſecũ
dùm Io. qui hoc no. 1.diſt.c.ius gẽtium.in fi. 1.glo.& hoc eſt
verum, ſi violẽtia infertur à maiore. 25. an. Si autẽ infertur à
minore: vel muliere. dic, vt in d.l.ſi quis in tantam. ¶ In
rebus verò, vel eccleſiaſticis perſonis, an habeat locum dictæ
conſtitutionis pœna. glo. hic videtur ſentire, ꝙ non,& alle.in
contrariũ. 16.q.c.placuit. & vltima ſolummodo placet Phi.
de quo dic, vt j̃.de ſucceſ.abinteſt. c. pe. in pe.gl. facit quod
no. de or.cog.c.2.in 3.gloſſ.& j̃.de reg.iur.c.delictũ.lib.6.&
j̃.vt lite penden.c.eccle.il primo. ſuper vlti.gl.¶ Tertiò quæ
7 ro, † an iudex eccleſiaſticus poſsit mulctare. tex. uidetur dice
re, quòd non. Ioan. And. remittit ad no. j̃. de pœnis.c. licèt.&
93.diſtin.c.vl.& de differentijs inter pœnam, & mulctam vi
de in Spec. de ſen.prola.§.2. ver. eſt & quarta. & ver. ſeq. &
de mulcta ponit Hoſti. ſpecialem reg.in ſumma de ſenten.&
re iudi. & C. de modo mul. in fin. & l. 1.ff.ſi quis ius di.non
obten.

Reus

*S V M M AE.*

1 *Reus condemnatur in expenſis, quas propter eius contumaciam, vel doloſam exceptionem actorem feciſſe conſtabit.*
2 *Miſſio in poſſeſſionem propter contumaciam habet locum etiam inter religioſos.*
3 *Iudex poteſt facere ſequeſtrari rem, in quam propter contumaciam debet fieri miſſio.*
4 *Iudex poteſt aliam pœnam imponere cõtumaci circa rem ipſam, quæ petitur, quàm ſit impoſita à iure.*
5 *Secundæ literæ vt reuocent priores, quid in eis requiratur.*

1 EX literis. † Reus condemnatur ad expen
ſas, quas propter eius contuma
ciam, vel doloſam exceptionem actorem feciſſe cõ
ſtabit.h.d.vel aliter. Per ſecundas literas non facientes men-
tionem de primis primę literæ nõ reuocantur. & ſecundùm
iſtum modum ſummandi nõ facit ad titulum.vel aliter.Pro-
pter contumaciã rei poteſt res, quæ petitur.ſequeſtrari: ſed
2 in hoc eſt opi. Et ideo prima lectura eſt magis cõmunis. cõ-
munis diuiſio.& ſecũda ibi[verùm.] ¶Primò no. ꝙ †immiſ
3 ſio in poſſeſſionẽ propter contumaciam habet locum etiã
inter religioſos.¶Secundò no.†ꝙ propter contumaciam po
teſt iudex rem, in qua debet fieri miſſio, ſequeſtrari facere.
& tunc dicitur mitius agi ex eo, quòd per ſequeſtrum nõ p-
ditur poſſeſſio, ſi hoc eſt actum. de quo dic.s̃. de iudi.c.exa-
minata. Vel dic, quòd iſtud, mitius, non concernit contuma-
cęs, ſed concernit monachos, quaſi magis faueatur eis ſeque
ſtrando, quàm in poſſeſſionem mittendo.quia per ſequeſtra
tionem canonici perdunt poſſeſſionem:nec recuperant, etiã
infra annum, cautione oblata.ſecus eſt, ſi fieret miſſio: quia
tunc recuperarent infra annum, comparendo, vt.s̃.vt lite nõ
conteſta. cap.quoniam frequenter.§. in aliis.& de iſto ſeque
ſtro dic plenè, vt in reg.locupletari.lib.6.in mercu.¶Tertiò
4 ex hoc etiam not. † quòd iudex poteſt aliam pœnam impo-
nere contumaci circa rem ipſam, quæ petitur, quàm ſit impo
ſita à iure communi. Nam de iure communi contra cõtuma
cem eſt proditũ remedium miſſionis, vt in d.§.in aliis.& ta-
men iudex adhibet remedium ſequeſtrationis, vt hic. & hoc
facit ad no.per Innocen.in c.cum dilecto.j̃.de ver. ſignifica.
5 ¶Quartò no. †quòd ſecundæ literæ (vt reuocent priores)re
quiritur, quòd de ipſis faciant expreſſam mentionem, nõ ge-
neraliter, & indiffinitè:quia ſpeciale prius non tollitur per ge
nerale poſterius, vt in c.paſtoralis.s̃.de reſcrip, & ex tacitur-
nitate exprimendorum, vt nominum, & diœceſis, pręſumitur
dolus.¶Quintò no.quòd qui ſuccumbit in cauſa, condemna
tur in expenſis. de quo.j̃.eod.c.finem litibus.¶Oppo.hic.ꝙ
petebatur eccleſia. quòd iudex potuiſſet mittere in poſſeſ-
ſionẽ propter contumaciam. Sed contra de c.eum qui.de eo
qui mit.in poſ.lib.6.Sol.breuiter ibi loquitur, cum agitur de
eccleſia in titulum:hic in proprietatem.¶Secundò oppo. de
c.per tuam.j̃.de ſimo.vbi durius agitur cum religioſis. ¶So.
ibi cum agitur ratione criminis. hic ratione contumaciæ.fa-
cit quod no.s̃.de iudi.c.cum non ab homine.¶Quæro poſt
Ioan.de Ligna.nunquid miſſus poteſt infra annum petere, vt
contumax cogatur comparere, & recuperare rem ſuam.Ar-
chi.quòd non.j̃.de eo, qui mit.in poſ.lib.6.c.1. ¶Contrariũ
tamen videtur, cum quilibet poſſit renũciare iuri ſuo.de reg.
cap.ad apoſtolicam. ¶Secundò quæritur. iudex poteſt ſimul
facere commiſſionem, & in expenſis condemnare, per no.in
cap.cum veniſſet.infra ti. 1. in ſecunda glo. Illa tamen litera
non ob.quia nedum condemnat: imò etiam taxauerat, an-
tequàm conſtaret de eis:videtur ergo fieri poſſe, ex quo cõ-
ſtat de contumacia. j̃.eod. c. cũ dilecti. alias quæſtiones hic
vide per eum.

*S V M M AE.*

1 *Actor ſi eſt contumax, reo inſtante, diffinitiua poteſt ferri ſententia.*
2 *Citatus ad cauſam debet dimittere procuratorem.*
3 *Procurator debet citari, ſi principalis non reperitur.*
4 *Semel veniens ad iudicium: ſi poſtea non reperitur, præſumitur latitare.*

1 CAuſam. †Si actor eſt contumax, reo in-
ſtante, diffinitiua ſñia ferri põt.
h.d. ¶In prima ponitur deciſa rei petitio.In ſecũ
da ipſius papalis exauditio.ſecũda ibi[ceterum.]Primò not.
2 †quòd poſtquam quis citatus eſt ad cauſam, debet dimittere
procuratorem.de quo dic vt l.1.ff.de li.agno.& infra de eo, q
3 mit.in poſ.c.fi.¶Secundò not.†ꝙ debet procurator citari, ſi
principalis non reperitur.¶Tertiò no. quòd hic ſufficit cita
tio ad domum.& per talẽ citationem poteſt procedi ad ſen-
4 tentiam diffinitiuam, vt hic.& hoc eſt ideo †quia ſemel fuit
in iudicio.vnde ſi poſtea non reperitur, præſumitur latitare,
vt no.Inno.in d.c.fina.de eo qui mit. in poſ. ¶Si autem quis
nunquam fuit in iudicio: an ſufficiat ad domum, ad hoc vt
poſſit cõtra eum procedi, tanquam contra contumacem.dic
quòd ſic in l.ſcire oportet.in §.oportet.ff.de excu.tu.vbi tex.
dicit alternatiuè [ad faciẽ, vel ad domum.] ergo ſufficit alte
rum, vt l.ſi hæredi plures.ff.de condi. inſti. Sed in l.4.§.ait p̃-
tor.ff.de dam.infec. dicit idem Dy. quòd ita demum ſufficit
citatio ad domum, ſi nõ poteſt haberi copia perſonæ. & hoc
ſentit glo.hic, & clarius Innocen.j̃.de eo, qui mit.in poſ.c.fi.
¶Opponit glo.in c.infra prox.vbi demum poſt litis conteſt.
fertur ſententia diffinitiua:hic autem non fuit lis cõteſt. & ta
men proceditur ad diffinitiuam, quare malè.Sol.dic vt in gl.
magna hic.& plenius in Spec.de contu.§.2.

*S V M M AE.*

1 *Litis conteſtatio fit etiam per indirectam reſponſionem ſuper re deducta in iudicium.*
2 *Appellans fruſtratoriè poteſt iterum citari ad malitiam conuincendam.*
3 *Sententia diffinitiua ferri poteſt poſt litem conteſtatam, ſi liquet de cauſa.*

PRout vobis. Si reus poſt lit. conteſt.
eſt contumax: ſi aliàs li
quet de cauſa, fertur diffinitiua ſententia. ſi non li-
quet, actor in veram poſſeſſionem inducitur.h. d.communis
diuiſio.ſecunda ibi[ideoq;.]¶Primò no.quòd contumax di
citur, etiam ſi poſtea comparet, & præſtet iuratoriam cau-
tionem.de qua in Aut.& qui iurat.C.de bo.auct. iudi.poſ. &
ſupra vt lite non conteſta. c. quoniam frequenter.§.in aliis.
1 ¶Secundò no.hic Lau.†quòd per indirectam reſponſionem
ſuper re deducta in iudicium, ſit lis conteſta. & aduerte, qa
hic videtur colligi, quòd per exceptionẽ præſcriptionis obie
ctam fit litis conteſta.cuius contrarium eſt veritas. de quo in
c.2.j̃.de lit.conteſta.lib.6.& hic per Innocen.Hoſti. & Abb.
2 ¶Tertiò no. †quòd appellans fruſtratoriè iterum citatur ad
malitiam conuincendam:non autem de neceſſitate, vt infra
eo.c.2.lib.6.de quo in c.vnico.eod.titu.in cle.¶Quartò not.
3 †quòd poſt lit.conteſta.fertur diffinitiua ſententia, ſi liquet
de cauſa.de quo hic plenè in glo.magna.& plenius in Spe.in
ti.de contuma.§.ſequitur.cui adde quod habes.j̃.eod. c.ve-
ritatis.&c.

*S V M M AE.*

1 *Reus fundata intentione actoris, ſi peremptoriam obijcit: & acceptis induciis deficit in probando, punitur in expenſis.*
2 *Intentio Papæ eſt lites dirimere: & laboribus releuare ſubiectos.*
3 *Temeritas, & calumnia coercetur in dãno expenſarum, non ſolùm in beneficialibus: ſed etiam in temporalibus cauſis.*
4 *Beneficia eccleſiaſtica non poſſunt diutius vacare ſine magno diſpendio.*
5 *Caſus, in quo ante ſententiam venit refectio expenſarum.*
6 *Qui non poteſt parti ad intereſſe expenſarum in cauſa ciuili ſatisfacere, punitur in corpus, arbitrio iudicantis.*
7 *Condemnationis expenſarum cauſa quadruplex.*
8 *Refectio expenſarum an veniat in quolibet iudicio. Et quo iure numer.10.*
9 *Succumbens in cauſa appellationis, an ſit condẽnandus ſemper in expenſis.*
10 *Condemnatio expenſarum quando ſit fienda.*
11 *Expenſæ, quæ veniant reficiendæ an vtiles, & neceſſariæ: an neceſſariæ tantùm. Et qualiter probentur.nu.14.*
12 *Iuramentum calumniæ an excuſet ab expenſis.*
13 *Contumax an ſit citandus ad videndum fieri condemnationem expenſarum de eo.*
14 *Contumax in expenſis condemnatus, an poſſit appellare.*

1 FInem litibus †Si reus fundata inten-
tione actoris perempto
riam obiicit.& acceptis induciis deficit in probando,
punitur in expenſis:igitur doloſus præſumitur.h.d.non reci-
pit congruam diuiſionem, quia pręmittit, intermittit, & ſub
mittit conſtitutionis cauſas: quas interſerit. Vel poteſt
diuidi in duas partes. In prima præmittit conſtitutionis cau-
ſas generales.In ſecunda ibi[p̃nti.]ponit conſtitutionem, &
duas ſpeciales cauſas interſerit.prima cauſa ibi[quia frequẽ
ter.]& hęc propriè reſpicit prohibitionem, & cauſam impul
ſiuam.ſecunda ibi[& hic ſaltem]ponit cauſam finalem.¶Pri
2 mò no.†ꝙ intentio Papæ eſt lites dirimere, & laboribus re-
leuare ſubiectos, vt j̃.de offi.le.c.j.lib.6.¶Secũdò no.in ver.
3 præſertim.†ꝙ non ſolùm in beneficialibus:ſed etiam in tem
poralib.cauſis temeritas, & calũnia coercet damno, & expẽ
ſis, vt j̃.de pœn.c.calũ.& hoc tenet Hoſt.& Abb. vt in oĩbus
cauſis hæc ꝓuiſio locum habeat. & ad hoc inducunt gñrali-
4 tatem cãæ, de qua ſequit ibi[qđ frequẽter.]¶Tertiò no. †ꝙ
bñficia eccleſiaſtica nõ p̃nt diutius vacare ſine magno diſpẽ
dio.concor.s̃.de ele.c.ne pro defectu.& c.cũ inter vniuerſas.
5 ¶Quartò no.†caſum, in quo ante ſñiam venit refectio expẽ
ſarũ.cũ ſcilicet fundata intẽtione actoris, exceptio opponit,
& incontinenti non probat.verũ ergo non ceſſet iſta pœna,
requirit, ꝙ actoris intentio ſit fundata.& hoc cõſtet. & ꝙ ſta
tim non ſumat onus probandi, altero iſtorum deficiente: ſuf
ficit actori ꝓuiſio iuris cõis.ſ.condemnatio in fine cãæ.¶Et
aduerte ad tex.dũ dicit[fundata intentione actoris.] &c. in-
nuit.n.litera, ꝙ ſi quis opponit exceptionem dilatoriã. & ſuc
cumbit:non habet locum iſta prouiſio.Hoſt.tñ ſentit contra
rium propter verbum, differendum, poſitum in tex. qđ cõcer
6 nit dilatorias, & perẽptorias.de quo.j̃.dicã.¶Quintò not.†
ꝙ in cã ciuili qui nõ põt ſatisfacere parti de intereſſe expẽſa
rum, punitur in corpus arbitrio iudicantis.& hoc eſt regula
re, ſi pœna venit applicanda fiſco.Si aũt de intereſſe, qđ par-
tem concernit, non poteſt debitor ſatisfacere:an debeat lue
re in corpus.dic vt j̃. de ſolu. c.Odoardus.per Inn.¶Oppo-
nitur, & videtur, ꝙ refectio expeñ.debeat fieri in fine litis, vt
7 l.properandum.§.ſi autem alterutra.C.de iudi.¶So. † qua-
druplex eſt cauſa condemnationis expenſarum.Prima eſt ra
tione victoriæ.& in hoc diſtingue.aut vult quis conſequi ex-
peñ.totales:aut particulares factas ſuper vno c. primo caſu
expectatur finis litis vt contrario. ¶Secundo caſu expectat
finis litis illius c.vnde in qualibet emergẽti victus victori eſt
a condemnandus in expenſis, a vt not.Spec.in ti.de expeñ. §.ſi
autem.ver.ſed nunquid deficiens. licèt quid, contra tamen,
hic format Iac.Bu.in l.ſancimus.C.de iudi.& ſi hoc eſt omiſ
ſum, poteſt ſuppleri in qualibet parte litis, durante eodem iu
dicio.vt no.Inno.in c.ſæpe.j̃.de app.tex. tamen ille ob. huic



opinioni.hic enim ita demum fit condemnatio expen. ſuper
illa exceptione non probata, ſi eſt propoſita poſt fundatam
intentionem actoris, & incontinenti non probetur. vbi ergo
hæc non concurrant:videtur, ꝙ condemnatio expen.ſit tem-
pore ſententiæ differenda, vt dixi.s̃.ſecundùm Io.An.¶Secũ
da, ꝙ ratione retardati proceſſus fiat condemnatio expenſa-
rum regulariter:videtur tex.in l.non ignorat. C.de fruc.& li.
expen.¶Tertia cauſa eſt condemnationis expeñ.ratione te-
merariæ citationis(puta ſi eſt citatus non citandus)fortè qa
æquiuocatum in nomine, vel citatio eſt æquiuoca. & debet
in expenſis condemnari ille, qui fecit quem temerariè cita-
ri, vt l. eũ quẽ temere. ff.de iudi.& in c.fi.s̃.de reſcri.¶Quar
ta cauſa eſt ratione contumaciæ, & iſta cõtumacia ſemper in
expenſis punitur ſtatim, cum in contumacia deprehenditur.
nec ante ſuper ea auditur, q̃ expenſas reſtituat.& de iſtis loq
tur l. ſancimus.C.de iudi.¶Secundò opponitur, & videtur,
ꝙ iſta conſtitutio ſit deriſoria.ſi enim reus deficit in proban
do exceptionem oppoſitam poſt fundatam intentionẽ acto-
ris, debet cõdemnari ſuper debito iam probato, & ſup omni
bus expenſis.vt d.l.properandum. §. ſi autẽ alterutra.fruſtra
enim quærimus de condemnatione expenſarũ fienda ſuper
exceptione, & art.non probato.quia debet condẽnari ſuper
illis, & omnibus expenſis cauſæ.Sol.dic, ꝙ fortè, ſi in illa ex-
ceptione ſuccũbat, ab alia non excluditur, vt l.nemo.ff.de ex-
cept.& c. nullus pluribus.de re.iu.lib.6.poteſt eſſe etiam vti-
lis iſta prouiſio, vt de expẽſis factis ſuper exceptione nõ pro-
bata fiat condemnatio expenſarum de per ſe;quia quandoq;
propter contumaciam ipſius actoris, vel aliam cauſam licèt
in cauſa obtineat:tamen reus releuatur à condemnatione ex
pen. ex iuſta cauſa. ab iſtis autem non releuabitur, ſecun-
dùm Ioan. And.quod not.¶ Tertiò oppo. Inno.dicitur hic,
ꝙ poſt actoris intentionem fundatã, reus admittitur ad pro-
bandam exceptionẽ peremptoriã.contra quia ſi actoris intẽ
tio eſt fundata per teſtes, & publicatæ ſunt atteſtationes: nõ
poſſunt teſtes vltra produci, vt in cle.1.de teſti. ¶Sol. intel-
lige, ꝙ exceptio rei concernebat nouũ articulum non depen
dens, vel antiquum. quod dic vt. j̃. de teſti.c.fraternitatis.
¶ Venio ad gl.magnam. & plenè proſequitur materiã ex-
penſarum, quæ fiunt in iudicijs.de illis .n. quę fiunt in rebus
alienis bona, vel mala fide poſſeſſis.dic, vt s̃.ti.1.c. grauis. di
uido ergo gl.in quinq; quæſtiones principales. de quibus. j̃.
proſequar ſuccinctè, & de alijs, vt patebit.j̃. Prima ergo quæ
ſtio erit:an in iudicijs veniat generaliter refectio expenſa. Se
cundò quo iure veniãt reficiendæ. Tertiò quando illa cõdẽ-
natio ſit fienda. Quartò quæ expen.veniãt in condẽnatione.
Quintò an iuramentum calũniæ excuſet de expenſis.¶Re-
deo ad primã.† an in quolibet iudicio veniat refectio expen
ſarum.dico, ꝙ quoddam eſt iudicium criminale:quoddã ciui
le.In iudicio criminali eſt op.ſi reus, vel actor ſuccũbit:an de
beat fieri condemnatio in expẽſa.Ia.diſputauit, ꝙ non.Bart.
tenet contrarium in l.1.ff.ad Turpil.dicam.j̃.c.proximo.vbi
gl.de hoc.In iudicio autem ciuili regulariter victus victori cõ
demnatur in expenſis, vt in d.§. ſi aũt alterutrum. & hoc eſt
verum, niſi habuerit iuſtam cauſam litigandi: puta conuẽtus
ad debitum, quod deſcendit ex perſona alterius, vel procu-
ratoris.põt enim probabiliter ignorare: vnde non condẽna-
bitur in expenſis, vt l.qui ſolidum.§.ẽt.ff.de leg. 2.& l. ſi mu-
lier.§.ſi rem.ff.de leg.3.hic tñ aduerte, quia ſi à principio ha
buit iuſtam cauſam litigandi: demũ pendente iudicio eſt cer
tificatus de veritate cauſæ, dẽt deſiſtere:aliàs ex tũc.ſ.poſtq̃ ſi
bi conſtat de veritate, cenſetur improbè litigare: & condẽna
b retur ab illo tpe in expenſis.vt l.ſi quis inficiatus b.ff. depoſi.
8 Itẽ iſtud eſt verũ in cã principali. ¶† In cã verò appellatio-
nis, an ſit iſtud verũ indiſtinctè, q ſuccũbit ſit cõdẽnandus in
expenſis. rñdeo.ſi loquimur de eo, q ſuccubuit in principali:
nõ vř dubiũ, ꝙ ſic, ſi ſuccũbat ex eiſdẽ actis:ſecus ſi ex nouis
actitatis.Si aũt ille, q ſuccubuit in cã principali, obtinuit in
appella-

appoll ationis cauſa.tunc videtur quædam compenſatio faciẽ
da hincinde, vt no.in l.generaliter. C.de reb.cred.de hac q̃-
ſtione dic,vt no.Bar.in l.fi.ff.de re iud.& p Io.An. de reg.iur.
c.ignorã.li.6.& per Hoſti.in ſumma.eo.ti. §.quomodo. ſub
§.cum autem.ver.quomodo igitur.& ver. ſed nunquid appel
latur.& in Spe.de expen. §.nunc videndum. ver.quid de ap-
20 pellato.& ver.ſeq.vbi no.quid iuris, ſi appellãs pro parte, de
quo hic per Innoc.¶Secundò principaliter quæro† quo iure
veniat refectio expenſarum. reſpondeo, ꝙ quædam veniunt
ex contractu:quædam propter contumaciam:quædam rõne
victoriæ.iſtę vltimæ veniũt officio iudicis mercenario:nec du
rat ipſarum petitio poſt ſententiam latam in cauſa principa-
li,vel appellationis,vt l.terminato.C.de fruc.& lit.expen.& l.
omnem honorem. quando prouo. non eſt neceſ. & ſi iudex
non condemnauerit,de ſuo tenebitur reſarcire, vt d.§.ſi autẽ
alterutrum. quod intelligo verum, ſi fuerit petitum à parte:
aliàs iudex non tenetur impendere ſuum officium non peti-
tum,vt l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.& ita tenet
Dyn.illæ autem,quæ veniunt ex contractu,debentur,& poſ-
ſunt peti,etiam poſt ſententiam quandocunq;, vt eſt glo.no.
in l.ſi mulier.§.ſi rem.ff.de le.3.Et idem fortè in his, quæ de-
bentur ratione contumaciæ.ff. ſi quis ius di. non ob. l. 1.vbi
glo. dicit, quòd petuntur actione in factum.Contrarium ta-
11 men not.Cyn.in d.l.ſancimus.C.de iud.¶Tertiò quæro,†qñ
ſit fienda condemnatio expenſarum. rñ. quòd quædam ſunt
expenſæ, quæ fiunt ante litis conteſt. puta ſuper dilatoria, &
declinatoria. quædam ſunt, quæ fiunt ſuper peremptoria,pẽ
dente iudicio. quædã,q̃ ipſam cauſam principalem concer-
nunt, puta ad probãdum id,quod petitur. de primis ſcilicet,
quæ fiũt ſuper exceptionibus dilatoriis: an in ipſis ſtatim qui
ſuccumbit,debeat condemnari:an reſeruari in fine cauſæ.gl.
hic dicit,quòd ſtatim,ſi conſtat euidenter de calumnia:aliàs
in fine cauſæ reſeruentur.¶Alij tenent indiſtinctè,quòd ſta-
tim,vt Lau.Tancr.Vin.Gui.Naſ.Inn.& Hoſt.& ſic ſeruat Cu
ria,vt no.Spe.in ti.de expen. §.iuſta.ver. ſed nũquid deficiẽs.
& in §.poſtremò. ver.ex p̃miſſis.Secũdo caſu,qñ loqmur de
expenſis factis, pendente iudicio ſuper aliquo emergenti,vel
incidenti. dic vt dixi.s̃.aliqui enim tenẽt,quòd ſtatim.alij,ꝙ
in fine reſeruentur, niſi in caſu ſpeciali huius conſtitutionis.
Tertio caſu de illis,quæ concernunt cauſam principalem,nõ
eſt dubium,quòd in fine.vt in d.§ ſi autem alterutra.¶Quar
12 tò principaliter quæro † quæ expenſæ veniunt reficiendæ:an
vtiles,& neceſſariæ:an verò neceſſariæ tantùm.Spe.tangit in
ti.de expen.§.fi.& glo.hic &.j̃.de reſcrip.c.ſtatutum. §.acceſ
ſor.cum §.præcedenti.lib.6. licèt ibi de alijs expenſis loqua-
tur.Io.An.tenet hic,quòd vtiles,& neceſſariæ veniant:non au
tem vtiles non neceſſariæ. puta conduxi quatuor aduocatos
in cauſa,in qua vnus ſufficeret.& quid iuris,ſi habuit aduoca
tum gratis.dic in Spec.de expen.§.fin.ver.quid ſi victor. ver.
ſeq.Et qd iuris,ſi ipſe erat aduocatus:an debeat ſibi taxari ſa
larium:ſicut ſi alium conduxiſſet.dic vt l. ſi ſtipulatus es.ff.de
fideiuſſ.¶Hic etiam quæri poſſet,quid iuris,ſi quis non expẽ
dit:ſed propter id, quòd oportuit eũ ire ad iudicium, paſſus
fuit damnũ in propriis rebus, vel in itinere deprædatus, vel
cũ ſit artifex,non eſt lucratus.dic per Cy.in l.ſancimus.C.de
13 iud.¶Quintò quæro† an iuramentũ calũniæ excuſet ab ex-
penſis.ſicut probabilis ignorantia.glo.hic tenet, quòd excu-
ſet.niſi conſtet de euidenti calumnia. alij dicunt, quòd nõ ex
cuſat.& hoc ſequitur hic Ioã.An.per Decre.calumniam.j̃.de
pœn.quæ dupliciter hoc probat, vt ibi per eum.& Gul.dicit
ſic Curiã ſeruare: niſi iuſſus Papæ, vel cauſa rationabilis mo
ueat in contrarium.ita dicit ipſe in prælleg. §.Et dic de iſta
quæſtione per Bar.in l.1.ff.ad.Turpil.& in conſi.ſuo.quod in
cipit.Audruciolus.& per Bal.in Aut.generaliter.C.de epi.&
14 cler.¶Sextò quæro,†qualiter expenſæ probantur.dic,quòd
per iuramentum,taxatione iudicis præcedente.quod dic, vt
not.Inno.in c.fi.s̃.quod met.cau.Quid ſi dicitur in cõtractu,
quòd ſtetur dicto creditoris de expenſis,& intereſſe? dic in
Spe.in ti.de proba.§.fi.ver.quid ſi.& l.fi.ff.de p̃to.ſtip.p Bar.
15 plenè.¶Septimò quæritur† nunquid contumax debeat cita
ri ad videndum condemnationem fieri expen.de eo.Docto-
res dicunt,quòd non eſt neceſſaria alia citatio. quoniam hoc
eſt notorium iudici vt iudici, & parti, vt C.de teſt.l.nullum.
facit quod no.Inno.s̃.de procura.c.auditis.vnde ſtatim cum
quis non comparet in termino, etiam in prima citatione,po
teſt ſine alia citatione in expenſis condemnari, vt in c.quere
16 lam.s̃.de procur.& ibi not.¶Octauò circa hoc quæro, nun-
quid contumax in expenſis cõdemnatus poſſit appellare? vi
detur, quòd nõ.quia contumax non appellat,l.properandũ.
§.ſi autem.C.de iudi.dicit Cy.not.in d.l.ſancimus. quòd in-
terdum contumacia eſt cauſa pronũciationis, vt hic.quia ex
contumacia debentur expen.tunc ſi contumax,antequã con
demnetur,compareret, & in eum præſentem ferretur cõdẽ-
natio expenſarũ:tunc bene poterit appellare.& idem in mul
cta,ſecundùm Pe.¶Sit ergo cautus, vt tempore condemna-
tionis ſe iudici repræſentet.Si autem non fuerit præſens tem-
pore ſententiæ,ſed taxationis.dic, quòd non poterit appella
re à condemnatione,ſed à taxatione,ſecundùm Pe.Non ob-
ſtat, quòd taxatio expenſarum ſit quædam executio condẽ-
nationis,à qua appellare non potuiſſet, vt ff.quod met.cauſ.
l.ſi cũ exceptione.§.hæc autem actio. nam licèt ſit executio:
tamen ſi modus exceditur in taxando, admittitur appella-
tio,vt no.plenè Innocen.in c.fi.s̃.quod me.cau.¶Taxatio er
go propter exceſſum, non condemnatio propter iniuſtitiam
præbet iuſtam cauſam appellandi. de iſtis quęſtionibus quæ
rit.do.Bal.in d.l.ſancimus.an ſi iudex, qui inquiſiuit ex offi-
cio,& non probauit, teneatur ad expenſas. & an denuncia-
tor criminis, qui non probat.& an debeãt peti iſtæ expenſæ,
Et an in cauſa, in qua poteſt procedi contra abſentem, ve-
niat condemnatio expen.de iſta dic, vt in c.1.j̃.de elec.lib.6.
& in c.fi.j̃.eo.Et an iudex, qui non condẽnauit in expen.pa
rtem,& propter hoc ſoluit de ſuo: an poſſit repetere à cõtu
mace.dic vt in Spec. de expen. §.nunc videdũ. ver. illud aũt.

ADDITIONES

a ¶Cõdemnandus in expen.Sed ſi poſtea victor vincatur in principali,teneatur expen.illi reſtituere.vide Bar.ff.de pig.acti.l.ſi pignore.cũ Alberi. poſt Guli.

b ¶Si quis inficiatus.vide ibi pulchrè Bar.

*S V M M Æ.*

1 *Dolus malus quid ſit.*
2 *Calliditas qualiter committatur.*
3 *Fallacia conſiſtit in ſuggeſtione falſitatis.*
4 *Mendacium quid dicatur.*
5 *Machinatio committitur in arte verborum.*
6 *Dolus bonus quid dicatur.*
7 *Auxilia quæ competant contra doloſum.*
8 *Contumacia quid dicatur.Et an ſit maleficium,ſiue delictum.*

# Repetitio c.finem litibus.

## DE dolo& cõtumacia.

Iſta rub.continuatur ad pręcedentia in hunc
modum. dictum eſt ſupra de ſpolia. & eiec.
aduerſariorũ potentia. videamus de fatiga.
in aduerſariorũ iudicio,dolo,& cõtumacia.
vel aliter.Quia ſpoliatus qñq; dolo, & cõtumacia rei reſtitu
tionem conſequi non poteſt.ideò qualiter ſubueniatur, poni
tur ſub hac rub.quæ repetitur ſatis vtiliter in 6. & cle. & cõ-
ueniunt multa iura huius volumi. quæ alleg.hic Io. And.ſu-
per iſta rubri.ſicut feci in rub.de cau. poſ. & proprieta. inſi-
ſtendũ eſt bene circa tria.Primò quid ſit dolus. Secundò qd
ſit con-



1 ſit cõtumacia.Tertiò vtilẽ qõnẽ ſubdam.¶Quæro igitur,qd
ſit dolus.dic,ꝙ dolus eſt calliditas:fallacia: machinatio ad
2 circunueniendũ aliquẽ adhibita,vt l.j.§.j.ff.e. †Calliditas cõ
mittitur in tacẽdo.vnde Salomon. Qui diſſimulat iniuriam,
callidiſſimus eſt.exemplum in rei venditore,qui non patefe-
cit ſeruitutem emptori ignoranti.vel dicit rem nullam debe-
re ſeruitutẽ:tñ ſi debetur,volo teneri.ff.de act.ẽpti.l.1.§.pen.
vel pone exemplũ.s̃.de reſcrip.c.ſuper literis. & per totũ tit.
3 de ædil.edic.†Fallacia conſiſtit in ſuggeſtione falſitatis.ff. de
fur.l.falſus.§.ſi quis mihi.vnde mendacium eſt falſa ſignifica
4 tio vocis cum intentione†fallendi.22.q.2.c.is aũt.& in Aut.
5 de inſtr.cau.& fi.in prin.†Machinatio cõmittitur in arte ver
borũ.pone exẽplũ.j̃.de ſpon.c.ex literis.& c.tua nos. & iſta
6 cõueniũt dolo malo.†Eſt & dolus bonus. de quo. 22.q.2.c.
ne quis.& de conuer.coniuga.c.dudum. iſta ſunt exẽpla dñi
Pau.de Leaza.qui tangit iſta hic.Tu pone exemplũ de capto
à Genuenſibus.qui finxit ſe contractum:vt ſic non duceretur
captiuus.vel pone in Salomone,q finxit ſe velle diuidere pue
rũ.vel pone in illo,qui finxit ſe ſacerdotẽ,vt mortis periculũ
euitaret.de his,& alijs vide per gl.in d.l.j.§.j.ff.de dolo.exem
pla plura de prædictis quærere,eſſet potius laborioſum,quã
ſubtile,vt in ſimili dicit gl.in l.1.ff.ſo.ma.idẽ Pau.hic p modũ
7 ſummæ tangit de materia doli.¶Quæ auxilia competant cõ
tra doloſum.cui detur:contra quẽ:ad quid detur actio de do
lo:quando ceſſet,& qualis ſit.iſta proſequi,eſſet longa repe-
titio.& extra propoſitam materiã huius tit.in quo ſolùm tã-
gitur de dolo commiſſo circa iudicia, non circa contractus,
vel alias diſpoſitiones.de his igitur ſi vis plenè inſtrui,recur-
8 re ad ti.de dol.ff.eo.& C.¶†Secundò quæro, quid eſt contu
macia.dicit Pau.ꝙ contumacia eſt contra iudicẽ,vel prælatũ
cõmiſſa inobediẽtia.quæ qualiter deprehẽdatur,& quot ſint
9 eius ſpẽs.vide per Ho.in ſumma.de contuma.§.1.¶†Tertiò
quærò vtrùm contumacia ſit maleficium,ſiue delictum. hoc
vtile eſt ſcire.quia in multis partibus ſunt ſtatuta, ꝙ banniti
pro maleficijs poſſint impunè offendi.& ꝙ cõtumacia ſit ma
leficium,probatur.quia vbi dolus verſatur, & nõ eſt certum
nomen delicti:oritur crimen ſtellionatus.quod crimẽ eſt ma
leficiũ.& inter maleficia ponitur.vt.C.& ff.de cri.ſtel.¶Quã
do.n.ſub aliqua materia ponitur aliqd, ab illa denominatur,
vt.ff.de in diem adiec.l.in partes.& no.in l.fin.de cond.inde.
An autem ille,qui non obtemperat iudici,eſt in dolo.dic vt l.
non poteſt.ff.de reg.iu.& c.ſi quis contrauenerit.de maio. &
obedi.& ꝙ ſit delictum & maleficiũ,probatur.quia punitur,
vt l.contumacia.ff.de re iud.& l.j.ff.ſi quis ius di.non obtem.
imò quãdoq; punitur morte,vt d.c. ſi quis contrauenerit. &
l.omne delictum.ff.de re mili.ad hoc c.veritas. ibi [cum apo
ſtolo omnẽ inobedientiam vlciſci.]&c. denegatur contuma
ci quandoq; audientia,vt l.ſed ſi per prætorem.§. ſed ſi dum
decetero.qui.ex cau.ma.præterea arguendo ab alluſione vo
cabuli.quod qñque fit,vt c.ſi cupis.16.q.j.& l.2.§.appellata.
ff.ſi cer.pet.Maleficium eſt malefactũ.tñ malè facit,qui iudi-
ci non obtemperat,vt d.l.non poteſt.¶Econtra ꝙ non ſit de
lictum:quia non reperitur, ꝙ contumacia ſit delictum publi
cum,vel priuatum.enumeratur enim in ti.de pub.iudi.vſque
ad fi.& in ipſo tractatu de contumacia non habetur mẽtio:
ergo &c.vt l.obligationũ fere.§.placet.ff.de act.& obli.præte
rea probatur ex coniunctione duarum legum:quarũ vna ca-
uetur,ꝙ non ſuccurritur minoribus in maleficijs,vt l.ſi ex cã.
§.nunc videndum.ff.de mino.Alia l. dicit,quòd ſi minor fue
rit contumax,ſubuenitur vt minor, etiam ſi ſit contumax.ff.
de mino.Cy.qui iſtam quæſtionem habuit de facto,poſt mul
ta argumẽta videtur ſic diſtinguere. aut citatus fuit inuẽtus:
ita ꝙ conſtat,ꝙ in notitiam venit citatio.& tunc non venien-
do,ſatis dicitur contemnere iudicem:vt ſic dolus ſit verus,&
expreſſus ipſo facto.& per conſequens maleficium.qui con-
demnatur per iudicem in gene.titu. ſi quis ius dicen. non
ob.vel per ti. de modo mul. dicitur condemnatus de malefi-
cio. aut non fuit inuentus.(& ſic non conſtat veniſſe in eius
notitiam.)& tunc non fuit dolus,ſed culpa.& per conſequẽs
quaſi maleficium.& ita poteſt intelligi illa l.minor etiã ſi con
tumax.Ita dicit Cy.in rub.C.ſi ob tur.cau. & ꝙ contumacia
ſit delictum,vide l.ſi filius.ff.de interrog.ac.& no.in l.j.ff.ſi qs
ius di.non ob.¶De iſta quæſtione ibi per Bar.in l.omne de-
lictum.de pęn.vbi ſubdit, ꝙ maleficium iſto modo latè ſumi
tur.Sed ſtricto modo loquendo, maleficium dicitur malè fa
ctum.ſed contumacia nihil facit:ſed negligit,& omittit.ma-
ius tamen eſt delictum,quod committitur faciendo, quã qđ
omittendo.circa quod dic,vt l.ſeruum.ff.de ver. oblig. & l.ſi
mora.ff.ſol.ma.Et vide circa prædicta quod not. Bar.in ma-
leficijs,& maledictis.& an ſub vno veniat reliquum.in l.aut fa
cta. in prin.ff.de pœnis.

*S V M M Æ.*

1 *Finis liti quot modis imponatur.*
2 *Præſentia partis an requiratur in renunciatione.*
3 *Procedendum qualiter ſit in cauſis beneficialibus.*
4 *Iudex debet primò dare dilationem actori,quàm reo: & id quare?*
5 *Exceptiones peremptoriæ oppoſitæ poſt fundatam exceptionem actoris ſunt à iudice admittendæ.*
6 *Expenſæ,quæ debentur ratione contumaciæ: à quo tempore incipiũt deberi.nu.14.*
7 *Contumax ad hoc vt quis dicatur,quid requiratur.nu.23.*
8 *Expenſæ iudiciorum ex quibus cauſis proueniant.& nu.11.*
9 *Pœna,q̃ venit in loco alterius ſubroganda,relinquit̃ arbitrio iudicis.*
10 *Opponens falſas exceptiones punitur in expenſis.*
12 *Refectio expenſarum an veniat ratione retardati proceſſus. Et an ratione victoriæ.nu.25.*
13 *Tranſiens de petitorio ad poſſeſſorium an teneatur ad expenſas.*
15 *Semel citatus an poſſit dici contumax.*
16 *Reus ſi comparuit in primo termino,et non actor. in ſecundo econuerſo comparuit actor,& non reus,quis erit contumax.*
17 *Citatus ſi non venit,nec etiam eius aduerſarius:quis tenebitur ad expenſas.*
18 *Licentia iudicis quare requiratur in recedendo.*
19 *Iudex ſi die ſtatuta ad comparendum, vel ob aliam cauſam non ſedit pro tribunali:citatus nõ venit,an tenebitur ad expẽſas aduerſario.*
20 *Cauſa ſi eſt talis,in qua poteſt procedi parte abſente:an citatus nõ veniens condemnetur in expenſis.*
21 *Expenſæ contumaciæ & retardati proceſſus quare veniant ſtatim reficiendæ. Et an peti poſſint, vt veniant directè in condemnatione.num.22.*
24 *Expenſæ,quæ veniunt ratione victoriæ ſunt ex duplici cauſa.*
26 *Iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis, quæ veniũt officio iudicis, non ab illis,quæ veniunt ex contractu.*
27 *Iuramentum calumniæ an excuſet ab expenſis.& nu.28.*
29 *Refectio expenſarum an veniat in cauſa criminali.*
50 *Iudex,qui cognoſcit de crimine,poteſt etiam de reſtitutione rei criminoſum condemnare.*
31 *Condemnatio expenſarum non eſt pœna:ſed proſecutio intereſſe.*
32 *Iudex qualiter excuſetur ab expenſis.& nu.33.*
34 *Habens iuſtam cauſam litigandi excuſatur ab expenſis in cauſa ciuili,& criminali.*
35 *Expenſarum ratio quare habeatur in condemnatione.*
36 *Expenſæ vtiles an veniant reficiendæ.*
37 *Aduocatum habens gratis: an poſſit petere quod in eo expendiſſet, ſi gratis non habuiſſet.*
38 *Litigator ſi fuit ſibiipſi aduocatus, an poſſit petere, quod alij aduocato dediſſet.*
39 *Damna an veniant reficienda in ſententia.*
40 *Expenſæ quo iure petantur:& qualiter in libello, & ſententia deducantur.*
41 *Expenſæ factæ extra iudicium,quæ veniunt iure actionis:an ſint taxandæ iudicis officio.*

42 *Lex terminato.C.de fruc.& lit.expen.qualiter ſit intelligenda.*
43 *Expenſæ an ſint petendæ nominatim.*
44 *Acceſſoria ſunt in triplici genere.*
45 *Petitio incerta, & incerta ſententia admittitur ſuper expenſis.*
46 *Iudex an poſſit ſibi in ſententia reſeruare condemnationem expenſarum.Et vſque ad quod tempus poſſet pronunciare.54.*
47 *Proteſtans aliquid ſe facturum.ſi poſtea facit:videtur tempore proteſtationis feciſſe.*
48 *Iuriſdictio iudicis reſeruantis ſibi taxationem expenſarum , ſi expirat:quid iuris.*
49 *Iudex qualiter ſe debeat habere in taxatione expenſarum.*
50 *Iuramentum,quod præſtatur à parte ſuper expẽſis,debet præcedere taxationem iudicis.*
51 *Iudex an poſſit in minus cõdemnare in expenſis,quã pars iurauerit.*
52 *Iudex an poſſit refrænare taxationem expenſarum ante iuramentũ.*
53 *Taxatio , & iuramentum ſuper expenſis , an vendicet ſibi locum, quando in inſtrumento dictum fuit . quòd deberet ſtari,& credi ſimplici dicto,vel iuramento creditoris de omnibus damnis, & expenſis.*
55 *Iudex appellationis in grauamine ſi non condemnauit in expenſis: ſed remiſit cauſam ad iudicem à quo:an iudex à quo poterit condemnare in alijs expenſis factis in cauſa appellationis.*
56 *Expenſæ ratione victoriæ vſq; ad quod tempus poſſunt peti.*
57 *Lis ſi aliter finiatur,quàm per ſententiam,quid iuris de expenſis.*
58 *Deſerta cauſa,quid iuris erit de expenſis.*
59 *Appellatio ſi deſeratur:an poſſint peti expenſæ.*
60 *Cauſa ſi finitur per tranſactionem,iuſiurandum,& ſimilia quid iuris de expenſis.*
61 *Res deducta in iudicium ſi interijt,quid de expenſis.*
62 *Condemnatio expenſarum in caſu huius.c.quando ſit fienda.*
63 *Expenſæ factæ extra iudicium an veniant repetendæ.*

FInem litibus. Qui fundata intentio-
ne actoris,perempto-
riam obijcit:& acceptis inducijs deficit in proban-
do,punitur in expenſis:quia doloſus præſumitur . præmittit:
intermittit:& ſubmittit conſtitutionis cauſas. & ipſam conſti
tutionem ponendo.& ideò non poteſt commodè per partes
ordine diuidi. Vel poteſt diuidi in partes duas principales.
Ponit conſtitutionis cauſas generales.Secunda ibi [ præſen-
ti ] ponit cõſtitutionem, & duas ſpeciales cauſas interſerit.
prima cauſa ibi [ frequenter.] ſecunda ibi:[ vt hoc ſaltem.]
¶ Nota , ꝙ boni iudicis votum eſt imponere finem litibus.
commendatur enim in hoc iudex,vt l. quidam æſtimauerũt.
ff.ſi cer.peta.& c.iure gen.de re iud. & circa hoc iudicis offi-
cium eſt latiſſimum.ita ꝙ eo inuito nullus poteſt litem pro-
1 telare,vt l.properandum.in prin.C.de iudi.† Finis autem im
ponitur liti multis modis.per ſententiam: tranſactionem: &
iuſiurandum,vt l.eleganter. §.ſi quis poſt.ff.de cond.inde.&
c. 1.j̃.de lit.conteſta.li.6. & l.fi.de iureiuran.Similiter p renũ
ciationẽ liti,& inſtantiæ.quod in dubio,ſimpliciter renunciã
do,præſumitur,vt plenè no.in l.poſtquam liti.C.de pac.& c.
cum pridem.ſ̃.de pac.& per Inno.in c. veniens.de renuncia.
2 vbi per eũ no. † an ſi in renũciatione requiratur partis præ
ſentia:an ſufficiat,ſi coram iudice fiat,vt ibi in d.l.poſtquam
liti.¶ Secundò no.quòd ſpectat ad officium iudicis prouide
re,ne partes grauẽtur vltra modum ſumptibus, & expenſis.
etiam propter hoc dicit Barto. quòd ſi coram iudice venit
quæſtio de longinquo: ita quòd fortè plus expendatur in iti
nere,quàm ſit ſumma, quæ petitur:debet ad locum litigato-
rum cauſam remittere, & ibi delegare, vt eſt caſus in l. cum
ſententiam.C.de appel.cum ſi. quod no. pro intellectu c. cu
pientes.& c.cum epiſcopus.de offi.ordi.lib.6. ¶ Tertiò no.
3 in ver.præſertim &c.† quòd in cauſis beneficialibus eſt cele
rius procedendum.& hodie quidem ſummariè, & ſine figu-
ra iudicij.vt in cle.diſpendioſam. de iudi. & eſt hoc equum.
cum enim non debeant diu.ideſt vltra tres,vel ſex mẽſes va-
care, & conſenſus accommodari, & confirmatio peti infra
certa tempora.de elect.c.quàm ſit. li.6. videtur, quòd cauſa
in vacatione contingens non debeat plus durare: vt ſic tem-
pus inſtantiæ non excedat tempus præfixum actioni: quæ in
iudicio deducitur,arg.no.ſ̃.de offi.dele.c.ex cauſis.& l.1.ff.
de glan.le.& c.fi.de iudi.contrarium not.Ioã.And.in c. quo
niam.infra de iure pa. & ibi dixi in tertia q. pro quo l. eum
qui.& l. contra maiorum . de inoffic. teſta. & c.ſi electio. de
elec.lib.6. ¶ Quartò no. ꝙ fundata intentione actoris , reo
datur tantummodo terminus ad probandum ſuam exce-
4 ptionem.†& ſic iudex debet primò dare dilationem actoris:
nec videtur reus cogendus infra eandem dilationem proba
re ſuam exceptionem.fatuus enim eſſet reus,qui non proba
ta intentione actoris,aſſumeret ſibi onus probandi exceptio
nem ſuam,vt no.j̃.de teſti.c.veniens.dic tamẽ de hoc, vt no.
5 j̃.de ver.ſig.cle.ſæpe.§.& quia &c. ¶ Quintò no. † ꝙ exce-
ptiones peremptoriæ oppoſitę poſt fundatam intentionem
actoris.( licèt vt plurimum ad impediendum,vel differendũ
proceſſum per malitiam opponantur . ) debet tamen iudex
eas admittere, & terminum ad probandum dare , vt hic.&
no.Inno.j̃.de conceſ.pręben.c.poſt electionem.& ibi ſcripſi
in quarta oppo. quando tamẽ iudex præſumit vehementem
calumniam in opponente.dicit ibi, ꝙ non debet differre ſen
tentiam,quę ( licèt fuerit appellatũ ) non retractabitur, niſi
probet veritatem dictæ exceptionis.qđ no.Tu dic, ꝙ iudex,
qui de malitia ſuſpicatur,perimit alias opponentem: ſi non
probauerit in expenſis,vt hic.Item poteſt comminari pœnã
vt no.Compoſt.ſ̃.de ele.c.quàm ſit. Item habet remedium,
de quo in c.ſtatutum.in fi.& ibi not.de reſcript.lib.6.Item ſi
potuit à principio opponere,& neglexit ( vt ſic aduerſarium
fatigaret ſumptibus ) videtur condemnandus: ſi actor deſti
tiſſet à lite, ſi ille à principio oppoſuiſſet,ar.j̃.de excep.c.ex
6 ceptis.¶Sextò no.† ꝙ expẽſæ, quę dñt refici rõne non pro
batę exceptionis,deſiderãtur ex tpe exceptionis oppoſitæ .
expenſæ aũt,quę debentur rõne contumacię,ex quo tpe in-
cipiant , Archi.dicit,quòd ex die citationis: non tamen ex
tempore contractę contumacię.quod eſt verùm, ſecundùm
Hoſti.ſi citetur is,de cuius cõtumacia iud.cari oportet . de
procur.c.auditis. hoc enim caſu condemnabitur in expenſis
factis in citatione:& in factis in exſpectãdo. aliàs ſi nõ præ-
ceſſit contumacia ex die termini elapſi:habebitur ratio ex
penſarum.& ſic intelligitur,quod no.Spec.in ti. de expen.§.
vl.ver.hoc quoque. ita dicit hic Pau. in commento huius c.
cuius verba prima facie ſunt obſcura. quia innuunt , ꝙ poſt
contractam contumaciam teneatur in ſecunda citatione
ille,ad cuius inſtantiam eſt facta citatio , expectare citatum.
& ſic ſuarum expenſarum habeatur ratio,& nõ teneatur ad
hoc in prima citatione. & ſic magis grauat obtẽperãs iudici
pp ſecundã cõtumaciã cõtumax,quã propter primam. ſ. in
expectãdo.qđ vr̃ abſurdũ.vt ergo intelligas ſanè hoc dictũ.
dicas,ꝙ debet intelligi, cũ iudex poſt contumaciã decreuit,
ꝙ ille, qui eſt præſens,debeat cõtumacẽ,etiã poſt terminũ ,
expectare.qđ põt iudex facere ex cã,vt no.Inn.j̃. de pœn.c.
7 calumnia.† Vt enim quis dici poſſit contumax,requirit , ꝙ
ille.qui eſt præſens,cõtumaciã accuſet,& licẽtiatus recedat:
quam licentiam iudex poteſt retardare ex cã, vt dixi. facit
quod dixi in.c.1.de iudi. ¶ Septimò no.ꝙ in iudicijs occur-
8 rũt expẽſæ.& ibi,dũ dicit[ in iudicio faciẽdas.]&c.† Iſtę aũt
expenſæ iudiciorũ imminẽt circa teſtes : & circa aduocatos:
procuratores:ſcriptores,& ſimiles.& circa iudices,qui de cã
cognoſcunt.& hoc quandoq;,nõ ſemper. qđ dic,vt plenè le.
& no.j̃.de reſcrip.c.ſtatutũ.§.inſuper.vſq; ad fi.e.ti.li.6.& in
Spec.de expen.§.poſtremò.ver.in ſumma.¶ Octauò not.in
ver.ſicut & ſi ſoluendo &c.ꝙ ille,qui nõ poteſt expẽſas iſtas
ſatisfacere,debet puniri ad arbitriũ iudicis.& ſic ille,qui nõ
põt ſoluere,luit in corpus,vt l.fin.ff.de in ius vo.Vtrùm autẽ
hoc ſit verum , cum debitum oritur ex contractu. dicit In-
no.ꝙ



no.ꝙ ſi agitur ad intereſſe:tunc ſiue ex maleficio,ſiue ex con
tractu,ſufficit,ꝙ cedat bonis . Si verò conuenitur criminali-
ter,ſiue ad pœnam applicandam parti,ſiue fiſco:tunc ſi debi
tor condemnatus non põt ſoluere, cõmutatur in corporalẽ,
ſi placeat actori, & non eo inuito. 12.q.2.c.fraternitas.ita in
c. Odoardus. de ſolu.primum membrum eſt contra iſtud.c.
vbi tractatur de ſatisfactione expenſarum. & ſic de intereſſe
partis:& tamen fit commutatio in defectum,vt hic patet. V-
trùm aũt iſta ſubrogatio,& commutatio ſimul.eſt à principa
li obligatione:cuius loco iſta corporalis ſubrogatur.no.gl.in
c.ſi tibi dignum.de homic. ¶ Item iſta commutatio,quæ fit
de debito pecuniæ in pœnam corporalem: fit etiam de cor-
porali in corporalem, ſi pena,quæ debebatur, exigi non po
tuit:puta debebat amputari manus dextera , quam non ha-
bebat:vel habebat aridam,non amputabitur ſibi alia,vt no.
Cyn.in l.nouerint.C.vt intra cer. tẽ. quæſtio agi. & latius de
materia in l.quid ergo.§.pœna grauior.de his , qui notã. in-
9 fa.& ſ̃.de conſti.cap.1. per Inno. ¶ Nonò no. † quòd pœna,
quæ venit in loco alterius ſubroganda , relinquitur arbitrio
iudicis. cum ergo iſta pœna loco alterius commutanda dẽat
commenſurari illi,quæ debebat imponi:non potuit ius pone
re pœnam certam.ideo reliquit arbitrio iudicis . ſicut alia,
quæ non potuit diffiniri,vt l.j.ff.de iure delib.A tali autẽ pœ-
na iudicis arbitrio commutata poterit appellari : licèt non à
pœna in iure expreſſa.vt no.B.in c.ſuper his. de accuſ.in glo.
10 hoc generale.¶ Decimò & vltimò not. † ꝙ opponens falſas
exceptiones,punitur in expenſis:quandoque verò contingit,
ꝙ per falſi ſuggeſtionem(quam iudex ſecutus eſt) quis obti-
net ſententiam:quo caſu an ſententia reddatur ex hoc nulla:
dic vt.l. ſi prætor.ff.de iudic.de illo etiam, qui ſupprimit veri
tatem(tacendo fortè ſolutionem:pactum de non petendo,&
ſi.)vtrùm his poſt ſentẽtiam pro eo latam probatis,ſententia
reſcindatur.videtur,ꝙ non,vt l.peremptis.C.ſent. reſcin.non
poſ.In contrarium facit identitas rationis , quæ eſt inter ſug
gerentem falſum,& tacentem verũ.ſ̃.de reſcrip.c.ſuper lite-
ris.ad iſta omnino vide,quod no.Cy.in l.1.C. de cõdi. inde.
& Inn.in c.2.de dila.¶Oppo.& ingredior glo. magnam.vi-
detur.n.ꝙ iſta conſtitutio ſit ſuperflua.& de nouo nihil indu
cat.nam cautum eſt in multis iuribus , ꝙ in probatione defi-
ciens condemnetur in expenſis,vt.j̃.de pœn.c.calumniam.&
in Aut.de iudi.§.oportet.col.6.& C.de epi.& cle.Auth. gene
raliter.C.de iudi.l.properandum.§.ſi autem alterutrum.Sol.
11 dic † ꝙ expenſæ debentur in iudicio multis de cauſis:nam qñ
que debentur ratione temerariæ citationis.pone exemplum
l.eum quem temere.ff.de iudic.de iſtis nihil in tex. vel gl. qñ
que debentur ratione contumaciæ.& de iſtis.j̃.ti.1.& l.ſanci
mus.C.de iud.& hoc in gl.ibi,ſi expreſsè præſtantur &c.quę
dam expreſsè debentur ratione retardati proceſſus propter
obiectum exceptionis dilatoriæ,vel peremptoriæ non proba
tæ.& de iſtis in iſto.c.frequens.de reſt.ſpo.li.6.& c.Pia.de ex
cep.eo.lib. Quædam debentur ratione victoriæ in cauſa. &
de iſtis plenè in gloſ.ibi[ item & illud regulare ]&c.vſque ibi
[& no.ꝙ expẽſæ.]&c.ibi proſequitur,quo iure petuntur vſq;
ibi[ & niſi iudex.]&c.ibi tãgit vſq; ad quod tẽpus peti poteſt
refectio expenſarum.¶ Diuido igitur iſtam gl.ordinatè per
partes,vt dixi,per ſex quæſtiones princi.¶ Prima erit,vtrùm
ratione retardati proceſſus propter exceptionis obiectum ve
niat refectio expenſarum.Secundò,vtrùm veniat ratione con
tumaciæ.Tertiò vtrùm ratione victoriæ. Quartò in omnibus
caſibus prædictis,in quibus debentur,& peti poterunt,qua-
rũ expẽſarũ ratio habeatur.Quintò quo iure petãtur:& qua
liter in libello,vel ſententia deducantur,& probentur. Sextò
vſque ad quod tempus iudex ſuper expenſis poteſt pronun-
ciare.Iſtæ quæſtiones omnes tanguntur in prima glo.ſed nõ
plenè:ideò ipſas principaliter cum multis acceſſorijs ad ea-
12 rum quamlibet reaſſumam.¶ Primò ergo quæro. Vtrùm ra
tione retardati proceſſus veniat refectio expenſarum. & quã
do retardatur propter obiectum exceptionis peremptoriæ
poſt fundatam intentionem actoris:eſt caſus hic , ꝙ veniat.
quid ergo ſi retardatur propter obiectum exceptionis dila-
toriæ:vtrùm habeat locum quod hic dicitur?videtur , quòd
non.quia text.iſte loquitur multum ſtrictè,ſcilicet in perem
ptorijs.& poſtquam actor fundauit intentionem ſuam:ergo
iſtam quæſtionem ſpecialiter loquentem debemus extende-
re.ſed caſum omiſſum iuris communis diſpoſitioni relinque
re.quæ eſt,vt in fine cauſæ ſeruetur talis condemnatio.argu.
l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.matri.Itẽ ſi iuris beneficio admitti-
tur metus expenſarum,non debet excipiẽs remoueri ab iſto
iuris beneficio.argu.cap.indultum.de regu.iur.lib. 6. & l.il-
lud.de peti.hære.glo.hic tenet iſtam partem,quando habuit
iuſtam cauſam opponendi:licèt ſuccubuerit in dicta excep-
tione , fortè per replicationem eliſa. ſecus ſi euidenter con-
ſtet,quòd malitioſè oppoſuit:quia tunc idem iuris eſt in dila
torijs,quod in peremptorijs.ergo idem ius ,vt l.illud.ad l.A-
quil.Et iſtam opin.tenent communiter omnes, & eam ſequi
tur Curia.vt no.in Spe.in ti.de expen.§. iuxta propoſitionis.
verſi.ſed nunquid excipiens.& per Hoſti.in ſumma huius ti-
tu.ſub rubri.de contu.§. qua pœna afficiatur.pro iſtis ſpecia
liter adduco.l.non ignoret.C.de lit.expen.vbi in ciuili,& cri
minali punit litigatorem,cuius culpa dilata eſt cognitio.Do
cto.alleg.cap.Pia.de excep.lib. 6. & licèt me reſtrinxerim,
quando proceſſus retardatur propter obiectum exceptionis
dilatoriæ, vel peremptoriæ non probatæ. Idem intelligas ge
neraliter,vbicunque culpa partis alterius protelatur, vt not.
in Specu.titu.de expenſis.§.poſtremò.ver.hoc etiam ex præ
miſsis.ubi dicit, quòd expenſę præſtantur ante finem , vbi-
cunque de calumnia alicuius euidenter apparet: vel etiã præ
ſumitur violenter.alleg.ſup. eod. titu. 2. Ita etiam tenet hic
Pau.de Leaza.ſuper ver.abſoluendum. ¶ Sed hic incidenter
13 quæritur.† pone,quòd non malitia : ſed iuris beneficio quis
retardat proceſſum:puta ſuſpendit cognitionem petitorij in
tentati:& tranſit ad poſſeſſorium .quod poteſt, iuxta not.in
c.paſtoralis.ſupra de cau. poſ.& proprieta.dic,quòd illo ca-
ſu non condẽnabitur in expenſis ratione retardati proceſſus,
vt no.Bar.in l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.acqui.poſ.& hoc te-
net Spe.ꝙ non ſtatim,cum ſuſpendit petitorium, condemna
bitur:ſed tũc demum,cum ſuccubuerit in poſſeſſorio poſtea
intẽtato:quia ex tunc apparet eum malitioſè petitorium ſuſ
pẽdiſſe.Ita dicit reſpondiſſe cle. 4.vt no.in ti.de expẽ.§.iux-
14 ta propoſitionem. ¶ † Secundò principaliter quæro de expẽ
ſis,quæ debẽtur ratione contumaciæ. iſtæ quidẽ debẽtur tã
in ciuili,vt j̃.c.proxi.& l.ſancimus.C. de iudic. quàm etiã in
criminali,vt l.qui crimen.C.qui accu.non poſ.& debẽtur ſta
tim,antequã audiatur.ut d.l.ſancimus.& Spec.in ti. de expẽ
§.iuxta.ver.ſed quæritur.hic tamen diligenter aduertẽdum:
quia oportet.ꝙ legitimè poſsit dici contumax.quod vt con-
tingat,requiritur , ꝙ citatio non ſit nulla,ratione iudicis,vel
perſonæ citatæ:vel ex modo,& forma citationis.quod multis
modis contingit,vt no.in c.2.ſ̃.de dila.per Inno.& c.fi.defe-
rijs.Requiritur etiam, ꝙ citatus potuerit venire ad iudicem:
aliàs cenſetur contumax,ut l.contumacia.§.pœna.ff.de re iu
di.& p hoc dico, ꝙ ſi ille,qui contumax videbatur, venit po
ſtea ad iudiciũ,& allegat tale impedimentum , debet audiri,
&miſsio contra eum facta reſcindi, ẽt non reſtitutis expẽſis,
15 vt not.in c.1.j̃.tit.1.¶ Circa hoc quæro.† Vtrùm ſemel cita-
tus poſsit dici contumax.Specu.arguit primò,ꝙ ſic.ſecundò
ꝙ reqrat̃ trina,uel perẽptoria citatio ĩ d.§.iuxta.ver.ſed quę
ritur.Cyn.tenet,ꝙ niſi veniat in prima citatione,poteſt dici
contumax quò ad refectionem expenſarum illius primæ ci-
tationis,ut nota.in l.ſancimus.C.de iudi.in 5.q.Idem B.in c.
querelam.ſupra de procura.& not.74.diſtinctio. cap.hono-
ratus.& 4.quæſtio.5.in ſumma.& habet hoc locum,etiam ſi
tres termini in una citatione ponantur,ſecũdũ Abba.in d.c.
querelam.& Specu.in titu.de citatio.§.viſo.ver.quid ſi tres.

Quidam tamen dicunt dicto caſu ( ſcilicet cum vna citatio-
ne tres termini cumulantur ) ꝙ veniens in tertio ſatisfaciat
citationi. quaſi de abſentia iudiciis abſtinuiſſe dicatur . quæ
opinio poteſt eſſe vera in præceptis de parendo ſub pœna.
quæ faciunt executores : ſecus in præceptis de veniendo , in
quibus conſtat , ꝙ intereſt partis , quòd non venit in primo
termino.& ideò vera ſit opinio Bernar.Cy.& aliorum.¶ Et
habent iſta locum, cum quæritur de expenſis:vt ad ipſas nõ
veniens in prima citatione teneatur. quantùm verò ad excõ
municationem,& miſſionem in poſſeſſionem, requiritur tri
na citatio,vel peremptorium,vt no.Io.An.in c.fi.ĵ. eo. vide
circa hoc,quod no.Bar.in l.prætor ait.§.hoc interdictum.de
16 ope.no.nunc.† Vbi quando iſti termini cumulantur,quæri-
tur quid iuris:ſi reus cõparuit in primo termino, non actor.
in ſecundo econuerſo comparuit actor,& non reus. quis erit
contumax.ibi ſentit, quòd actor : quia in ſecundo termino
veniens non debuit audiri,niſi refectis expenſis. Idem tenet
in l.qui ante Kalen.de verbo. obli.vbi plenius examinat iſtã
quæſtionem.vtrùm in citatione debeat apponi verbum,pe-
remptorij: vt ſic non veniens ſit cenſendus contumax. dic vt
17 no.Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus.de dam.infec. ¶ † Subſequen
ter circa hoc quæro,quid iuris,ſi citatus non venit,nec etiam
aduerſarius eius,qui citatur.facit glo.in d.c.fin.ĵ.eo. dicit,ꝙ
non tenebitur ad expenſas : quia non poteſt dici contumax.
& hoc verum credo : quia ad hoc vt citatus non veniens ſit
cenſendus contumax,requiritur,quòd aduerſarius veniat in
termino,& accuſet eius contumaciam. & etiam ( quod plus
eſt ) licẽtiatus recedat,vt no.Bar.in d.§.Iulianus.& no.Spe.
in tit.de contu.§.ſequitur.in prin.& in tit.de expen.§.poſtre
mò.ver.& hęc vera ſunt,ſi præsẽs &c.vbi ſubijcit de illo, qui
venit,& aduerſarij contumaciã accuſauit:ſed illicentiatus re
ceſſit:ſi ille, qui non venit poſtea iudice ſedente pro tribuna
li compareat,& accuſet eius contumaciam: ille, qui receſſit
primò illicentiatus,cenſebitur contumax.& non ille.qui vl-
18 timò comparuit.dicetis vos. † quare requiritur licentia iudi
cis in recedendo?ſatis enim videtur ſufficere , quòd veniens
accuſet contumaciam non comparentis.dic ꝙ ideo hoc ſta-
tutum eſt. quia iudex de benignitate poteſt etiam vltra ter-
minum expectare,vt in cap.conſuluit. de offic. deleg. quod
maximè facere debet , quando litigantes veniunt de longin
quo . non enim debet comparentem in termino abſoluere:
quia melius eſt aliquantulum contumacem expectare , qui
longas vias peragerent.not.Innocen. in cap.calumnia.de pœ
nis. & quod not.Barto.in d.l.ante kalen. ad hoc infra c. pro
xim.in fin.C.de procura.l.auditis.facit. ſ. de in integ. reſtit.
19 c.cum ex literis.ad fi.¶ † Quid ſi iudex die ſtatuta ad compa
rendum, propter infirmitatem , vel aliam cauſam non ſedit
pro tribunali,& citatus non venerit:vtrùm tenebitur ad ex-
penſas aduerſario,qui comparuit ? dic , quòd non;quia ſua
non intereſt citatum comparuiſſe,vt no.in d. c. fi. & Spec. in
tit.de expen.§.poſtremò. ver. ſi aũt iudex. ¶ Vlterius circa
20 hoc quæro.† Quid ſi eſt talis cauſa, in qua poteſt ꝓcedi par
te abſente:vtrùm tunc citatus non veniens cõdemnabitur in
expenſis?Spe.in d.§.iuxta propoſitionis. ver.quid ſi talis.re-
fert opi.& demum diſtinguit inter citatum ab homine,& ci-
tatum à iure.Citatus enim ab homine ( quantuncunque poſ
ſit procedi in eius abſentia ) tamen ſi non compareat in ter
mino,condemnabitur in expenſis. Si verò loquimur in cita-
to à iure:tunc contra ipsũ poteſt procedi.& non admittatur,
niſi à proſecutione cauſę in eo ſtatu, in quo cauſam reperit.
Ideò poſtea veniens non tenebitur ad expenſas : ne duplici
pœna puniatur, ſcilicet in expenſis,& proceſſu . mitius ergo
agitur cum lege, quàm cum miniſtro legis illo caſu. & circa
illam citationem iuris vide glo.no.in cle.ſi ante.eo.tit.in fin.
glo.magnæ.Cy.indiſtinctè tenet in d.l.ſancimus . in 3. q. ꝙ
non condemnabitur iſto caſu.Io.An.tenet ſimpliciter, quòd
debeat condemnari.in c. 1.de elec.lib.6. vel dic,quòd con-
ſtitutio,quæ diſponit de efficacia proceſſus contra contuma
cem inducta: & fauor cauſæ,de qua agitur,non alia ratione:
& tunc ſufficiat contra contumacem procedere: non alia cõ
demnatione expenſarũ ipſum afficere poſtea venientem . &
ſic loquitur c. 1. de elec. lib. 6. vbi ius citat fauore cauſæ , &
procedi mandat,contumacia non obſtãte.& intelligo,quòd
non debeat propter contumaciam condemnari ſtatim:in fi-
ne verò litis bene condemnabitur in expenſis factis in eius
abſentia.& ita tenet hic Io.And.ſuper glo.mag.ſuper ver.cũ
dilecti.Aut lex non conſiderat fauorem cauſæ,ſed expeditio
nem litis . & tunc licèt poſſit contra contumacem procedi.
tamen debebit etiam in expenſis condemnari. ¶ Demum
21 iuxta prædicta quæro.Quare † expenſæ , quæ fiunt ratione
contumaciæ : vel ratione retardati proceſſus propter exce-
ptionem peremptoriam , vel dilatoriam non probatam ve-
niunt reficiendæ ſtatim, & non in fine cauſæ:ſicut aliæ , quæ
in lite fiunt?Reſpondeo, quia iſtæ expenſæ veniunt reficien-
dę,qualemcunque cauſam habuit litigandi is,cui præſtãtur,
vt no.Spec.in titu.de expen.§. iuxta propoſitionis . ver. hoc
autem certum eſt.& ideò non debet expectari tẽpus , cuius
nihil operatur euentus,vt l.aliquando.ff.ad Velle. ¶ Vltimò
22 circa iſtas expenſas contumaciæ quęritur . † Vtrùm directè
peti poſſint,vt ſic veniant in condemnatione.videtur, ꝙ nõ:
quia l.ſancimus.C.de iud.dicit [ iudiciorum aditus præclu-
datur.]& ſic tenẽt ad eas indirectè,ſi vellet admitti.contra-
rium tenet hic Pau.per l.non ignoret.C.de fruct.& lit. expẽ.
per quam l.etiam hoc tenet Cy.in d. l. ſancimus . in 1. q. &
Ioa.And.hic,qui tenet, quòd indirectè peterentur , quando
eſſet facta miſſio tedialis. tunc.n.non poſſent peti principali
ter , ſed indirectè, ſcilicet quòd contumax velit recuperare
poſſeſſionẽ.¶ Ex prædictis quò ad iſtum articulum contu-
23 maciæ,colligitur in ſumma,† quòd plura debẽt concurrere :
vt dicatur quis contumax:quòd citatio teneat: quòd citatus
non fuerit impeditus : quòd aduerſarius eius contumaciam
accuſauerit: quòd licẽtiatus receſſerit:quòd iudex, ſi veniſ-
ſet,procedere potuiſſet:ꝙ talis ſit cauſa,cuius proceſſum cõ
tumacia habet impedire,ſecundùm aliquos. licèt alij in hoc
contra, vt vidiſtis. ſ.& iſta ſufficiant de 2. q. princi. quę fuit,
24 vtrùm expenſę ratione contumaciæ debeantur &c. ¶ † Ter
tiò quæro de expẽſis, quæ debentur ratione victoriæ,de qui
bus in l.properandum.§.ſinautem alterutra. C. de iud . glo.
hic quò ad iſtas expenſas ratione victoriæ tangit duo gene-
ra cauſarum:Nam quædam ſunt cauſę ciuiles : quædam cri-
minales.Rurſus de vtriſque quęri poteſt: an veniant refectio
nes expenſarum in cauſa principali.Item an veniant in cau-
ſa appellationis.¶ Tangam igitur primò,cum petuntur ra-
tione victoriæ cauſæ principalis tam in ciuili,quàm in crimi
nali:deinde cum petuntur ratione victoriæ in cauſa appel-
lationis.¶ Quò ad primum, cum petuntur expenſę ratione
victoriæ in cauſa principali.ſi loquamur in ciuili, expreſſum
eſt in iure,quòd veniant,vt d.l. properandum . §. ſinautem.
& intantum eſt hoc verum:quòd ſi iudex hoc omiſerit , de-
bet de proprio reſarcire . vt ibi dicit tex. quod intelligo ve-
rum , ſi hoc fuerit petitum à parte : aliàs iudex non tenetur
impendere ſuum officium non petitum,vt l.4. §.hoc autem
iudicium.ff. de dam. infec. & circa hoc vide vnum verbum
Spec.in titu.de expen.§. poſtremò. ver. habet tamen iudex
&c.vbi dicit,quòd iudex habet ingreſſum aduerſus partem,
quam debuit condẽnare.C.de exac.tribu.l.pe.lib. 10. argu.
25 contra.C.de ſer.fugit.l.mancipia.in fin.Conclude ergo, † ꝙ
ratione victorię venit refectio expenſarum . & hoc verum
regulariter . fallit in duobus caſibus.Primus eſt,cũ fertur ſen
tẽtia pro abſente cõtra pñtẽ.hoc enim caſu expenſæ,quas fa
cit ille, qui ſuccubuit , deducuntur de condemnatione . qđ
dic,vt no. in l.properãdum.§.ſi autem expreſſus.C.de iudic.
¶ Secũdus caſus eſt, cum victus habuit iuſtam cauſam liti-
gãdi,vt etiam dicit glo.alleg.l.qui ſolidum. §. etiã. ff. de leg.
2.ponit



2.ponit Io.An.exẽplum de illo,qui tãquã hæres petebat de-
bitũ actori ſolutũ.cum ipſe hoc ignoraret probabiliter , vt l.
qui in alterius.ff.de re.iur.vel probauit ſemiplenè : vel aliter
de bona fide conſtabat,fortè erat religioſa ꝑſona.de qua nõ
eſt veroſimile,ꝙ iniuſtè peteret,vt c. 2.de ope.no.nun.In his,
& ſimilibus fieret abſolutio,expreſſa tali cauſa in ſententia.ꝗ
iſto caſu aliter non valeret. in Aut.de iud.§.oportet.col.6.ſm
26 Io.An.qđ verbũ no.† Ego dico,ꝙ iuſta cauſa litigandi excu-
ſat ab expenſis,quæ veniũt officio iudicis:non ab illis,quę ve
niunt ex contractu,vt eſt glo.not.in l.ſi mulier.§.ſi rem.ff. de
27 lega.3.Sed iuxta prædicta quæro.† Vtrũ iuramentum calum
niæ præbeat iuſtã cãm litigandi:vt excuſet ab expenſis.gloſ.
refert hic opi.& videtur inclinare, ꝙ ſic. Idem tenet Accur.
in dicta Aut.de iudi.§.oportet.Idẽ Io.vt no. 2.q. 1. c. in pri-
mis.Et plures moderni iſtam opi.ſequuntur. pro quib. facit
l. 1.§. 1.ff.ſi mulier vẽ.no.Io.An.poſt Hoſt. hic tenet contra,
per c.calumniam.ĵ.de pęnis.& Spe.dicit,Curiã ſic ſeruare in
ti.de expen.in fi.primæ colũnæ.Solũ.n.iuramentum calũniæ
non excuſat:niſi altero ex prædictis modis appareat de iuſta
cã litigandi.Do.Pau.tenet hic iſtam opi.Non ob.ꝙ iuramen
tum excludit præſumptionẽ calumniæ.quia hæc præſumptio
tollitur per præſumptionẽ ſequentem.de reſtit.in integ.l. di-
uus.& l.nam & poſtea.§.ſi dãnetur.ff.de iureiur. vbi præſum
ptio(quæ reſultat ex ſequenti ſententia condemnatoria)tol-
lit præſumptionẽ:quæ procedebat ex iuramẽto abſolutorio.
Itẽ iuramentũ non excludit temeritatem.Itẽ à principio ſcie
bat iuſtitiam cauſæ ſuæ.quia in facto proprio non cadebat ꝓ
babilis ignorantia,vt c.ab excõicato. extra de reſcrip.iſtam
opi.tenet Cy.in Aut.generaliter.C.de.epiſco. & cle.in q. 3.
¶ Ego iſtam ſequor opi.nam qñ quis in cauſa nihil probauit,
28 apparet eũ in cauſa temerè litigaſſe.† Licèt ergo iuramẽtum
calũniæ excuſet à præſumpta calumnia. vt dicta.l. 1.§. 1.ff.ſi
mulier ven.no.nõ tñ excuſet à temeritate:per quam venit cõ
dẽnatio expenſarũ.vt l.eum quẽ temere.ff.de iudi.& Inſti.de
pœna te.liti.ad fi.Iſtam etiam opi.tenet Barto.in l. 1. §.quæri
poteſt.ff.ad Turpil.vbi quærit de illo, qui in parte iudicij liti
gauit bona fide:in parte calumnioſè.quia fortè ſibi innotuit
iuſta defenſio aduerſarij,& noluit deſiſtere.pro ea.n.parte,ꝓ
qua habuit bonã fidẽ,excuſabitur. pro alia condemnabitur.
arg.l.ſi quis inficiatus.ff.depoſi.& l.rem non nouam.ad fi.C.
de iudi.& hoc de refectione expẽſarum in cauſa ciuili.¶ Sub
29 ſequenter quæro.† Vtrùm in cauſa criminali veniat refectio
expenſarum.gl.ĵ.ti.proxi.tenet,ꝙ ſic.contrarium diſputauit
Ia.Bu.primò per l.non ignoret.C.de fruc. & li. expen.illa.n.
l.facit differentiam inter ciuilem,& criminalem.& in vna fa-
cit mentionem de expenſis:in alia nõ. Præterea hoc probat.
quia condemnatio expenſarum ſuccedit loco decimæ partis
litis,quæ olim præſtabatur.vt Inſtit.de pœna te.li. in prin. &
Aut.generaliter.C.de epi.& cle.ſed ita eſt, ꝙ in criminali nõ
veniebat olim decima pars litis.Tertiò hoc probat.prohibi-
tus eſt concurſus, & cumulatio ciuilis,& criminalis,vt l.inter
dũ.ff.de publi.iud.Nam ſi in eadem ſñia,qua cõdẽnatur reus
ad mortẽ,vel accuſans,in ſimilitudinẽ ſupplicij fieret cõdem
natio ĩ expenſis:cõcurreret ciuilis,& criminalis,contra illã.l.
interdum. Præterea nõ debet quis duplici pœna puniri. vt c.
at ſi clerici.de iud.quod fieret, ſi condemnaretur pœna talio
nis,& expenſarum.¶ Vltimò pro ipſo videtur gl. Inſti.in ꝓœ
mio.ſuper ver.tramites.& iſta eſt eius opi. Moderni cõiter te
nent glo.ſcilicet,ꝙ in criminali victus victori cõdemnetur in
expenſis.hoc tenet Cy.in l.ꝗ crimen.C.qui accu.non poſ.Io.
An.in dicto c.cum dilecti.ſup.glo.arg.& Bar.in l. 1. §. quæri
põt.ad Turpil.Non ob. prohibitus concurſus ciuilis,& crimi
nalis.quia illud verum principaliter : & qñ iure actionis a-
gerẽt ciuili.ſed hic expenſæ petuntur iudicis officio.& ſic in-
30 cidenter.† Vnde iudex,qui cognoſcit de crimine : poteſt etiã
de reſtitutione rei crimioſum condemnare, vt l.interdictũ.
§.qui furem.ff.de furtis.& l.3.§.ſi dicatur. ff. finium regun.
& de var.& extraordi.crimi.l.medicus.& C.de cõd. ob turp.
cau.l.quod euitandum.Non obſtat.c.at ſi clerici.quia ſecun-
31 dùm Io.An.† Condemnatio expenſarum non eſt pœna : ſed
proſecutio intereſſe: & rei familiaris reſpectu recipientis . vt
ipſe not.ſ.de reſcrip.c.vlti.ſuper ver.moderatis.& ſic per pœ
nam criminis non impeditur,vt l.j.C.quando ciuilis act.Item
pœna talionis infligitur propter calumniam:& ſic ꝓpter ex-
trinſecam cauſam.pœna expenſarum propter iniuſtum liti-
gium.& ſic propter intrinſecam.& ſic pro eodem facto pro-
pter diuerſa dupliciter punitur.facit.ĵ.de crimi.fal.cap.j.hęc
verba habuit Io.An.à Cyno in dicta.l.qui crimen. in fin. pro
iſta parte allegat Bar.pro caſu.l.fi.C.de fruc.& lit.expẽ.¶ Et
aduertendum,quia iſta quæſtio fuit ſupra latè concepta.vtrũ
ſcilicet in criminali veniat refectio expenſarum. nam crimi-
naliter proceditur tribus modis:per accuſationem:inquiſitio
32 nẽ:& denũciationẽ.vt in c.qualiter,& quãdo.de accu.¶ Quo
modocunque igitur procedatur,habet locum, quod dictum
eſt:niſi iudex,qui inquirit: vel ille,qui denunciat,excuſetur iu
ſta de cauſa.puta pręceſſerit fama:ad quam iudex tenetur ex
33 officio inquirere,vt d.c.qualiter.† Ideò neceſsitas officij ex-
cuſat eum:licèt non probauerit,vt not.Io.An.in d.c. dilecti.
adducit no.de offi.deleg.c.ab arbitris.lib.6.in vltima glo.ita
etiam tenet Cyn.in l.ſancimus. C.de iudic.in 15.q. de denun
ciatore dic,vt no.in l.diuus.de cuſto. reo.& l.ab accuſatione.
§.j.ff.ad Turpil.& l.j.eo.ti.per Bar.Et conclude ex prædictis,
34 † ꝙ ſicut ille,qui habet iuſtam cauſam litigandi,excuſatur ab
expenſis in cauſa ciuili:ita etiam in criminali, qualitercunq;
de crimine procedatur.& hæc ſufficiant de cauſa criminali.
¶ Venio ad cauſam appellationis.& quæro , vtrùm fiat con-
dẽnatio in expenſis.glo.tenet hic ſimpliciter , ꝙ ſuccumbens
in cauſa appellationis,condemnetur in expenſis : nec diſtin-
guitur,habuit iuſtã cãm litigandi,vel nõ.& hanc opi.gl.tenẽt
Io. Vin.& alij,vt in Spe.tit.de expen.§. nunc videndũ. in prĩ.
¶ Tu ex eorum dictis clarius ſic diſtingue. aut quæris in ap-
pellante:aut in appellato. & tunc aut appellauit ab interlocu
toria,& ſuccubuit.& eſt vera opin.Bern.& ſequacium.Ratio
eſt,qa oportet,ꝙ ex actis prioris iudicij ſuccubuerit;ex quò
patet eum iniuſtè appellaſſe,vt in clem.appellanti. de appel-
la.aut appellauit à diffinitiua.& tunc aut in totum ſuccubuit:
aut pro parte ſuccubuit,& ꝓ parte obtinuit.primo caſu,quan
do in totum ſuccubuit:tunc aut ex antiquis , aut nouis actis
habitis coram iudice appellationis. ſi ex antiquis,ſimiliter ve
ra eſt opi.Ber. ſi verò ex nouis,vera eſt opi.Inno.& aliorum.
& iſtam diffinitionem ponit Ioan.An.in c.ignorantia. de re
gu.iur.in 6. & Bart. in l.fi.ff.de re iudi.Quãdo enim ex nouis
actis ſuccubuit,habebat iuſtam cauſam litigandi , & ſenten-
tiam proſequendi : pro qua erat in dubio præſumendum, vt
c.in præſentia.de renun. ¶ Alio verò caſu cum pro parte ſuc
cubuit,& pro parte obtinuit. & tunc aut erant articuli nõ cõ
nexi,ſed ſeparati,& diuerſi:& idẽ ꝙ debet condemnari. quia
debuit ſcindere,& ſolummodo appellare ab illa particula,in
qua grauatus fuit.aut articuli erant contigui , & connexi. &
tunc ab oĩbus excuſatur.de quo in Spe.in dicto.§. videdũm.
ad fi.& hic Io.An.& collige exempla.c.Raynutius.& c.Ray-
naldus. de teſta.¶ Secundo caſu principali quãdo quæris in
appellato.tunc(quia habuit pro ſe ſententiã)ſi ſuccumbat in
cauſa appellationis:videtur habuiſſe iuſtã cauſam litigandi,
propter ſententiam pro ſe latam.arg.l.iuſtè.ff.de acqui.poſſ.
& iſtam opi.tenet Spe.in dicto.§.nunc videndũ. ver. quid de
appellato.quã ſequitur hic Io.And. niſi in vno caſu.ſ.cum de
iniuſtitia ſententiæ euidenter apparet.Idẽ videtur hic ſenti-
re Pau.qui dicit hoc placere Hoſt.in ſumma eod. tit.& hic.&
Gof.in præalle.§.nunc videndũ.& Io.An.in præalle.c.cordi.
de appel.li.6.Accur.etiam videtur dicere,ꝙ neuter alteri cõ
dẽnatur, qñ vnus vincit vnam cauſam:alius aliam.& ſic qui-
libet bonã cauſam fouiſſe videtur. Auth.de iud.§.oportet.&
ita no.C.de iureiur.l.generaliter.§.ſi aũt non ritè.¶ Iaco.de

Ra.& Pe.tenent ibi in appellato: ꝙ ſi ſuccubuit in cauſa app.
teneatur ad omnes expenſas : nec victoria primæ cauſæ ſibi
proſit. quia effectus illius victoriæ expirauit per appellatio
nem,per l.1.in fi. ad Turpil. & præſumptio , quæ oriebatur
ex ſententia,tollitur per ſequentes,vt dixi.s.in quæſtione de
iuramento.credo illam opi.veram,ſi ſuccubuit ex eiſdem a-
ctis,non ſi ex nouis productis pro parte appellantis,argu. in
dicta l.fi.per Bar.& c.ignorantia.per Io. And.in ſumma.igi-
tur ( ſi diligenter aduertis ) nulla eſt differentia inter cauſã
principalem,& cauſam appellationis.& nulla etiam inter ap
pellantem,& appellatum.in omnibus enim venit refectio,ni
ſi excuſet iuſta cauſa litigandi. ¶ Quartò principaliter quæ
35 ritur.† Quare expenſarum ratio habeatur in condemnatio-
ne.glo.magna in ver.& no. ꝙ tantum &c.de hoc tangit. Sed
pro maiori intelligentia præmitto,quod no.Spe.in titu.de ex
penſis.§. 1. nam quædam ſunt expenſæ neceſſariæ: quædam
voluntariæ:quædam vtiles. Et ſicut de talibus quæritur, cum
fiunt in re aliena,vel ſubiecta reſtitutioni,vt in illo. §. plenè
proſequitur.& videbitur.j.de decimis.c.paſtoralis . Ita etiã
de his omnibu quæri poteſt,ſi fuerint factæ in iudicio . glo.
dicit hic,ꝙ debentur expenſæ neceſſariæ , & moderatæ. pro
hoc facit ille tex.qui dicit [ moderatas expenſas . ] vt infra
de eo, q̃ mit.in poſ.c.cũ veniſſent.in fi.dicit[neceſſariæ.]&c.
36 ¶ † Vtrùm autem vtiles veniant reficiendæ.refert hic Ioan.
opi.& communiter concludit, ꝙ vtiles moderatæ veniãt:ſed
inutiles immoderatæ non veniant.puta conduxi in parua cau
ſa quatuor aduocatos,cum vnus ſufficeret. eſt enim expenſa
inutilis.ſed immoderata reſpectu cauſæ. ergo non venit.vti-
lis autem immoderata venit. quia neceſſaria dici poteſt ſecũ
dùm eum.hoc verum de expenſis , quæ fiunt in lite , puta in
iudicibus:aduocatis:procuratoribus:& ſcripturis.de quibus
in Spec.de expenſis.§.poſtremò.ver. in ſumma ¶ Expenſæ
autem,quæ non fiunt in lite,ſed occaſione litis : vt in eundo,
& redeundo.itẽ quæ factæ ſunt in re , in qua facta eſt miſſio
ex primo decreto,ẽt iſtæ veniũt , vt dicto. §. poſtremò. ver.
& no.Et iſto vltimo caſu vtrũ veniãt vtiles.Inno.dicit quòd
iſto caſu tenetur de vtilibus . & quod plus eſt , etiam de his,
quas credebat vtiles expenſas fecit. quod tenet Hoſti.de ri-
gore iuris ciuilis.ſed de æquitate canonica tenetur ſolùm ad
neceſſarias,etiam iſto caſu,vt refert Ioa. And. in c.cum ve-
niſſent.præalleg.dicit etiam hic Ioan. An.quòd de expenſis,
quæ fiunt in iudicio,deducuntur illæ,quas eſſet facturus do-
mi.ff.ad exhiben.l.ſed ſi hæreditas. & de rei vendica.l.ſi res.
ſecus eſſet iſto caſu in iudicibus delegatis in caſibus, in qui-
bus ratione cauſæ debent habere expenſas. quia non dedu-
cunt,quod domi erant cõſumpturi.quod dic,vt j.de reſcrip.
37 §. ſtatutum . & §. inſuper. ¶ † Quæro circa hoc,quid iuris
ſi habuit aduocatum gratis:an poſſit petere, quod in eo ex-
pendiſſet,ſi gratis non habuiſſet?dic, quòd ſic , ſi habuit ſpe
remunerationis.ſecus vt dono,vt no.Spec.in dicto.§.poſtre-
mò.ver.quid ſi victor.facit.ff.mandati.l.idemque.§.fin.& l.ſi
38 verò non remunerandi.† Ibi etiam quærit Spe.ſi ipſemet li-
tigator erat in iure peritus:ita ꝙ ipſemet in propria cauſa ad
uocatus fuit:vtrũ poſſit petere, quod alij aduocato dediſſet:
videtur,ꝙ ſic.ſicut in hærede,qui euicit hæreditatem à bonæ
fidei poſſeſſore,imputatur ei omne , quod ipſe fuiſſet de ſuo
patrimonio expenſurus.ff.de peti.hære.l.ſed ſi lege. §. quod
autem.& ff.loca.l.quod ſi domus . ¶ In contrarium facit l.
ſi ſtipulatus es.ff.de fideiuſ.vbi dicit Bar. ꝙ non poteſt pete-
re tanquam ſalarium:ſed tanquam intereſſe , ſi iſta de cauſa
deſijt lucrari,ex alia fortè aduocatione. C. de euic. l. ſi cum
quæſtio.coniuncta l.fi.ſecundùm vnam lec. C. de fruc. & lit.
expen.& l.non ignoret.eo.tit.¶ Ex hac deciſione ſentit Bar
to.ꝙ victor,qui propter litem deſijt lucrari ( quia fortè erat
artifex: & non poterat exercere artem) poterit petere iſtud
lucrum omiſſum.quod tenet Spec.in dicto.§.poſtremò. ver
ſi.quid ſi victor artifex.allegat. ff.ad exibe.l.ſed ſi.§.quę aũt

Sed iſtã opinionẽ vr̃ tenuiſſe Iac.de A ro.vt refert Cyn. in di-
39 cta.l.ſancimus.i.8.q.vbi dicit Pe.tenuiſſe cõtrariũ.¶ † Quid
de damnis.pone propter litẽ vineas dimiſi incultas. & ſi. te-
net ibi Cy.ꝙ ibi habeatur de his ratio,arg. dictæ l.ſancimus.
& de leg.2.l.cum quis.text. tamen dicit ſimpliciter in expẽ-
ſis condemnationem fiendam . & ſecundùm ius canonicum
aliud eſt damnum:aliud expenſa.vt c.noſtra.de iniurijs. glo.
iuris ciuilis videtur dicere, quòd expenſæ, quæ debentur ra-
tione victoriæ,per.l.properandum. §. ſin autem. C.de iudi-
ciis.ſicut ſolùm expenſæ in aduocatis,procuratoribus , & ſi.
non autem in viaticis,vel damnis rerum ſuarum.Ita no. in l.j.
ff.de aliena.iudi. mutan. cau. fac. & l. eum quem temere. ff.
de iudiciis.& l.1.§.hoc iudicium.ff.ſi quis ius dicenti non ob
tem.Dicas ergo, quòd quandoque expenſæ reſtituuntur ra-
tione contumacię.& habetur ratio certorum damnorum.vt
l.ſancimus.de iudiciis.quandoque reſtituuntur ratione retar
dati proceſſus.& tunc idẽ,vt l.nõ ignorat. C. de fructi.& lit.
expenſis . quandoque reſtituuntur expenſæ ratione victo-
riæ tantùm . & tunc habetur ratio de expenſis litis tantũ , vt
dicto §.ſiue autem. ¶ Ego non video rationem differentiæ,
quare in minus debeat condemnari, qui improbam litem aſ
ſumpſit,& vſque ad finem produxit:quã ille,qui non venien
do contumax fuit : vel malicioſè proceſſum retardauit per
obiectum alicuius exceptionis.Maius eſt enim delictũ in to-
ta vna cauſa calumnioſè verſari:quàm in vno,vel duobus ar
ticulis.ideo non minus,ſed plus deberet puniri.arg.c. cũ ha-
beret.de eo,qui duxit vxorem.&.c.fi.de conſue. & l.ſi diuti-
no.de pœnis.Et per hoc credo etiam ratione victoriæ & dã-
na,& viatica reſarciri debere.arg. dictarum . ll. & iſta dicta
40 ſunt de quarta quæſtione principali.¶ † Quintò quęro prin
cipaliter,quo iure petantur expenſæ.& qualiter in libello,&
ſententia deducantur:& qualiter probentur,& taxẽtur.Pau.
hic refert multorum opiniones.Quidã dicunt.aut loquimur
de expenſis factis ante litem conteſt.& iſtæ non veniunt iu-
dicis officio.ſed debent peti nominatim in libello iure actio
nis:aut de expenſis factis poſt litem conteſta.& veniunt of-
ficio iudicis, vt l.ædiles.§.item ſciendum.de ædil.edic. Guli.
tamen in Spec.eo.tit.§.2. in prin.de expen.factis ante litẽ cõ
teſt.dicit,ꝙ veniunt etiam officio iudicis,ſi euidens eſt con-
tumacia.alias ſecus,vt j.c.proxi.& c.auditis.de ꝓcura.Pau.
hic tenet,ꝙ ſiue ante,ſiue poſt lit.cõteſta.factæ fuerint , offi-
cio iudicis petuntur.ideo ( dicit ipſe ) iudex condemnat , ẽt
41 ſi non petantur.allegat.j.de appel.c.ſæpe.vbi dicit,† ꝙ expẽ
ſæ factę extra iudicium,quæ veniunt iure actionis,habent ta
xari iudicis officio.Non obſtat §.item ſciendum. quia loqui
tur de peculio,& fructibus:non de expenſis.cõcludit,ꝙ quic
quid ſit:& quocũq; iure petantur , ſublata actione principa-
li,ceſſat offim̃ quò ad eas;ex eo qa deſcẽdũt ex materia priæ
litis.ergo &c. vt dicta l.terminato.idẽ vr̃ cõcludere Cy.i d l.
ſancimus. in nona q̃one. ¶ Ego credo iſtud verũ, qñ expẽſę
iſtæ fiũt in iudicio añ litis cõt.vel pòſt:nõ debẽtur ſpali actio
ne.dicto enim caſu terminato per ſẽnẽtiam principalẽ non
poteſt peti,vt dicta.l. terminato . Quando verò veniunt iure
actionis : tunc contrarium ſentio. & dico, etiam ſi iudex ad
eas non condemnauerit , peti poterunt, vt eſt glo.not. in l.ſi
42 mulier.§.ſi rem.ff.de lega. 3. † Illam glo.l. terminato.intel-
ligo de expenſis , quæ conueniunt pœnæ victoriæ.vel poteſt
intelligi,quando ſentẽtia lata eſt contra petitorem.& abſolu
tus eſt reus ab eius petitione . tunc enim non poteſt petere
expenſas : quæ ſunt acceſſoriæ ad actionem principalem.
quæ apparet per ſententiam non competere.& ita ſententia
lata in principali nocet in acceſſoriis,& connexis,vt ff.de ex
cep.rei iudi.l.ſi quis cum totũ.Sed qñ eſt lata ſnĩa pro acto-
re:q̃ mõ vult expẽſas petere primeua actiõe:nõ video, quare
nõ poſſit.quia pactio,& cõdemnatio partis debitæ nõ tollit
actionẽ in reſiduo,vt l. 1.C.ſi aduer.rẽ iudi.& l.poſt deciſio-
nẽ.C.de furtis.c.ſi quidã.de excep. nec dictæ expẽſæ tũc ori
ri dicun-



ri dicũtur ex materia primæ litis.ſed à prima exceptione:ſi-
cut intereſſe oritur ex obligatione ſuper aliqua re contracta.
quæ obligatio principalis,ſi propter rem ſolutam extinguit.
non per hoc extinguitur obligatio intereſſe pro reſiduo, vt l.
eleganter.§.non ſolum.ff.de dolo.Iſto ergo caſu intelligo gl.
hic,ꝙ iſtæ expenſæ factæ ante litem conteſt.debeant nomina
43 tim peti.ita dicit glo.¶ Sed hic q̃ro.† qualiter ĩtelligat, nomi
natim.vtrùm ſcilicet expreſſa certa quantitate:vel ſic ſimpli-
citer,peto expenſas.dubitari poteſt.credo, ꝙ procedat peti-
tio incerta.qđ patet,qa iudex põt ferre incertam ſententiam
ſuper eis,reſeruata ſibi taxatione,vt c.auditis.s. de procura-
to.Iſta eſt enim regula,ꝙ vbicũq; valet ſententia incerta:mul
tò magis incerta petitio.vt no.Inn.in c.tanta.de exceſ. præla.
Præterea ad idem ſiue expenſæ debeantur officio iudicis , ſi-
ue iure actionis,ſunt taxandæ per iudicem,vt infra no. Inno.
in c.ſæpe.extra de appella.Illud ergo(cuius declaratio nõ de
pẽdet ab eo, q̃ petit:ſed ab alio)quis non cogitur declarare,
vt l.j §.qđ autem.& no.Bar.in materia intereſſe.ff. de verbo.
obli.l.ſtipulationes non diuiduntur.§.Celſus. in vlt. colũna.
44 ¶ † Itẽ acceſſoria ſunt triplicis generis.Quædam ſunt acceſ-
ſoria iuris:quædam ſunt acceſſoria rei:quædam ſunt acceſſo
ria actoris, vt notat elegãter Inn.in d.c.tanta. In omnib. iſtis
videtur valere ſententia incerta,vt ibi no.facit qđ de fructib.
no.Inn.& Io.An.in c.grauis.de reſti.ſpolia. Concludo ergo,
45 † ꝙ ſuper expenſis admittitur incerta petitio,& incerta ſentẽ
tia.ſed dicetis vos,ad quid proderit iſta ſententia incerta. cũ
poſtea in taxatione debeat declarari?dic , ꝙ multum. quia ꝑ
illam ſententiam certum eſt expẽſas legitimas deberi, vt no.
Inn.in c.auditis.de procurato.& Io.And.tangit . à qua ſi non
fuit appellatum:nõ poterit appellari à taxatione facta poſt
decem dies à die illius ſententiæ:niſi in taxatione excedatur
modus.& ita dicit Inn.in d.c.ſæpe.etenim illa taxatio fuit pri
mæ ſententiæ executio:ſicut in ſimili no.glo.ff.qđ metus cã.l.
ſi cum exceptione.§.hoc autem.ad prædicta facit qđ no.In-
no.de effectu ſentẽtiæ latæ in vniuerſali generali iudicio, vt c.
conquerẽte.de offi.ordi.& Bart.ita ſentit de appella.l.ab exe
cutione.Refert tamen hic Pau.Inn.dicere,ꝙ à taxatione poſ
ſit appellari, vt ipſe no.qđ metꝰ.cau.c.fi.ſed Inn. ibi loquitur,
cum taxatio fit tempore ſentẽtiæ:vel abinde infra decẽ dies.
ſecus ſi poſtea,vt prædixi.Concludo ergo,ꝙ iudex condẽnan
46 do in expenſis,poteſt ſibi reſeruare taxationem.¶ † Sed quæ
ro nunquid poſſit ſibi in ſententia reſeruare condemnationẽ
expenſarum:vel parti ius agendi ad ipſas. videtur,ꝙ ſic.quia
actus,qui debet fieri certo tempore:poteſt per pactum in lõ
gius tempus prorogari.& poſtea celebratus trahitur retro,
vt l.Modeſtinus.ff.de ſol.vbi ceſſio præcedens ſolutionem re
ſeruat actionem:ſecus ſi ſequatur, niſi per pactum fuerit re-
ſeruatum tale ius, vt ibi patet.Item illud,quod fit poſt talem
reſeruationem,videtur trahi ad tempus reſeruationis : ſicut
contingit in aliis diſpoſitionibus,quæ ſequuntur , factæ alio
tempore,q̃ fiant.vt no.in c.rati.de reg.iur.lib.6. & l. qui po-
tior.ff.qui potio.in pig.hab.nam & ſententia non valet , vt l.
47 ait prętor.§.j.ff.de re iudi.† Item proteſtans aliquid ſe factu
rum,ſi poſtea facit,videtur tempore proteſtationis feciſſe.vt
l.à ſe.de hæredi.inſti.& l.ſi ita ſcripſero.de condi.& demon.
in illa enim l.à ſe valet inſtitutio facta in codicillis , poſtq̃ in
teſtamento præcedenti fuit facta mẽtio,ꝙ valeret: quę aliàs
eſſet inualida.ita hic cõdemnatio ſuper expenſis ex interual
lo poſt ſententiam non teneret: ſed valere debet , ſi fuerit in
ſententia reſeruata.vt ſic condemnatio , quæ fiet poſtea , ad
tempus ſententiæ referatur.& hoc videtur ſentire Accur. in
d.l.terminato.Io.An.j.de ſequeſt.poſ.& fruc. format iſtam
quæſtionem.& tenet contrarium.ſcilicet,ꝙ licèt poſſit reſer
uare taxationem:non tamen poteſtatem condemnandi : vel
parti poteſtatem agendi.Idem hic Pau. & Cy.in d.l. termina
to. Ego idem ſentio tali ratione,quæ eſt Pauli.connexa, &
vnita ſimul iudex non poteſt diuidere per iudicium. vt patet

in conuentione,& reconuentione,vt l.j.ff.quæ ſententiæ ſine
appella.reſcindan. & in poſſeſſorio,& petitorio.C. de iudic.
l.nulli.ſed expenſæ veniunt acceſſoriè ad litem principalem:
& iura volunt,ꝙ lite principali ſopita,remanet quęſtio expẽ
ſarum.ergo nõ poteſt iudex facere, qđ lex vetat. vt c.j. de re
iudi.¶ Item iſtud officium iudicis mercenariũ adhæret actio
ni principali,& inſtantiæ.qua finita,non videtur poſſe iudex
in longius prorogare.quia non habetur.vt d.l. terminato. &
l.Paulus.de iudi.& l.4.C.depoſiti.Non ob.iura.de quibus.s.
quia in eis reperiuntur extrema habilia ad ſubſiſtẽtiã actus,
qui geritur:poterit enim teſtator facere teſtamentum tem-
pore,quo voluerit in codicillis ; ita ꝙ non mirum iſto caſu,
ſi vna diſpoſitio ad aliam trahi poteſt. hic verò licèt extre-
mũ à quo eſſet habile:tamen extremum ad qđ non poterit
ſola iudicis voluntate habilitari. ideò non valet. & ꝙ quan-
do vna diſpoſitio refert ſe ad aliam:ac retrahitur, requirunt
extrema à quo , & ad qđ.habilia.vide Bar.ĩ l.ſi is q̃ ꝓ empto
re.ff.de vſuca.& dixi in c.is qui fidem.de ſponſa.¶ Circa iſtã
48 reſeruationem taxationis quæro .† Quid iuris,ſi iudicis re-
ſeruantis ſibi taxationem iuriſdictio expirauit.an ſucceſſor
in officio:vel ipſe idem taxabit.dicit Bar.ꝙ ſucceſſor,qñ ſuc
ceſſionem habet;quia reſeruat ſibi, vt iudici , non vt priua-
to:quia vt priuatus, non poſſet. & ex quo dicto patet verum
eſſe,quod ſupra dixi,ſcilicet quia in iſtis requiritur habilitas
extremorum de tempore ad quod: tamen in perſonæ quali-
tate,vt in iſta quæſtio.ad tempus à quo quid in poteſtate di-
ſponendi,vt in præcedenti.pro hoc l.poſt mortem.§. 1.ff.qñ
ex facto tu.& c.præſenti.de offi.dele.lib.6. & l.eum qui. §.iu
dicare.de iuriſdi.omnium.iudi. ¶ Sed quid dices,ſi iudex , q̃
delegauit non habet ſucceſſorem in officio ( puta delegatus)
videtur ſententia inualida ratione incertitudinis. cum enim
ſibi reſeruaret,vt priuato,& deleganti : non valet reſeruatio.
quia dixit,ſibi, ſiue nobis. uidetur quod voluit,non potuit:&
quod potuit,non fecit.ergo non valet actus , vt c. cum ſuper
Abbatia.de offi.de leg.Bar. tenet contrarium. & quòd dele-
gans poterit taxare,non obſtat, quòd reſeruauerit ſibi . iſta
enim adiectio,ſibi,nihil operatur.ff.de bono.poſſ.ſecundùm
tabu.l.ſi ita.§.q̃ filio. Reſeruauit enim ſibi. non reſpectu per
ſonę:ſed reſpectu iuriſdictionis.ſed iuriſdictio delegati,& iu
riſdictio ordinarij delegantis eſt eadem,vt l. qui mandatam.
ff.de offi.eius,cui manda.eſt iuriſdi.ergo ipſe delegans quaſi
idem,poterit facere dictam taxationem, vt ita not.Bar.in ꝑ-
dicta l.ab executore. ¶ Subſequenter iuxta prædicta quæro.
49 † Quomodo iudex in iſta taxatione debeat ſe habere. & quo
modo pars, q̃ petit expenſas circa expenſarũ probationem.
dic,expenſæ probantur per iuramentum,vt l.properandum.
§.ſiue autem. de iudi.quia enim minutatim fiunt,eſſet impoſ
ſibilis earum probatio per inſtrumenta,vel ſcripturam , vt l.
50 fi.§.in computatione.de iure delibe. † Iſtud autem iuramen-
tum debet præcedere taxationem iudicis : vt expenſas corã
eo exhibitas primò taxet:q̃ iuramentum deferat.in qua taxa
tione habebit conſiderationem ad quãtitatem cauſæ ex qua
debemus metiri expenſas. vt l.non ignoret.de fructi.& lit.ex
51 peñ.¶ Sed quæro.† Vtrùm poteſt in minus taxare,q̃ victor iu
rauerit ſe expendiſſe.videtur, ꝙ non in Auth.de iudi.§. opor
tet.colla.6.In contrarium facit.l. videamus.§. deferre. ff. de
in litem iuran.Sol.dic,ꝙ non põt,vt d. §.oportet.Nõ obſtat.
§.deferre.quia loquitur de iuramẽto affectionis.ſed iuramẽ-
tum ſuper expenſis eſt iuramentum veritatis.ratio differen-
tiæ eſt:quia ſi aliter taxaret,quàm iuratum fuerit: redargue-
ret iurantem de periurio.ſed aliter moderando iuramentum
affectionis,non redarguit eum de periurio:ſed de immode-
52 rata affectione.¶ † Sed nunquid iudex taxationem ſuam an-
te tale iuramentum poterit refrænare , & aliter taxare? dicit
Inn.ꝙ ſic.quia eſt quædam interlocutoria.& ita no.in c. vlti.
53 s.qđ metus cauſa.¶ † Vltimò pro declaratione præcedentiũ
ſubiicio quæſt.nunquid iſta taxatio,& iuramentum vendicet

ſibi locum,quãdo in inſtrumento dictum fuit, ꝙ deberet ſta
ri,& credi ſimplici dicto,vel iuramento creditoris de omni-
bus damnis,& expenſis litis,& extra.Io.And.remittit de iſta
qõne ad Spec.de ꝓbat.§.fin.ver. quid ſi.ibi vr̃ dicere,ꝙ talis
conuentio nihil operetur.idem Cy. in l.ſi quis in conſcriben
do.de epi.& cleri.Non obſt.l.iuſiurandum quod ex conuen-
tione.de iureiuran.quia poſt debitum contractum bene poſ-
ſum alicui deferre iuramentum.ſed de debito nondum con-
tracto iuramentum deferri non põt. ſicut dicimus de pacto
l.cõmiſſoriæ. ſcilicet vtrùm interponat̃ ab initio, vel ex poſt
facto,vt l.quis.vel Calipodius.de ſolu. Non obſtat.l.Theopõ
pus.de do.præle.qa illud in vltimis voluntatibus. Bart. dicit,
ꝙ ſi promitto ſtare tuo ſimplici dicto, vel tuo iuramento: ꝙ
illud me non obligat; quin ego poſſim hoc reuocare, anteq̃
tu declares.caſus eſt in l.ſi quis iuſiurandum.C. de re.cre.vbi
erat facta dilatio in iudicio: quæ habet vim ſtipulationis.vt l.
cum oſtendimus.de fideiuſ. & tamen poteſt reuocari. multò
magis ergo,ſi hoc eſt factum extra iudicium. ¶Si verò ante
talem reuocationem ille declaret: erit reducendum ad arbi-
trium boni viri.ita no.plenè in l.fi.ff.de præto. ſtipu.per iſta
ſit expedita quinta principalis quæſtio cum prædictis acceſ-
ſoriis. Ex quibus videtur in ſumma redigendo: habetis quo
iure expenſæ petuntur. Itẽ vtrùm præcedat incerta petitio,
& ſñia ſuper eis. & an iudex poſſit ſibi reſeruare taxationẽ,
vel condemnationem expenſarum: & an parti ius agendi. &
ſi poſt eius reſeruationem expirauit eius iuriſdictio, quis ta-
xabit. qualiter in taxatione debeat ſe habere. & an poſſit à
taxatione appellari: vel taxatio reuocari.& qualiter proben-
54 tur expenſæ. ¶†Sextò principaliter quæro vſq; ad quod tẽ-
pus iudex poſſit pronunciare ſuper expenſis, & duret eius
officium.ad hoc dico,quòd quandoq; expenſæ petuntur ra-
tione contumaciæ:vel ratione retardati proceſſus. quandoq;
ratione victoriæ. ¶Primo caſu expenſæ poſſunt peti ſtatim,
etiam nõ exſpectato fine litis.vt dixi ſupra in ſecunda qõne
principali circa fin.¶Sed hic occurrit dubium, ſi iudex non
condemnauit tunc, cum debuit: an duret amplius eius offi-
cium;ita quòd poſſit poſtea condemnare vſq; ad ſñiam diffi
nitiuam.videtur,ꝙ non.quia eadem eſt ratio de toto ad par-
tem,vt l.quæ de tota. ff. de rei ven. ſed ſopita lite per ſñiam,
non durat ſuper expenſis iudicis officiũ.niſi eadem die, vt l.
Paulus.ff.de re iudi.& c.cum ap.de appel.li.6.ergo idem, cũ
ſuper vno articulo eſt lis ſopita. contrariũ tenet Inno. in c.ſæ
pe.de appell. nam vſq; ad ſñiam poterit de illis expenſis co-
gnoſcere,& ferre ſententiam.& (quod plus eſt) ſi non appel-
lauit ab interlocutoria,qua fuit eius exceptio reprobata:non
poterit appellare ab illa vltima ſuper expenſis ferenda: quæ
deſcendit, & ſe refert ad primam interlocutoriam, quæ trã-
ſiuit in rem iudicatam.& cenſetur eius executio.Ita dicit ibi.
quod eſt not.pro limitatione dictæ l.Paulus. & c.cum appell.
Non ob.contrarium de l.Paulus.& c.cum apel. præalle.quia
loquuntur,cum finitur iudicis officium ſuper principali. nos
loquimur, cum non finitur nedum ſuper principali: ſed etiã
nec ſuper interlocutoria. qũo iudex poteſt reuocare, etiam
poſt decem dies. quia quò ad iudicem ſententia interlocuto
ria non tranſit in rem iudicatam: quin poſſit eam reuocare,
vt not.in c.cum ceſſante. de appella. ¶Et iuxta hoc quæro.
55 †Si iudex appellationis à grauamine non condemnauit in ex
pẽſis.ſed remiſit cauſam ad iudicem à quo, tanq̃ litigauerit:
an iudex à quo poterit condemnare in aliis expenſis factis
in cauſa appellationis. Refert hic Pau.Roſ.obtinuiſſe,quòd
prior iudex non poterit eum condemnare vlterius,niſi in fi-
ne.quod dictum iudicio meo caret ratione. ¶Negari enim
non poteſt per iſtam temerariam appellationem proceſſum
iudicis à quo fuiſſe retardatum.ergo veniunt expenſæ ſtatim
per l.non ignoret.de fruc. & li. expen. Præterea iudex à quo
ſuccedit loco iudicis appellationis. iſto caſu ergo debet ſu-
plere,quod ille omiſit.ſicut ecõuerſo iudex ad quem ſupplet
defectum iudicis à quo in condemnatione expẽſarum, vt eſt
caſus in l.fin.C.qñ prouo.non eſt neceſſe. ¶Vlterius quæro.
56 †Quando expenſæ petuntur ratione victoriæ: vſq; ad quod
tempus peti poſſint.& expreſsè dicit vſque ad ſñiam: & non
poſt.in l.terminato.C.de fruc. & lit. expen. Alia dicit, quòd
tota ea die,vt dicta l.Paulus. & c. cum app. poſtea ergo peti
non poterunt,vt dicta l.terminato.quod intelligo verũ,qua-
cunq; occaſione debeantur,ſiue ratione contumacię: ſiue rõ
ne retardati proceſſus, vel victoriæ:ſecus ſi iure actionis de-
ſcendentis ex contractu,vel teſtamento.vt eſt glo.in l. ſi mu-
57 lier. §.ſi rẽ .de leg.3.¶Sed occurrit hic dubium.†Quid ſi lis
finiatur aliter quàm per ſñiam.ad hoc rñdeo, ꝙ iudicium fi-
nitur multis modis aliis, q̃ per ſñiam.nam qñq; finitur per la
pſum inſtantiæ principalis: qñq; per deſertionem appellatio
nis: quandoq; per tranſactionem iuriſiurandi, vel ſolutionẽ
debiti:qñq; per interitum rei,quæ in iudicio eſt deducta:quã
doq; per renunciationem litis,& inſtantiæ.In oĩbus aliis caſi
bus dubitari põt:quid erit de expen. litis finitæ altero ex præ
58 dictis modis.proſequor ſingulos caſus ſeparatim.¶†Primus
fuit,cum tempus inſtantiæ expirauit lapſu fortè triennij. qd
erit de expenſis.Cy.de facto conſuluit, & conſultus reſpon-
dit,quòd reus poterit petere à iudice ſe abſolui ab inſtantia
iudicii,quæ non perit ipſo iure:ſed per ſententiam iudicis ab
ſoluentis partes ab ea.alleg.l.fi. C.vt infra cert.tem. crimi.qõ
termi.Non ob.l.properandum.§.ſi.quia intelligit verbũ,ca-
dat,ſcilicet per ſententiam:non per curſum triennii. Ita dicit
in dicta l.properandum.§.ſi aũt vtraq;.& §.fin.¶†Secundus
59 caſus eſt, cum deſeritur appellatio: an poſſint peti expenſæ,
& coram quo iudice.dñs Feder. de Senis conſuluit ſuper iſto
puncto conſilio.128.& ibi concludit, quòd peti poſſit corã
iudice appellationis: cuius debet eſſe cognitio,an ſit deſerta
appellatio,necne.quia ad ipſum pertinet cognoſcere, an ſua
ſit iuriſdictio,necne.de appe.c.Romana.§. ſi verò vocatis.li.
6.Si ergo de deſertione cognoſcit:ergo & de expẽſis. & licèt
non ſit competens propter deſertionem in proſecutione ap-
pel.tñ fuit competens ſuper cognitione illius articuli, & ex-
penſis.vt eſt caſus in fi.ſupra de reſcrip.c.fi.& ibi glo. & eod.
titu.c.1.in cle.ita dicit ſentire Io.An.de appel.c.1.lib.6.& ſu
per eodem verbo.idem ſentit Archi. ego pro iſta opin. alle-
go tex.c.ex parte.ſupra de reſcrip.in fi.& c.cum olim.2.infra
60 de priuile.¶†Tertius caſus eſt, quando per tranſactionẽ iu-
riſiuran.& ſi.pone exemplum.tranſegi de lite, vt retento fun
do,dares mihi centum. de expenſis nihil eſt dictum. detuliſti
iuramentum, & iuraui rem meam eſſe. quid erit de expenſis
*S V M M Æ.*

1 *Reus, contra quem facta eſt miſſio: ſi docet ſe non fuiſſe contumacem, non condemnatur in expenſis.*
2 *Conſuetudo loci, vbi cauſa cognoſcitur, eſt reſeruanda, & ſecundùm eam procedendum.*
3 *Cōſuetudo laudabilis laicorū ſeruanda eſt, etiam in foro eccleſiaſtico.*
4 *Delegatus à latere pōt decernere miſſionem cauſa rei ſeruādæ ex primo decreto.*
5 *Præſtatio cautionis de iudicio ſiſti coram ſucceſſore delegantis non inducit deſertionem appellationis interpoſitæ à grauamine delegati.*
6 *Condemnatio expenſarum facta poſt appellationem non retardat reſciſſionem primi decreti, præſtita cautione de iudicio ſiſti.*
7 *Iudex tempore interpoſitionis primi decreti poteſt taxare expenſas.*
8 *Sententia lata ſuper expenſis per iudicem à quo poteſt reformari per iudicem appellationis: quanquam appellatio fuerit fruſtratoria.*
9 *Contumax condemnatur in expenſis factis in lite. Et hoc niſi receſſerit appellans. nu. 14.*
10 *Commiſſio ſi facta eſt iudici, quòd procedat in cauſa ſecundùm certā legem. ſi vult procedere ſecundùm aliam, poteſt appellari.*
11 *Miſſio quando facta eſt propter contumaciam, quæ expenſæ veniāt reficiendæ.*
12 *Sententia poteſt ferri incerta ſuper expenſis, quæ nondum conſtant.*
13 *Dubietate pendente, an appellatio ſit legitima, miſſio debet reuocari, niſi præſtetur cautio.*
15 *Rectores Marchiæ communiter habent priuilegium cognoſcēdi de appellationibus interpoſitis ad Papam.*

1 CVm veniſſent. Habeo iſtud. c. ꝓ
ſubtili. & h. d. † Si
reus, contra quē facta eſt miſſio, docet ſe nō fuiſ-
ſet contumacem: non condemnabitur ad expen. Primò po-
nit factum coram Papa narratum querelæ, vel appellationis
remedio. Secundò dat iudices. ſecunda ibi [nos igitur.] ¶Pri
mò no. quòd laicus trahitur coram legato Papæ. quod eſt ve
rum, ſi eſt de terris, quæ ſunt de temporali iuriſdictione Ec-
cleſiæ. ſecus ſi de terris Imperij, etiam vacāte Imperio. vt no.
2 Spec. in ti. 2. §. nunc oſtendendum. ver. 11. ¶Secundò not. †
quòd ſecundùm conſuetudinem loci, vbi cauſa cognoſcitur,
eſt in cauſa procedendum. ſi autē diuerſa eſt cōſuetudo acto
ris, & rei. quam debet ſequi iudex, no. Inn. de conſue. in rub.
& 12. di. c. illud. & in Spec. de ſen. prola. §. qualiter. poſt prin.
3 & de feriis. §. 1. ver. ſed pone. ¶Tertiò no. † quòd etiam in fo
ro eccleſiaſtico ſeruanda eſt laudabilis conſuetudo laicorū.
concor. quod notatur in l. ex ea. de poſtu. & Bar. no. in l. om-
nes populi. ff. de iuſti. & iur. vbi tenet, quòd etiam clerici tenē
tur ad eius obſeruantiam. Canoniſtę tenent contrarium per
c. quæ in eccleſiarum. & cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti.
¶Quartò not. quòd delegatus cauſam delegat. & ſi appella-
tur, poteſt à ſententia delegati appellari ad Papā, & ſic omiſ-
ſo medio. quod dic, vt le. & not. ſupra de offi. delega. c. ſuper
4 quæſtionum. ¶Quintò not. † quòd delegatus à latere poteſt
decernere miſſionem cauſa rei ſeruandæ ex primo decreto.
an autem delegatus ob ordinario hoc poſſet. dic vt no. Hoſt.
in ſumma de offi. deleg. §. quod delegari. verſi. delegatur ali-
quando. & ff. de dam. infec. l. 4. §. duas. facit quod not. Bart. in
5 l. à diuo Pio. ff. de re iudi. ¶Sextò not. † quòd præſtatio cau-
tionis de iudicio ſiſti coram ſucceſſore delegantis non indu-
cit deſertionem appellationis interpoſitæ à grauamine dele-
6 gati. de quo infra dicam. ¶Septimò no. † quòd condemnatio
expenſarum facta poſt appellationem non retardat reſciſſio
nē primi decreti, præſtita cautione de iudicio ſiſti. quare au
tē ſi appellatio fuit iuſta, fuit potius præſtita cautio: quàm re
7 fectio expenſarum. infra ſubiiciam. ¶Octauò not. † quòd iu
dex tempore interpoſitionis primi decreti taxat expēſas. nec
hic reprobatur taxatio, ſed exceſſus in modo. Et aduerte ēt,
quia innuit iſte text. quòd propter contumaciam peruenitur
ad primum decretum: & taxantur omnes expen. factæ in cā,
vſq; ad tempus illius primi decreti. ego credo, quòd omnes
expen. contumaciæ. & non aliæ, per l. ſancimus. C. de iudi. &
8 in c. cum dilecti. in fi. ſupra titu. 1. ¶Nonò not. † quòd ſenten
tia lata ſuper expenſis per iudicem à quo (quāquam appella
tio fuerit fruſtratoria) in melius reformatur per iudicem ap-
pellationis. & ſic licèt fruſtratoriè appellans debeat ſuccum-
bere: grauamen tamen vltra iura debitum ſibi illatum reuo-
catur. fruſtratoria ergo appellatio deuoluit cām ad iudicē ap
pellationis quò ad illa, q̄ poſt talē appellationē iudex à quo
iniuſtè, vel pperā egiſſet. qđ eſt notandum. ¶Decimò not. ꝙ
coram iudice à quo, ſiue eo, qui ſuccedit in eius loco, pōt pe
ti reuocatio tenutæ, & præſtari cautio. nec pro hoc reus renū
ciat appellationi ſuæ. quomodo aūt hoc ꝓcedat, laborāt hic
9 Doc. & infra dicam. ¶Vndecimò no. † ꝙ contumax condē-
natur in expenſis factis in lite: an aūt in expenſis factis in re,
10 in qua eſt miſſio facta. dic vt in gl. no. ¶Duodecimò no. † ꝙ
ſi cōmiſſum eſt iudici, quòd procedat in cauſa ſecūdùm cer-
tam legem: & velit procedere ſecūdùm aliam, poterit appel
lari. An aūt proceſſus ſuus ſit ipſo iure nullus. videtur, quòd
ſic. quia eſt omiſſus modus, vt in c. Piſanis. de reſt. ſpo. & in c.
cum dilectus. de reſcrip. ¶In cōtrarium facit ille tex. ſi enim

fuiſſet proceſſus nullus,non fuiſſet expediens appellare,vt in
l.ſi expreſſum.ff.de app.Credo,ꝙ proceſſus valuerit:niſi fuiſ
ſet appellatum.arg.optimum in cle.ſępe.in fin.de ver.ſigni.
facit quod not.in l.j.in prin.ff.de iudi.& c.exhibita.de iudic.
11 ¶Tertiodecimò no.†q̃ñ miſsio facta eſt propter contuma-
ciam,expenſæ factę in re,in qua facta eſt miſsio, veniunt re-
ſtituendæ:non ſolùm expen.lit.ſed etiam factæ circa rẽ:non
ſolùm neceſſarię:ſed etiam vtiles,quas expendit.aliàs ſecus,
ſm̃ Inno.Hoſt.dicit,ꝙ licèt dictum Inno.posſit eſſe verũ de
rigore:de æquitate tamen canonica nõ videtur, ꝙ teneatur,
niſi ad neceſſarias.vt hic.& ſ.de dolo,& contuma.c.j. de pœ
nis.c.tuam.facit qđ no.in Auth.ei qui.C.de bo.auc.iudi.poſ.
vbi dicit gl.ꝙ licèt debeat fieri miſsio pro menſura debiti:tñ
ſi capitur res,quæ indiget expenſis(vt equus.)debet fieri miſ
ſio in re maioris æſtimationis,q̃ ſit menſura debiti.qđ no.
12 ¶Quartodecimò no.†ꝙ ſnĩa datur hic incerta ſuper expen.
de quibus adhuc non conſtabat.vel hic non daĩ ſnĩa:ſed qua
liter fieri debeat,declaraĩ.qđ dic vt no.de procu.c.auditis.&
de dolo,& contu.c.finem litibus.Opponitur.Papa hic reſpõ
det,ꝙ ſi iſte P.notabiliter appellauit:non tenetur ad reſtitu-
tionem expenſarum.& in hoc bene.ſed inquantum præcisè
receperit cautionem,videtur malè dictum:qa ſi non erat cõ
tumax: non debuit cautionem præſtare.hic aũt præcisè cau
tionis pręſtatio ſalua manet.ergo malè.So.dicunt quidam,ꝙ
hoc noluit ille.P.ſcilicet differre poſſesſionis recuperationẽ:
donec ꝓbaret appellationẽ legitimã de iure.ergo conſequẽ
ter,cum iudex non debuerit poſt appellationem ad miſsio-
nẽ ꝓcedere:debuiſſet ſtatim dicta miſsio reuocari. Vel dic,
13 †ꝙ dubietate pendente,ſit appellatio legitima,nec ne:nõ de
bet miſsio reuocari,niſi pręſtetur cautio:imò plus, quia di-
cit etiam reſtitui expenſas,ſi ſint certæ.aliàs ſi incertæ,& lon
giores probationes requirant,nõ retardabiĩ reſtitutio poſ-
ſesſionis:ſed fiet ſtatim,ſola oblata cautione,& poſtea cogno
ſcet iudex de appellatione.& ſi inuenerit eam illegitimam,
faciet miſſo reſtitui expenſas.aliàs non.& ſic intellige,quod
hic dicit.& hoc contingit duplici rõne. ¶ Primò quia parũ
amittit qui poſſesſionẽ cã cuſtodiæ asſignatam reſtituit, ex
quò aduerſarius paratus eſt ſtare iuri:imò expedit ei, ꝙ ſic
fiat.qa cum posſit tñ differri cognitio:ꝙ deficerent ſibi pro
bationes.à quò periculo liberaĩ quantò citius ipſas offerat.
¶Secunda ratio eſt,qa ex appellatione inſurgit dubium. &
iõ fuit ſibi in dubium deferendũ,vt no.j.de appel.c.fi.§.ex-
ceſſu quoq; dubio.& qua pendente, nihil fuerat innouandũ.
j.de appel.c.dilecti.j.in fin.¶Et iõ nec miſsio in poſſesſionẽ
fieri debuit:expenſarum aũt reſtitutio iõ retardaĩ;qa incertę
14 ſunt.Conclude,†ꝙ licèt expenſæ factæ parte contumace ve-
niãt reſtituendæ,ante q̃ audiatur contumax.illud eſt verum,
niſi contumax recesſiſſet appellans:quia tunc non ſunt cer-
tæ,vel certificãdę.de facili dẽt fieri ſtatim reſtitutio ſola cau
tione oblata.qd ergo,ſi qs dicit ſe nõ contumacẽ alia rõne,
q̃ appellationis(puta quia captus à latrũculis: vel pons fra-
ctus.vel aliqd tale)an añ refuſionẽ expenſarũ,& ſine cautio
ne debeat audiri,& miſsio reuocari.dic,ꝙ talis recupat poſ-
ſesſionẽ, ẽt non reſtitutis expẽſis:ſed bñ teneĩ cautionẽ præ
ſtare,vt no.Inn.j.c.ꝓxi.in fi.gl.magnæ.& ibi in nouella. ¶Si
ergo reuocaĩ in dubiũ,ſit aliqs contumax,necne. dubietate
pendẽ.teneĩ ad cautionẽ:nõ aũt ad expẽ.& cautione oblata,
poſſesſionẽ recuperet.& hoc vult iſtud.c.cum duplex eſt, vt
dixi.¶Scđò oppo.dr̃ hic,ꝙ ſi non tenuit appellatio: tenebiĩ
ille ad expenſas neceſſarias.nõ autem ad taxatas. Sed cõtra
imò vr̃,ꝙ teneaĩ ad taxatas.qa ſi appellatio non tenuit.ergo
taxatio expẽſarum tranſiuit in rem iudicatam,vt c. dilecti.ſ.
de elec.& c.cũ ceſſante.de appel.Et ꝓſertim. qa ſi appellatio
eſt fruſtratoria,& ſnĩa ſubſecuta,nõ põt appellans fruſtrato
riè querelare,vt c.j.de dolo,& contu.in cle.¶Sol. ſecundùm
Goff.cuius eſt oppo.hic nõ ſup neceſſariis expẽſis:ſed ſuper
voluntariis pronunciauit iudex.vel qa dubitabaĩ de iurib. ap
pellationis (manent.n.oĩa in ſuſpenſio)vel non fuit interlocu
tio.q non oĩa verba iudicis,&c.C. de ſenten.l. ex ſtipulatio.
Vel dic,vt dixi.ſ.in 9.notabili.ꝙ ſecuta poſt appellationem,
q̃ fruſtratoriè declaraĩ:ſi iniuſtè ſunt intentata per iudicẽ à
a quo,[a] debent ꝑ iudicẽ appellationis reuocari. qa iniuſta ap-
pellatio ꝑtis nõ dẽt firmare.q̃ ꝑ iudicẽ à quo perperã,vel ini
què poſtmodum geſta ſunt.qđ tene menti ꝓ limitatione cle.
j.de dolo,& contu.¶Tertiò opponiĩ.dr̃ hic,ꝙ dẽt diſcuti, ſit
iuſta appellatio,necne.contra Pe.obtulit cautionem de ſtan
do iuri corã ſucceſſore delegati.q cãm delegauit.ergo. vr̃ ap
pellationi renunciaſſe,vt in iuribus allega.in glo.ꝑ hãc ſo.di-
cit gl.ꝙ eſt dubiũ,an ꝑ iſtã oblationẽ cautionis videaĩ appel
lationi renunciaſſe.quidã ꝙ ſic,vt Io.¶Sed contrariũ innuit
ille tex.Si.n.videretur renunciaſſe:non mandaret Papa inq-
ri de meritis appellationis.dicunt ergo alii,ꝙ iõ non renun-
ciauit,qa aduerſarius cõtradixit.nec voluit ipſam recipere.
ideò non põt dicere renũciatum appellationi:cum impugnã
tre renunciatio.ar.de pac.c.niſi cũ pridẽ.facit qđ dicimus, ꝙ
ex poſitione negata, nõ põt aduerſarius appellare,vt in Spe.
de poſit.§.8.vel dic tertiò.ꝙ iſtẽ Pe.non dixit hoc, conquerẽ
do.& ſic coram honeſta perſona ꝓteſtando. ꝙ propter hoc
15 appellationi non renunciabit. Alii dicũt,†ꝙ iſte legatus po
terat ex priuilegio cognoſcere de appellationibus interpoſi
tis ad Papam.& hoc priuilegiũ hñt cõiter rectores Marchiæ.
Alii dicũt,ꝙ iõ vr̃ renunciaſſe:qa non comparuit coram de-
legatis,à quibus appellauit.ſed coram ſucceſſore legati, qui
cauſam delegauit.hæc non vr̃ bona.qa poſt appellationẽ ad
Papam,conquerendo de facto delegatorum coram delegan
te:vr̃ appellationi renunciaſſe.j.de appel.c.ſolicitudinẽ. Alii
dicunt,ꝙ cognouit iſte legatus,vt inſtructum remitteret. qđ
poteſt,vt no.j.de app.c.conſtitutus.vel aliter ſecundùm Pe.
& Ab.iſta Decre.hoc intendit,ꝙ ei expen.contumaciæ reſti
tuit, qui probat ſe prius legitimè appellaſſe.licèt poſtea ap
pellationi renunciet.nam adeundo inferiorem renunciat ap
pellationi interpoſitæ ad Papam.vt d.c.ſolicitudinẽ. & hæc
opinio optimè probaĩ.j.de ſen.excõi.c.licèt.lib.6. & qđ no.
Spe.in ti.de primo decreto.§.iam de effectu. ver. ſed quid ſi
iudex:¶Quartò opp.iſte Pe.erat laicus,& reus. ergo debuit
conueniri coram iudice ſeculari:non coram legato,vt in c.ſi
clericus laicum.de fo.compe.hic autem dicit contrarium. er
go & c.So.vt dixi.ſ.in primo notabili.

ADDITIO.

a¶ Per iudicem à quo.dicunt,ꝙ non ex hoc iniquè ſententiata per iudicẽ
à quo confirmantur,ꝙ quis renũciauit ſuæ iuſtę appellati. ſecũdũ Io.An

*SVMMAE.*

1 *Reus ſi citatus ſe abſentat:nec procurator,vel alius,illum defendat,
mittitur actor in poſſeſſionem rei petitæ cauſa cuſtodiæ.*
2 *Citari aliquis poteſt per edictum.*
3 *Citatus ſemel ad cauſam,ſi ſe abſentat,debet procuratorem dimitte-
re.& nu.5.*
4 *Forma citationis illius,qui poſt citationem ſe abſentat.*
6 *Citatio ad domum ſe abſentãtis an ſufficiat vſq; ad finem capi.*
7 *Culpa commiſſa quò ad vnam actum,non reputat quem ſuſpectum
quò ad alium.*
8 *Abſens propter contumaciam ſi paſſus eſt miſſionem: deinde appa-
ret,& vult probare ſe fuiſſe abſentem ex neceſſaria cauſa: an de
beat poſſeſſionem recuperare.*
9 *Iudex ſi ſeruatis ſolemnitatibus fecit miſſionem.vel venditionem cõ
tra contumacem:deinde comparet contumax,& probat debitum
fuiſſe ſolutum:an debeat audiri.*
10 *Vagabundus quomodo citetur:& quis dicatur propriè vagabũdus,
remiſſiuè.*

1 SI aduerſarius. †Si reus citatus ſe
abſentat: nec pro-
cura.vel alius illum defendat:mittitur actor in poſſeſ-
ſionem



ſionem rei petitæ cauſa cuſtodiæ.h.d.Et non diuiditur¶Pri-
2 mò no.†ꝙ citatur quis per edictum. & olim fiebant citatio-
nes per edicta, vel per executores miſſos ad domũ. C.de ꝑ-
ſcriptio.30.ann.l.cũ notisſimi.vel per præconẽ. vt d.l.diuus.
ff.de in integ.reſt.& C.qũo & qñ iudex.Aut.qui ſemel.hodie
per nuncios,& per literas.de appel.c.cum parati.&.4.q.5.c.
1.& de offi.dele.c. prudentiam. de hoc in Spec. de citatione.
3 §.ſequitur.in prin.& ver. annota. ¶Secundò not.†ꝙ ſi ſemel
citatus ad cauſam,poſtea ſe abſentat:tenetur ꝓcuratorem di
4 mittere.de quo infra dicã.¶Tertiò no. †formã citationis il-
lius,qui poſt citationem ſe abſentauit.debet.n.publicè ad do
mum eius denunciare. ſi quis velit eũ defendere.& põdera.
quia non dicit tex.quia debeant citari nominatim cõſangui-
nei,& affines: ſed tm̃,ꝙ apud domũ publicè nuncierur. & ſic
non vr̃,ꝙ neceſſariò ſint vocandi.quod eſt fortè verũ in ma-
ioribus.Si aũt illi,cõtra quos ꝓcediĩ,ſunt minores.dic vt no.
ff.qui ex cau.in poſ.ea.l.hæc aũt.§.1.ꝑ gl.& ꝑ Bar.hic aũt ſen
tit Inn.& poſt eum Doc.ꝙ in maioribus, ſicut in minoribus,
ſit expediens requiſitio conſanguineorum, & amicorum.qđ
dic ꝑ Cy. in l.cũ ꝓponas.C.de bo.auct.iud.posſi.in 9.q. vbi
tenet poſt Pe. ꝙ non ſit expediens. ¶Quartò hic colligitur,
ꝙ niſi citatio prius apprehendiſſet citatum, non ſufficeret ci
tatio publicè domi facta quò ad miſsionem in poſſesſionem
cã cuſtodiæ.& ſic vr̃,ꝙ ꝑ citationẽ factam ad domũ,nõ poſ-
ſit ꝑueniri ad primũ decretũ:in quo vr̃ requirere latitationẽ:
ſicut in ſecundo.de quo tñ dubitant Doctores; quia ꝑ ipſam
patiuntur abſentes cã reipublicæ,& pupilli,q non pñt dici la
titare.qđ dic ꝑ Bar.in l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.qbus
ex cau.in poſ.ea.& l.ſi finita.§.Iulianus.ff de dam.infe. ¶Op
5 ponit.dr̃ hic,†ꝙ ille,qui ſe abſentauit, debet dimittere ꝓcu-
ratorem.Sed contra de l.nec nõ.ff.qb. ex cau.ma. ¶So.ibi lo
quitur de eo,qui nõ potuit dimittere.vel dimiſit, & mortuus
eſt,vt ff.eo.ti.l.ſed & ſi.Tu latius in hoc diſtingue.an.ſ.q ſe ab
ſentat,teneaĩ dimittere ꝓcuratorẽ.aut q̃ris an teneaĩ: vt non
currat ꝑſcriptio contra eum.aut non ꝓcedatur vi contra eũ
in iudicio.Primo caſu dicendum eſt,ꝙ dimittere teneĩ,vt l.1.
ff.de diuer.& tempo.ꝑſcrip.Secũdo caſu diſtingue. aut impe
dit qs cã neceſſaria:aut voluntaria.& ſi ex cã voluntaria: tũc
teneĩ ꝓcuratorem dimittere.& ſi nõ dimiſit,& ꝓcedaĩ cõtra
eum,tenet ꝓceſſus,vt ff. eumqui appellat in prouincia defen
di.l.1.& 2.¶Si verò impediĩ cã neceſſaria: & refert.aut ne-
ceſſaria nõ ꝓbabili,vt in exbannito.& teneĩ dimittere: aliàs
tenet ꝓceſſus contra eum habitus,vt ff.qui.ex cau.ma.l.ſed ſi
per prætorem.§.1.& l.Papinianus.ff.de minori. aut dicta cã
eſt neceſſaria,& probabilis(quia infirmus.)& ſubdiſtingue.
aut contingit illud impedimentum ante lit. conteſt. aut poſt.
¶Si ante,non tenetur conſtituere procuratorem: neq; tenet
proceſſus contra eum,vt ff.ſi quis cau.l.2.ſi verò illud impe-
dimentum contingit poſt lit. conte. & tunc aut tale impedi-
mentum eſt modico tpe duraturum:aut multo tpe.primo ca
ſu non teneĩ dimittere, vt ff.de re iud.l.q̃ſitum. ſcđo caſu te-
neĩ,vt l.eundem.ff. de leg. & ad hanc diſtinctionẽ de abſente
cã voluntaria,& cã neceſſaria ꝓbabili,vel non ꝓbabili:vel cã
ꝓbabili tm̃.dic vt plenè no.ff.de in inte.reſti.ti.gñali. in l.fin.
6 ¶Quærit hic Inn. & poſt eũ Doc. †an ſufficiat citatio ad do
mum.q mihi non loquiĩ multum clarè.& Doc. qua ſi appa-
ratum eius recitant,ꝓut iacet: cuius intentio ad intelligentiã
eã reducendo mihi vr̃,ꝙ ſit iſta. qa aut loquimur de eo, q ſe
mel fuit in iudicio:aut de eo,q nunq̃ fuit. primo caſu, aut cũ
eo, q fuit in iudicio, fuit lis conteſt.& ꝑt ꝓcedi ad diffinitiuã
ſnĩam,ſi liquet de cã:vel ad alia,ſi non liquet,iuxta not.ſ.ti.1.
c.ꝓut.& erit validus iſte ꝓceſſus,ẽt ꝑ ſolam citationẽ ad do-
mum.qa poſtq̃ fuit lis conteſt.ſemp præſumiĩ latitare, ſi nõ
reperiĩ.facit.C.de iudi. l.properandũ. §.& ſi quidẽ.& ſequẽ.
¶Si aũt cum eo non fuit lis conteſt. & tunc aut erat talis cau
ſa,in qua litis conteſt.non exigiĩ:& põt, vel nõ põt procedi
ad ſnĩam,vt ſup.prox. membro. ¶Si aũt nõ erat talis cã: tũc
poteſt procedi ad misſionem,& alia remedia,de quibus in c.
quoniam frequenter.in fi.ſ.vt lit.non conte. Secundo caſu ta
men loquimur in eo,qui nunquam fuit in iudicio: & tunc ip-
ſe tenebit in certo loco morari(vt clericus in eccleſia,& ma-
ritus cum vxore:)& tunc ſimiliter ſufficit citatio ad domum,
ſi non reperitur in illo loco; quia præſumitur latitare. quod
poteſt eſſe verum,ſi agatur de ipſa eccleſia, vel matrimonio:
vel fortè in cã prorſus extranea non vr̃ imputandum illi non
7 reſidenti in loco, in quo debet, ſi non reperitur: †ſicut culpa
commiſſa quò ad vnum actum, non reputat quem ſuſpectũ
quò ad aliũ,vt ff.de ſuſpe.tu.l.3.§.quæri põt. & in reg. ſemel
malus.&c.¶Si aũt non tenetur qs in certo loco morari: tunc
ſi tenetur ſoluere in certo loco(ſi ibi nõ reperiĩ in termino)
vr̃ latitare.ſicut dixi in clerico, & marito.contrariũ tenet ip-
ſe,quia ille non aſtringitur,ſicut illic, ibi eſſe. ¶Si verò obli-
gatio non ſe refert ad certũ locum. & non põt ſibi culpa im-
putari:ita ꝙ non vr̃ latitare per illos modos,qui no.in l.Fulc.
§.quid ſit latitare.ff.qui. ex cau.in poſ.ea. & tunc an ſufficiat
prima citatio ad domum,diſtingue. qa aut reperitur in eadẽ
ciuitate:& tunc ſufficit.aut non reperiĩ: & tunc non ſufficit:
licèt iſte tex.à contrario ſenſu innuat,quòd nõ ſufficiat, ſi ci
tatio ipm̃ à principio non apprehẽdit. de quo dic ꝑ Bar.in l.
4.§.ait ꝑtor.ff.de dam.infec.Et ibi ꝑ eum vide. vbi ſufficit,ꝙ
non reperiaĩ in ciuitate.tñ Inn.hic vr̃,ꝙ ſufficiat quò ad pri-
mum decretum,ẽt cõtra pupillum,& abſentẽ cã reipublicæ:
quantùm verò ad ſnĩam diffinitiuã in caſibus, in quibus põt
ferri lite non conteſt.vel quantùm ad venditionem. tenet, ꝙ
non ſufficit citatio ad domum: vbi reus non malitioſè ſe ab-
ſentauit.ſecus ſi malitioſè.puta poſt citationẽ:vel ꝑ alias cõ-
iecturas de malitia conſtat; qa tenebaĩ certo loco morari,&
ſim.vt ꝑdixi vt d.§.qd ſit latitare.Et hęc hñt locum, cũ q̃riĩ,
vtrùm ſufficit citatio ad domum, quò ad ꝓcedendum in cã.
¶Sed quid dices quò ad receptionem teſtium?Io. An. plenè
ponit in reg.ꝓſumit.in mercu.vbi ita diſtinguit. aut q̃riĩ,vtrũ
teſtes posſint recipi ĩ caſu publicationis ad ꝑpetuã rei memo
moriam ex ꝑte rei. & qñq; ex parte actoris, vt dixi in c. qm̃
frequenter.ſ.vt lite non conte.& hoc caſu reqriĩ vera contu-
macia.& ſic debet intelligi, qđ no.Inn.in c.ſignificauit.de te
ſti.verã contumaciam intelligo,ſi fuit ꝑſonaliter citatus: vel
latitet: vel culpabiliter abſens ſit. & ſicut poſſet ꝑ citationẽ
ad domum ꝓcedi iſtis caſibus ad diffinitiuam in caſibus, in
qbus non requiriĩ litis conte.& ad vendi.rerum: ita ẽt posſit
in caſu huius publicatio.¶Qñq; q̃riĩ de receptione,q̃ ſit; qa
timeĩ de morte:vel abſentia diuturna.& illa põt fieri,ẽt cita-
to illo ad domum:vel ẽt non citato,d.c.qm̃ frequenter.Nam
malè ꝓuideĩ periculo, ſi expectaremus verã contumaciã.5.
d.c.baptizari.& eſt modici ꝑiudicij iſta receptio, vt d.c.quia
frequenter.¶Qñq; q̃riĩ de receptione teſtiũ in cã principa-
li.& tunc aut añ lit.conte.& hoc caſu contra actorem, q litẽ
mouit,ſufficit citatio ad domum: & ẽt contra reum ſup exce
ptione dilatoria, quã ꝓponit.& hoc ꝑꝑ litẽ inchoatã, vt l.ꝓ
perandum.§.ſi aũt ex geſtis.C.de iudi.& c.cãm q̃.de dolo,&
contu.¶Si verò actor lit.non cõteſt.ꝓduxit teſtes ſup.princi
pali.dico illam contumaciam veram requiri in ꝓductione,q̃
reqĩ in tali ꝓceſſu.ſ.ꝑ citationem ꝑſonalem, vel occultatio-
nem doloſam.poſt lit.aũt conte.ex parte actoris, & rei talis
productio fieri põt.nec mirum. quia tunc põt ad ſnĩam pro-
cedi:vñ ſi conceditur finis.ſimiliter ea, ꝑ quæ ꝑueniĩ ad finẽ.
vt l.ad rem mobilem.& l.alle. de ꝓcura.de iſta receptione te
ſtium ad ꝑpetuam rei memoriã, & ꝓceſſu facto ꝑ citationẽ
ad domum vide plenè ꝑ Bar.in l.3.§.ait prætor. de dã.infec.
& qũo fiet iſta inueſtigatio.& an ſufficiet citatio ad ſtationẽ.
& quid ſi vna parte anni moratur in vna domo.& alia in alia.
de qua eſt gl.in cle.cãm.de elec.& quid ſi nõ habet habitatio
nem.& an ſit neceſſe,ꝙ inueſtigeĩ,ſi dimiſit procuratorẽ,q̃m.
debuit dimittere, vt in tex.de his oĩbus vide ibi per eum.& ſi
examineĩ teſtes cõtra aliq̃m ad ꝑpetuã rei memoriã ſm̃ no.

in c.Albericus,& c.ſignificauit.de teſti.an ſufficiat citatio ad
domum.dic,vt ibi,& in reg.præſumitur.in mercu. ¶Secũdò
8 †quæro,ſi abſens propter contumaciam paſſus eſt miſsionẽ.
deinde apparet:& vult ſe probare abſentem ex neceſſaria cã
fuiſſe,an debeat poſſesſionem recuperare etiam veram,pro-
bata neceſſaria cauſa abſentiæ.dicit Inn.ꝙ ſic:nec tenebitur
reſtituere expẽſas factas ab aduerſario,niſi factę fuerint cir-
ca rem ipſam.de quo remittit Io.An.ad Spe.de cita.§.ſequit.
9 ver.ſed an reo.¶Tertiò circa hoc quæritur.†ſi iudex ſerua-
tis ſolemnitatibus fecit miſsionem,& vendicationem contra
contumacem.deinde comparet,& probat debitum fuiſſe ſo
lutum:an debeat audiri;ita ꝙ venditio,& miſsio, & etiam ſe
cundum decretum ſit nullum.Bar.poſt Iac.de Are.tenet;ꝙ
debeat reſcindi,vt l.Fulcinius.§.& cum hoc.ff. qui.ex cau.in
poſ.ea.Inno,no.ſ.de dila.c.2.ꝙ dolus iſtius petentis debitũ
ſolutum præponderat culpæ contumaciæ.an autem ipſo iu-
re,vel ope reſtitutionis.dic vt d.l.Fulcinius.§. ſi quis poſſede
rit.& l.Imperatorẽ.ff.de priui.cred.& l.ignorare. C. de reſti.
10 mili,per Cy.¶Quartò poſt Inno.†quæro, quomodo citabit
vagabundus.& quis dicatur propriè vagabundus.dic ꝑ Bar.
in d.l.4.§.ait prætor.ff.de dam.infec.

# Vt lite pend. nil innouetur.

DICTVM eſt.ſ.quòd propter cõtumaciam
circa ſtatum cauſæ,& rerum aliqs ſtatus mu
tatur.verùm qa qñq; partes ſunt pñtes. & al
tera partium aliquid attentare nititur:ideo,
an ſit licitum,ſubiicitur in hac rub.habeť de
materia, 11.q.1.c.ſi.16.q.4.c. nolumus.repe
titur in.6.& cle.j.eo.ti.& cõuenit.ſ.de conſti.c.cum M. in ſi.
per Inn.& de accu.c.olim.qñ autem dicatur lis pendere.dic
vt in cle.2.eo.titu.

*S V M M AE.*

1 *Reus priuari non debet commodo poſſeſſionis ſuæ,lite pendente, & nu.4.*
2 *Papa per ſimplicem prohibitionem,non videtur reuocare priuilegia antiqua,*
3 *Inſignia dignitatis deferre in aliena prouincia,non eſt licitum: quando ex tali delatione denotatur præeminentia in loco.*

1 A Memoria. †Lite penden,commodo
poſſesſionis ſuæ reus pri-
uari non debet,prima pars deciſè ponit querelã.
2 ſecunda ꝓuidet,ibi[ſtatuimus.]¶Primò no.† ꝙ Papa ꝑ ſim
plicem prohibitionem non videtur priuilegia antiqua reuo
care.quia reſcriptum,per qđ abſorbetur ius alteri cõpetẽs,
eſt nullum,vt C.ſi contra ius vel vti.pu.l. præſcrip. & de ꝑci.
Imper.offe.l.quoties.& c.ex tuarum.cum concor. de auc. &
3 vſu pal.&c.¶Secundò no.†ꝙ niſi ex priuilegio non eſt licitũ
deferre inſignia dignitatis in aliena prouincia. & hoc eſt ve-
rum,qñ ex tali delatione denotatur præeminẽtia in loco. qa
loco,non perſonis ſunt talia inſignia attributa, vt per alium.
qđ dic, vt d.c. ex tuarum. aliàs proconſul vtitur inſigniis in
alienis prouinciis.ff.de offic.proconſul.l.j. & de præpo. ſac.
4 cubicu.l.j.lib. 12. ¶Tertiò no.†ꝙ lit.penden. ſuper re nõ
prohibetur ab vſu,qui rem poſſidet. qa lit. penden. nihil eſt
innouandum.vt in toto illo titulo:ſicut nec appellatione pen
dente. vt ff. nil innouari appellatione pendente. per totum.
ſicut nec ẽt cauſa penden.reſtitutionis,vt ff.de in inte.reſti.
pe.l.j. & in c. ſiſcitata. ſ.de reſti.in integ. ¶Quærit Io.And.
quando dicitur lis pendere quò ad effectum huius tituli.vt
innouata reuocentur.dicit ipſe,ꝙ nõ ſolùm poſt litis conte.
ſed etiam ante.ſ.per libellum principi oblatum. Item ꝑ im-
petrationem reſcrip.Item etiam per citationem.vt ſ.de offi.
dele.c.gratis.cum aliis allegati. hic per eum. ¶Secundò cir
ca hoc per eum quæritur; an in reuocatione innouatorum
procedatur iudicio ordinario.dicit, ꝙ non.imò ſine libello
aliquo,ex puro,& mero officio iudicis reuocabuntur in pri
ſtinum ſtatum.vt ſ.de conſti.c.cum M.in ſi.& j.de ſpon. im-
pu.c. ad diſſoluendum.¶Eſt ergo remedium huius tituli pin
guius,& fauorabilius,quàm interdictum vnde vi.quia ibi of
fertur libellus:& alia ſolemnia ſeruantur.hic ſecus.ſimile no,
Inn,in c.bonæ.j.de appel.nil innoua.app.penden.

*S V M M AE.*

1 *Carnale commercium non debet interdici coniugibus,lite pendente,*
2 *Matrimonium duabus de cauſis accuſatur.*
3 *Coniugati dicuntur habere ius in coniugio.*
4 *Iudex lite pendente,non debet interdicere poſſeſſori vſum ſuæ poſſeſſionis.*

1
a LAudabilem. †Lite penden. ſuper con-
iugio,ᵃnon interdicit con
2 iugibus carnale cõmercium.h.d. communis diuiſio.
ſecunda ibi.ad qđ.¶Primò no.†ꝙ quandoq; matrimonium
accuſať, qđ intellige quò ad ſeparationem thori: vel quò ad
ſeparationẽ vinculi ꝑꝑ perpetuum impedimentũ. prima pla
cet Lau. ¶Secũdò innuit ille tex.ꝙ incontinẽti, cum eſt fa-
cta probatio,debeat ſuſpendi carnale commercium.qđ non
credit Io.An.& diciť,ꝙ requiriť ſñia poſt ꝓbationem. proba
tio enim facta in iudicio nõ producit effectum ſententiæ. de
3 offi.deleg.c. iudex. li.6.¶Tertiò no.ꝙ coniugati dicũtur ha
bere ius in coniugio.& intellige ius quò ad proprietatẽ, &
poſſesſionẽ.& tex.iſte loquitur de iure poſſesſionis. quia ta-
lis poſſesſio habet multum iuris.vt dixi.ſ. de reſtitu. ſpol.c.
4 ex parte.¶Quartò no.†quòd iudex lite pendente, non de-
bet interdicere poſſeſſori vſum ſuæ poſſesſionis. an aũt pars
poſſit denegare debitum in caſu noſtri c.dic vt j.de coniu-
gio ſeruo.c.propoſuit.

ADDITIO.

a ¶Super coniugio.An actus coniugalis poſſit eſſe ſine culpa, latè diſpu-
tat Io.de Tur.cre.in c.quicquid.32.q.Et pro quibus cauſis coiugium de
negetur.vide eundem.33.q.2.c.interfectores.

*S V M M AE.*

1 *Alienans rem litigioſam(ita quod haberi non poſſit)debet æquiualẽtem loco illius ſubſtituere,quam alienare non poterit.*
2 *Pœna litigioſi contractus habet locum etiam in monaſterio ſcienter recipienti rem litigioſam.*
3 *Res litigioſa ſi in aliquẽ alienata fuerit:ſi ille non poteſt eam reſtituere,poteſt aliam loco illius ſubrogare.*
4 *Conuentus rei vendicatione,ſi alienat lite pendente,poteſt agi contra eum,in quem alienatio facta eſt.*
5 *Cautela contra illum,qui conuenitur rei vendicatione,ſi non reperitur poſſidere.*

1 ECcleſia sãctæ Mariæ, †Qui
rẽ liti
gioſam alienat.ita quòd haberi non poſſet, æquiua-
lentem loco illius ſubſtituere debet.quã alienare non pote-
rit cum.c.ſe.h.d.communis diuiſio.ſecũda ibi [ ꝓhibemus.]
2 ¶Primò not.†quòd pœna litigioſi contractus habet locum
etiam in monaſterio recipiente etiam ſcienter rem litigioſã.
& ſic monaſterium poteſt delinquere,& punitur. de quo in
3 reg.delictum.& in cap.dilectus.de ſimo.¶Secundò not. †ꝙ
ſi ille,in quem alienatio facta eſt rei litigioſæ, non poteſt il-
lam reſtituere:dẽt aliã ſubrogare,ſeu ſubſtituere loco eius.&
ſic ſpecies pro ſpecie ſubrogať,& ſoluitur,contra reg.illam.
aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. vt l. 2. ff. ſi
4 cer.petatur,¶ Tertiò no. † quòd ſi conuentus rei vend. lite
penden.



penden.alienat:poteſt agi contra eum, in quem alienatiò fa
cta eſt,nec ipſe conuentus liberatur.quia dolo deſijt poſſide
re.vt in reg.pro poſſeſſore.de reg.iur.li.6.per Dy.& in l.nec
4 vllam.ff.de peti.hære,¶ Quartò no.† quòd ſi ille,qui conue
nitur rei vendi. non reperitur tempore poſſidere, in vanum
ille,qui egit,dicitur laboraſſe.cautela eſt ergo,quòd actor in
litis exordio interroget conuentum, ſi poſſidet,nec ne. vt l.
qui petitorio.ff.de rei vendi.& l.is qui ſe obtulit.ff. eod.titu.
¶ Vltimò no.de primo vitio litigioſi, quando locum habet.
dic,vt C.de litigio.per totum.

*S V M M AE.*

1 *Sententia licèt ſit ferenda contra locatorem: conductor tamen non debet expelli de poſſesſione.*
2 *Spoliatus,prætermiſſo iuris ordine,poteſt petere reſtitutionem.*
3 *Res vna poteſt ſubrogari loco alterius*
4 *Inſtrumentum debiti debet conſiſtere penes creditorem: quod tenetur reddere poſt ſolutionem,*

ECcleſia ſanctæ Mariæ. No.
bo-
num tex.cum agitur contra poſſeſſorem,qui alij rẽ
1 locat.innuit enim iſte tex. † quòd licèt ſententia ſit referen-
da contra locatorem:non tamen conductor expelli de poſ-
ſesſione.tenetur enim ille, cui eſt res adiudicata, ſtare colo-
no,vt hic.ibi [ neque reſtituere potentis.] &c.glo. tamen ex
ponit,quòd de facto non poterant.quia erant potentes, qua
ſi innuat, quòd de iure debuerant expelli, quod eſt verum,
quando res emittitur, vt propria. Si autem miſsio facta eſt
propter debitum,& adiudicatio:an debeat ſtare illi colono:
videtur quòd ſic;quia ſucceſſor neceſſarius.ſicut dicimus in
vxore:ad quam ſoluto matrimonio, res dotalis reuerti de-
bet.quia tenetur ſtare colono,quod dic,vt no.C,loca. l. em-
ptorem.& l.diuortio.ff.ſolu.ma.& l.ſi filio.§.fin. eod. titu. &
quòd creditor miſſus ex ſecundo decreto teneatur ſtare co-
lono:videtur tex.notabilis in l.in vẽditione.§. 1.ff.de bo. au-
2 cto.iudi.poſ.&c.¶ Secundò no.† quòd ille,qui prætermiſſo
iuris ordine,ſpoliatur,poteſt petere reſtitutionem. concor,
ſ.de reſti.ſpo.c.quærente.& l.meminerint.C.vnde vi. ¶ Ter
3 tiò no.† quòd vna res loco alterius ſubrogatur. & quòd ta-
lis ſubrogata debet eſſe liberata à creditoribus.facit.l.2.ff.
de acti.emp.l.3.§. ſi reddita. ff. commodati, &c. ¶ Quartò
4 no.† quòd penes creditorem debet conſiſtere inſtrumentũ
debiti.quod tenetur reddere poſt ſolutionem,vt l.diſſolutæ.
C.de condi.ſine cauſa.& l.eum qui.§.ſi epiſtola.& l.quidam
tabularum. ff. de fur.& l.qui tabulas.& tractant hic Docto-
res de inſtrumento debiti reperto penes debitorem:an ſi ip
ſum oñderit cancellatum,præſumatur ſoluiſſe debitum.Ac-
cur.dicit,quòd facit præſumptionem, non plenam probatio
nem.C.de la.lib.tol.l.1.§.ille autem.¶ Idem hic Goſ.Iac.de
Are.diſtinguit aliter,vt hic in nouella. vbi diſtinguitur inter
debitorem domeſticum, & prorſus extraneum; vt in primo
non probet ſolutionem: in ſecundo ſic, quia de facili do-
meſticus debitor potuit ſubtrahere tale inſtrumentum: non
autem ſic extraneus.dic,vt l.poſtquam.& l.Labeo.ff.de pac.
vbi etiam de hoc.& in Spe.de inſtru.edi.§.poſtquã.ver.por-
ro.& ver.poteſt.& quod ibi in additioni.

*S V M M AE.*

1 *Priuilegium impetratum lite pendente, de lite non habita mentione, non valet.*
2 *Ius ſuperueniens ex priuilegio lite pendente non prodeſt reo. vel actori:niſi conſtaret expreſsè de certa ſcientia principis.*
3 *Litis pendentia ſola,etiam ſi doloſè non taceatur,impedit vires priuilegij impetrati.*

1 DIlectus. † Non obſtat priuilegium impe
tratum lite pendente, de lite nõ
habita mentione. primò ponit partis querelã:
cui ſecundò prouidet,ibi [ ideo ] &c. ¶ Primò no.quòd li-
te pendente non poteſt ius litigatoris fieri validius per priui
2 legiũ ſuperioris.† ius ergo ſuperueniẽs ex priuilegio lite pẽ-
dẽte,non prodeſt reo,vel actori.quod eſt verum,niſi conſta
ret expreſsè de certa ſcientia principis.Si autem aliter, quã
per priuilegium, ſuperuenit ius pendente iudicio: an proſit.
dic vt in c.abbate ſanè.de re iudi.lib.6.& l. non poteſt vide-
ri.de iudi.¶ Secundò no.quòd ſola litis pendentia ( etiam ſi
doloſè non taceatur ) impedit uires priuilegij impetrari.
¶ Vltimò tangit hic Io.An.de vitio litigioſi, an in rebus in-
corporalibus, & hypothecis, & alijs actibus locum habeat.
dic vt hic per eum.

# De ſequeſtratione poſſeſsionis,& fructuum.

VISO qualiter propter contumaciam reus
poſſesſione priuatur ( quia contingit ſibi
fieri ſequeſtrationem. ) Ideo an fieri de-
beat,hic ſubnectit.ad materiam facit.2.q.
7.& 77.diſtin.c.epiſcopus.&c.

*S V M M AE.*

1 *Sequeſtratio ſemel adiudicata cauſa cuſtodiæ non eſt pro libito iudicis reuocanda.*
2 *Succeſſor in dignitate ſuccedit in inſtantia iudicij inchoata per prædeceſſorem.*
3 *Pronunciari põt ſuper poſſeſſorio,partim pro vno,partim pro alio.*
4 *Cauſa petitorij,& poſſeſſorij ſi committatur,prius eſt cauſa poſſeſſorij terminanda.*
5 *Verba ambiguè poſita in reſcripto Papæ ſunt ꝑ ipſum interpretãda.*
6 *Cauſa ſimpliciter commiſſa, videtur commiſſa cauſa poſſeſſorij, & petitorij.*
7 *Sequeſtratio minus iuſtè facta per Papam poteſt reuocari per ſucceſſorem.*
8 *Sententia an poſſit ferri in re certa ſuper expenſis.*
9 *Taxatio ſuper expenſis poteſt per iudicem reſeruari vltra diffinitiuam ſententiam.*

1 ADhoc vnxit. † Propter contuma
ciam rei res ab eo
petita ſequeſtrari non debet.vel ſic. Sequeſtra-
tio ſemel adiudicata cã cuſtodię non eſt pro libito iudicis re
uocanda.& ſunt duæ partes.In prima proceſſus narratio per
abbatem facta:quæ continet delegationem:cauſæ commiſ-
ſionem:diffinitionem poſſeſſorij:inchoationem petitorii:ex
ceptionem:miſsionem:& deiectionem.& delegationem per
eum factam.in ſecunda ibi [ in eum. ] Papę pronunciatio.
quæ duo facit,primò reuocat ſequeſtrationem,& rem in ſta
tum priſtinum.ſecundò iubet expenſas reſtitui, & caueri.ibi
2 [ ne autem. ] ¶ Primò no. † ſucceſſor in dignitate ſuccedit
in inſtantia iudicij inchoata per prædeceſſorem. de ſucceſſo
re vniuerſali, vel ſingulari priuati an ſuccedat in inſtantia.
dic vt l.ſi eum hominẽ.ff.de fideiuſ.vbi dictum eſt per Bar.&
l.ſi conſtante.§.ſi.ff.ſo.ma.& qđ dixi.ſ.de iudic.c.quia.5.Suc
cedit etiam in obligationibus.j.de ſolu.c.j.facit qđ not. in c.
3 dilecti.ſ.de foro comp,¶Secundò no. † ꝙ ſuper poſſeſſorio
poteſt partim pro vno: partim pro alio pronunciari. & in di
uerſis rebus eſt hoc clarum. in eadem autem poteſt etiam
contingere,ſi plures poſſident diuerſis reſpectibus eandem
rem.quod exemplifica,vt dixi.ſ.de reſti.ſpo.c.Piſanis.& fa-

4 cit.ĩ.de ꝓb.c.licèt cām.in fin.¶Tertiò no.† ꝙ ſi cā petitorij,
& poſſeſſorij committatur,prius eſt cā poſſeſſorij terminan-
da.nec ſnīa lata ſuper eo pręiudicat iudicio petitorio, vt hic.
& no.Dy.in c.qui ad agendū.de re.iur.li.6.diuiditur ergo poſ
ſeſſoriū à petitorio reſpectu deciſionis. non aūt reſpectu di-
uerſi tribunalis,vt l.nulli.C.de iudi.¶Quartò no.ꝙ archieps
deiecit iſtū,qui fuit miſſus cā cuſtodiæ in poſſeſsionē.Quo iu
re autē ſit eiectus,& poſſeſsionem recuperet. dic vt dixi in c.
5 cōtingit.ſ.ti.3.¶Quintò no. in ver.Cęleſtinus.† ꝙ verba am
biguè poſita in reſcripto Papæ ſunt per ipſum interpretāda.
6 de quo.ſ.de iud.c.cū veniſſent.¶Sextò no.† ꝙ cā ſimpliciter
commiſſa,vr̃ commiſſa cā poſſeſſorij,& petitorij.quia conti-
nentiæ cauſæ diuidi non dēt,vt.C.de iudic.l.nulli.& ſ. de re-
ſti.ſpo.c.j. ¶Septimò not.ꝙ cā poſſeſſorij fuit deciſa per iſtū
epm Veronen.tñ Papa mandat, ꝙ iterū plenius de poſſeſſo-
rio,& petitorio cognoſcatur.& exponit Io.An. ꝙ non loqui
tur de poſſeſsione ſemel adiudicata , ſed de poſſeſsione ſub-
7 tracta per archiepm.¶Nonò no.† ꝙ ſequeſtratio minus iu-
ſtè facta p Papā,per ſucceſſorē reuocatur:poſtq̄.n. mona. e-
rat ritè adiudicata poſſeſsio,non dēt ſequeſtrari.quia regula
riter eſt prohibita:niſi in caſib.ĩ.in c.prox.¶Decimò not.in
ver.ne aūt.ꝙ Papa hic ſuper expen. profert ſnīam incertam.
8 de quo ſtatim dicā.¶Opponitur. dr̃ hic,ꝙ† Papa tulit ſnīam
incertā ſuper expē.¶Sed imò vr̃, ꝙ debuerit ferri certa ſnīa,
vt C.de ſen.quæ ſine certa quanti.l.1.& 2.Inſti.de ac.§.cura-
re.So.dicit Inn.ꝙ ſuper expenſis dēt ferri ſnīa gn̄alis,& incer
a ta,[a]nō ſolū ſuper factis.ſed ēt ſuper faciendis.de quo.ſ. de ꝓ
cu.c.auditis.& in Spe.de excep.§.viſo.ver.quid ſi reus. Et ibi
videas,qūo[b] hodie non præcedit taxatio,ne propaletur pro-
nunciatio:ſed fit cōdēnatio,taxatione reſeruata de expē. §.
poſtremò.ĩ prin.& ver.itē ſcias.in Spe.nec poſſet iudex,cauſa
principali deciſa,p ſnīam reſeruare pti ptātē agendi ſup ex-
pē.ſm̃ Inn.q ēt quærit.nunquid iudex in ſnīa poſsit ſibi reſer
uare cōdōnē expēſarū.de taxatione.n.nō vr̃ dubiū,quòd poſ
ſit,vt prædictum eſt.& arguit Inn.ꝙ ēt reſeruare poſsit cōdē
nationē:quia terminus,ad quē fit relatio,ſemper refertur ad
terminū referentē,& ab ipſo ſumit robur,vt l.aſſe.ff.de here.
īſti.& l.ſi ita ſcripſero.ff.de cōd.& dem.vr̃.n.ſnīa, quæ poſtea
fertur ſuper expenſis,ad tp̄s primæ ſnīæ referēda,vt in dictis
iuribus.& l.prætor ait.ff.de re iudi.pro hoc facit.ff.fam.her.
l.item Labeo.§.2.Contrariū tenet hic Io.An.per l.Paulus.ff.
de re iudi.& l.terminato.C.de fruc.& lit.exp.& ĩ.de ap.c. cū
ap.li.6.Et iſtud eſt verū,cū fertur diffinitiua ſnīa , poſtquam
non pōt iudex ſibi reſeruare cōdēnationē expenſarū:vel par
ti reſeruare ptātem agēdi ad expenſas,vt dictum eſt.ſ. ſecus
de expenſis factis de aliquo articulo. Super illis.n. bene pōt
ferri ſnīa,reſeruata condemnatione expenſarum ibi factarū,
vſq; ad diffinitiuā ſnīam.de quo.ĩ.de appe.c.ſæpe contingit.
9 ſuper ver.expen.¶Conclude ergo, † ꝙ taxatio ſuper expen.
vltra diffinitiuam ſnīam pōt per iudicē reſeruari.an aūt à ta
xatione tali facta poſt.10.dies poterit appellari.dic,ꝙ nō.In
no.ſ.quod me.cauſa.c.ſi.& l.item veniūt.§.cum pręd iximus.
ff.de peti.her.& l.ſi cū exceptione.ff.quod met.cā. ¶ Tangit
etiam hic Do.Ioan.de Ligna.an p ſequeſtrationē detur poſ-
ſeſsio.& diſtinguit inter ſequeſtrationē volūtariam,& neceſ-
ſariam.dic,vt l.intereſſe.ff.de acqui.poſ.& l.1.C. de prohi.ſe
queſtra.Tangitur etiam per glo.& Do.Io. ſuper ea.an cā poſ
ſeſſorij cōmiſſa,videatur cōmiſſa cā petitorij:vel econtra.: &
quando ſit verum,ꝙ vna finita , poſsit coram eodem iudice
alia intentari.vide hic per Inno.

ADDITIO.

a ¶Et incerta.vtrùm ſententia feratur incerta ſuper expenſis, tenet Inno. ꝙ ſic.& an vniuerſaliter ſit verum,quòd in reb. dubijs,certa non debeat proferri ſententia no.Io.de Tur.cre in c. graue.11.q.3.

SVMMAE.

1 *Miſſus in poſſeſsionem cauſa cuſtodiæ ſi fructus diſsipat, diſsipati re-*
*uocantur,& alij ſequeſtrantur.*
2 *Quæſtio quando vertitur ſuper eccleſia propter contumaciam poſſeſ*
*ſoris,ſit miſsio in eccleſia,quæ petitur.*
3 *Fructuum perceptio ſpectat ad illum,qui miſſus eſt cauſa cuſtodiæ.*
4 *Fructus ſequeſtrantur propter dilapidationem.*
5 *Malè alienatum,pendente iudicio,reuocatur officio iudicis.*

1 DIlectus filius. †Si miſſus in poſſeſsio
nē cauſa cuſtodiæ fru
ctus diſſipat:diſsipati reuocantur,& alij ſequeſtrā
tur.& primò ponit querelam rei paſsi miſsionem.ſecūda da
2 eis iudices ibi[quocirca.]¶Primò not.† quòd cum eſt quæ-
ſtio de eccleſia,propter cōtumaciam poſſeſſoris fit miſsio in
eccleſia,quæ patitur,ſicut in rebus prophanis.de quo. ſ. de
3 dolo & contuma.c.contingit.¶Secundò not.† ꝙ ad illū,qui
miſſus eſt cauſa cuſtodiæ,ſpectat fructuū perceptio . de quo
4 plenè in d.c.contingit.¶Tertiò no.† ꝙ propter dilapidatio-
nem fructus ſequeſtrantur .ſimiliter ſi maritus abutitur dote,
vt l.ſi cum dotem.§.ſi autem in ſæuiſsimo.ff.ſol.mat.¶Et ſic
no.caſum,in quo ſequeſtratio eſt permiſſa, & in quibuſdam
alijs enumeratis in nouella.& inter ceteros nota caſum,cum
timetur,ne partes veniant ad rixam,& arma:vt in iacente hę
reditate contingit.quam quilibet in ea ius prætendens dici-
tur occupare:vel vterq; dicit ſe poſsidere, & vult fructus col
ligere.de quo in Specu.eo.titu.in prin. & verſi. ſed nunquid.
5 ¶Quartò no.† quòd reuocatur officio iudicis,quod reperi-
tur malè alienatum,pendente iudicio.facit.ĩ.de appell.c.ſi-
gnificante.

SVMMAE.

1 *Appellans à ſententia ſi diſsipat fructus rei petitæ, poſſunt fructus ab eo ſequeſtrari.*
2 *Diſsipare fructus quis dicatur.*
3 *Sequeſtratio an poſsit euitari,ſi pars parata ſit idoneè ſatisfacere in caſibus,in quibus eſt permiſſa.*
4 *Sequeſter an habeat aliquam actionē,ſi perdit rem ſequeſtratā apud ſe,vel dammum paſſus eſt in ea.*

1 ABeo qui. †Si appellans à ſententia diſsi
pat fructus rei petitę,licitè poſ
ſunt ab eo ſequeſtrari.hoc dicit. ¶ Primò not. ꝙ
appellatione pendente,non debet appellās diſsipare fructus
2 rei,quæ petitur.†& dicitur diſsipare,ſi eos in ſuos vſus con-
uertat,vel diſtrahat,vt.ſ.ti.proxi.& eſt hoc verum , quia di-
ſtrahere nō poteſt:niſi eſſent fructus tempore perituri (vt po
ma)vt.ff.de peti.hære.l.diuus.dn̄t.n.tunc vendi , & pecunia
in ſequeſtro deponi.ut l.litibus.C.de agri.& cenſi. & l. is cui.
§.quæri poteſt.ff.vt in poſ.leg.aduerte tamen , ꝙ vbicunque
ſequeſtratio prohibetur:tamen deſcriptio lite penden. nō in
telligitur eſſe prohibita, vt no.Bar.in l.Imperatores.ff.de ap.
&l.1.§.pe.ff.de ven.in poſ.mit.de iure fiſ.l.4.li.10. per Io.de
3 Pronoſto. ¶Sed hic etiam quæritur †nunquid in caſibus,in
quibus ſequeſtratio eſt permiſſa,poſsit euitari,ſi pars parata
ſit idoneè ſatiſdare.dic,quòd ſic.& eſt expreſſum.C.de agri.
& cenſi.l.litibus.vbi colligitur practica ſequeſtrationum, ſe-
4 cundùm Cy.qui ita no.in l.1.C.eo.ti. ¶Vlterius quæro. † v-
trùm ſequeſter habeat aliquam actionem , ſi perdit rem ſe-
queſtratam apud ſe:vel paſſus eſt in ea damnum.dic,vt l.poſt
quam. §. Imperator. Et de iſta materia ſequeſtrationis vide
pleniſsimè in reg.locupletari.per Io.An.





# De Confeſsis.

QVIA in iudicijs ſæpe fiunt poſitiones, & in
terrogationes,quandoque à parte:quando
que à iudice.ſ.de elec.c.dudum.il.2.de lit.
conte.c.vno.de fide inſtru.c. cum Ioan.Su-
per quibus pars reſpondens cōfitetur , vel
negat.& ſi negat,pars ponēs habet proba-
re.ideò prius de confeſ. & demum de probationibus videa-
mus.habetur de materia.15.q.3.6.q.8.per totum.2.q.1.c.1.
2.ver.& repetitur in 6.conueniunt multa iura de elec.c. ſcri
ptum.& c.dudum.de renun.c.in pręſentia.de ætа. & qua. c.
ſi.& de re iudi.c.conſanguinei.de eo, qui duxit vxo. c. ſuper
eo.de accu.c.dilecti.& in 6.de reſti.in integ.c.2.de accu.c.1.
& cle.conſtitutionem. de electio.

SVMMAE.

1 *Aſſerenti ſe commiſiſſe homicidium ſuggeſtione quorundam , non creditur ſibi,in illorum prǽiudicium.*
2 *Confeſsio delinquentis contra alium non facit præſumptionem , nec indicium ad torturam.& nu.4.*
3 *Socius admittitur contra ſocium in crimine læſæ maieſtatis.*

CVm monaſterium. Ei,qui cri
men pro-
prium confitetur,non creditur contra eos , quos
dicit fuiſſe criminis ſuggeſtores.h.d. duo facit.primò in ab-
ſoluendo non infamatos reddit cauſam.ibi [ quia.]Secundò
inſtruit in purgatione infamię.ibi:[ ſi tamen. ] &c. ¶ Primò
1 no.† quòd aſſerenti ſe commiſiſſe homicidium ſuggeſtione
quorundam,nō creditur ſibi,in illorum pręiudicium. poteſt
enim homicidium, vel maleficium alterius ſuggeſtione cō-
mitti.vel hoc mandato:ratihabitione:& cōſilio.de quo. 50.
diſtin.c.ſi quis viduam.& de homici.c.ſicut dignum. 1. q. 4.
c.quia præſulatus.facit quod no. Bar. in l.ſi quis mihi bona.
2 ff.de acqui.hære.¶ Secundò no.† quòd confeſsio delinquē-
tis contra alium non facit præſumptionem,nec indicium ad
torturā.dū tex.dixit[nulli cēſēdos pœnę]&c.qđ ītelligit Ho
ſti.verum contra non infamatum. quia non debet ſuper oc-
cultis interrogari.de accu.c.qualiter.& c.inquiſitionis.con-
tra infamatum autem teſtificando facit præſumptionem.vel
dic ſecundùm eundē.quòd interrogari poſſunt de alijs, quò
ad iudicis inſtructionem : non quòd eis credatur.quod dic,
vt no.Cy.in l.ſi. C. de accu.& vide.e.tit.l.nō iō minus. vbi de
pœna mandantis maleficium.facit ad prædicta l.prius .ff. ad
3 Sille.¶ Tertiò no.† ꝙ in crimine læſę maieſtatis admittitur
ſocius contra ſocium.¶ Idem in crimine ſimoniæ.vt ĩ.de te
ſtibus.c.1.li.6.& in crimine hæreſis.ĩ.de hæreti.c.in fauorē.
lib.6.Alios caſus vide in Spe. in tit.de accu.§.1.ver.item re-
pellitur.¶ Quando autem quis vult alium à teſtificando re-
pellere ( quia dicit eum criminis participem ) quomodo de
beat excipere,ne videatur crimen confiteri.dic,vt no. in d.c.
1.& vid qđ no.de pœni.diſt.1.c.nemini.p Archi. ¶ Quar-
tò no.† quòd confeſsio delinquentis contra alium etiam in
famatum non ſufficit ad condemnationem. Nam ſola infa-
mia cum vno teſte idoneo non ſufficit,vt in c.veniens.1.ĩ.de
teſti.vbi eſt glo.ſingularis.¶ Quintò colligitur hic.quòd ex
dicto iſtius delinquentis oritur infamia contra alios . quod
inducit purgationem.Ioan. intelligit , quòd aliunde , quàm
ex dicto iſtius teſtis,īfamia orta erat:vel ēt ex dicto iſtius.Nā
& dictum calumnioſum inducit purgationem.vt ĩ. de accu.
c.veniens.facit c.ſignificaſti.ĩ.de adulte.

SVMMAE.

1 *Teſtis ſi confitetur in iudicio ſe criminoſum, poteſt ſine nouo proceſſu puniri pœna ordinaria.*
2 *Simonia committitur non ſolùm recipiendo pecuniam:ſed etiam recipiendo obligationem,ſiue promiſsionem pecuniæ.*
3 *Diffinitiua ſententia fertur contra confeſſum ſine aliquo proceſſu.*
4 *Confeſsio facta coram iudice inducit notorium.*
5 *Proxeneta,ſiue mediator ſimoniæ,ſi eſt clericus,deponitur ab officio, & beneficio.*
6 *Teſtis ſi punitur pœna extraordinaria : an tollatur pœna ordinaria per actionem illius extraordinariæ pœnæ.*
7 *Accuſatus,inquiſitus, vel denuncians.an cogatur reſpondere ſuper crimine iudici interroganti.*

CVm ſuper. Qui in iure confeſſus eſt ſe
eſſe ſimoniacū: ab officio,
& beneficio deponitur . & præmittit depoſitionis
1 cauſam.ſecundò deponit,ibi [ quoniam.] ¶ Primò no. † ꝙ
ſi teſtis confitetur ſe in iudicio criminoſum , poteſt ſine no-
uo proceſſu puniri pœna ordinaria.vt ĩ.dicam. ¶ Secundò
2 no.† ꝙ ſimonia committitur nō ſolùm recipiendo pecuniā:
ſed etiam recipiendo obligationem,ſiue promiſsionem pe-
cunię.promiſsio,& obligatio,& receptio ſūt paria.& qui ac
cuſationem habet,ipſam rem habere videtur,vt l.qui actio-
nem.ff.de reg.iuris.& l.fina.C.ad leg.fal.& ff.de calum. l. 1.
3 & 2.¶ Tertiò no.† ꝙ diffinitiua ſententia fertur contra cō-
feſſum ſine aliquo proceſſu.magna ergo eſt vis cōfeſsionis,
4 ꝙ proceſſum non exigit.Ratio eſt,† quia talis confeſsio fa-
cta coram iudice inducit notorium,& notorium non requi-
rit ordinem iudiciarium,vt in c.veſtra.de coha. cle. & muli.
¶ Quinimo ſi conſtat de delicto iudici ex proceſſu aliter,q̄
per directam confeſsionem,punit delinquentem, extraordi
naria tamen pœna.vt l.nullum.C.de teſti. & non ſolùm ſi te
ſtis deprehenditur in delicto,iudicio pendente,punitur : ſed
etiam pars,vt patet.ĩ.de iureiuran.lib.6.c.ſi.& dixi.ĩ.de do
5 lo,& contu.c.veritatis.¶ Quartò no.† quòd proxeneta,ſiue
mediator ſimoniæ,ſi eſt clericus,deponitur ab officio,& be
neficio.concor. 1.q.1.c.ſi quis epiſcopus. vbi de hoc . ¶ Et
aduerte. quia Papa per confeſsionem iſtius non pronunciat
contra litigatorem.qui ipſo medio dicitur commiſiſſe ſimo-
niam.ſed contra ipſum confitentem.¶ In delictis ergo con
nexis,vnius confeſsio non pręiudicat alij, vt ſ. c. proxi. nec
etiam ſententia.vt hic in nouella.facit l.denunciaſſe. §. quid
tamen.ff.de adul.& in c.ad petitionem.ĩ de accu.¶ Oppo-
nit glo.magna contra iſtud.c.fortiter.& ſic.teſtis, qui depre
hendit in delicto, non debet puniri pœna ordinaria.Itē ne-
mo debet ſine accuſatore damnari,vt in iuribus alleg. in gl.
propterea autem iſtum pœna ordinaria punit,& ſine accuſa
tore.quare malè.¶ So.vt in ea.Iuno.dicit , ꝙ quandoque de
delicto teſtis conſtat iudici per confeſsionem ipſius teſtis.
quandoque per inſtrumenta,vel teſtes . primo caſu aut cri-
men,quod teſtis confitetur,tangit cauſam,de qua agitur : &
punitur pœna ordinaria,vt hic.quandoque non tangit cau-
ſam, de qua agitur,crimen confeſſatum: & non punitur ſine
proceſſu de nouo fiendo,vt no.ſ.de elec.c. per inquiſitionē.
Non ob.Dec.1.de excep. vt ibi no. ¶ Secundo caſu crimen
contra teſtem probatur in iudicio per inſtrumēta,vel teſtes:
& non punitur.cum de hoc non fuerit accuſatus: niſi forſan
extra ordinē ex officio iudicis.34.q.3.c.ecce.dubito , an ſit
verum , quòd puniatur extraordinaria , per c.cum dilectus.
de ordi.cog.& l.Lucius.ff.de his,qui no.infa.quòd tamen pu
6 niatur facit d.l.nullum.¶ Sed hic incidenter quæritur.† quā
do cōtingit teſtem puniri pœna extraordinaria : an tollatur
pœna ordinaria per accuſationem illius extraordinariæ pœ
næ.no.Cy.in d.l.nullum. facit. l. 2. C. de ſpor.Et adde quod
no.in l.diuus.ff. de fal. vbi not. quòd ad hoc vt iudex poſsit
punire delictum, quod deprehēdit in teſtem,vel in partem:
requiritur , quòd habeat iuriſdictionem ſuper delicto illo:
aliàs debeat ipſum remittere ad maiorem iudicē , vt in Aut.
de reſti. 8.colla.& quod not.Innoc.de pœnis.c. pen. & c.an-
tepenul.

tepe.ꝑ quæ iura eſſet fortè dicẽdũ,ꝙ ſi Papa cãm electionis
delegaret,& appareret teſtis, qui diceret ſe fuiſſe mediatorẽ
ſimoniæ(vt fecit iſte,de quo in tex.)non poſsit ipſum depo-
nere ab officio,& beneficio.vt hic facit Papa:licèt Io.And.vi
7 deatur ſentire contrariũ poſt Inn.†¶Vtrũ aũt accuſatus,in-
quiſitus,vel denunciatus cogatur reſpondere ſuper crimine
iudici interroganti:videtur,ꝙ non,per.c.non tibi dico.de pę
ni.di.prima.dicit Inn. ꝙ quandoq; crimen deducitur altero
ex prædictis modis, & directè.quandoq; deducitur per mo-
dum exceptionis:vt teſtis,vel accuſator à teſtimonio, vel ab
accuſatione repellatur:& dubitatur,an interrogatus à iudice
debeat reſpondere.primo caſu,ſi laborat cõtra eum infamia:
& cogitur.aut nulla laborat infamia:& non cogitur.Secundo
caſu,quando obijcitur,vt teſti,vel vt accuſatori: & non cogi-
tur reſpondere,& eſt effectus gl.Inno.¶Tu verò de illo arti-
culo , an cogatur reus reſpondere ſuper poſitionibus crimi-
noſis.dic per Bar.in l.Marcellus.ff.re.amo.& l.aliàs.ff. de iu-
reiuran.& per Inno.ſ̃.de elect. ca.dudum.

*S V M M AE.*

1 *Maritus poteſt agere nomine vxoris.*
2 *Confeſsio œconomi nocet eccleſiæ.*
3 *Error facti poteſt reuocari uſque ad finitum negotium.*
4 *Erronea confeſsio non nocet confitenti,etiam ſi conſtet de errore facti ante ſententiam.& nu.5.*
6 *Minor poteſt reuocare confeſsionem ſuam beneficio reſtitutionis.*
7 *Iudex in cauſa criminali,etiam poſt ſententiam debet quærere de innocentia rei.*
8 *Iuris error,ſiue ignorantia an excuſet.*
9 *Error facti an noceat.Et in caſibus,in quibus nocet: an poſsit emendari.nu.11.*
10 *Negotium dicitur finitum,non ſolùm per ſententiam , ſed etiam ſi in cauſa eſt concluſum.*
12 *Confeſsio ad hoc vt præiudicet,quot requirantur.*
13 *Confeſsio ſi facta eſt partim pro ſe, partim contra ſe:an debeat ſtari confeſsioni in totum:vel ei in tantum,quæ eſt contra ſe.*
dicit ſcriptor, ꝙ vult, quòd remaneant penes eum. præferen-
dus videtur ſcriptor, per hanc literam. de hoc in Spec. in titu.
de teſte. §. publicatis. in primo ver. de facto tamen vidimus,
8 † quòd ſi notarij ſunt officiales epiſcoporum: comitum: vel
rectorum, qui in ciuitate præſunt, coguntur eorum finito ne
gotio, dimittere acta iudicij in camera officii: quod geſſerũt.
pro quo facit j. de præſcri. cap. ad audientiam. & quod not.
9 j. eo. c. cum cauſam. in prima glo. ¶ † Duodecimò no. quòd
acta debent probari legitimis documentis. poſſunt etiã pro-
bari per confeſſiones partium: vel alio modo, ſecundùm
Inno. quia appellatione documentorum continentur etiam
teſtes. j. ti. 2. c. peruenit. 2. & 2. q. 7. c. plerique. facit quod no.
Spe. in tit. de ſen. prola. §. iuxta. ver. ſed pone. vbi no. quod iu-
ris, ſi iudici, & tabellioni conſtat de litis conteſt. quæ tamen
non apparet redacta in ſcriptis: an debeat ferre ſententiam.
¶ Venio ad quæſtiones. & quia in tex. ponitur ſolitus iudicio
rum ordo: ideò ſpecialiter quædam verbis ex ipſis capiam,
& ſuccinctè quæram. ¶ Et primò de citatione, à qua incipit
iudicium, vt no. s. de conſti. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. & ſine
ea iudicium eſt nullum. quia eſt ſpecies defenſionis, vt in c.
paſtoralis. de re iudi. in cle. & l. ea quæ. C. quomodo & quan
10 do iudex. & ff. de in ius vo. in rubrica. Quomodo ergo † an
ſine commiſſione iudicis nuncius poſſit citare. & an ſine li-
teris ſit credendum nuncio. De primò. an ſcilicet nuncius ſi
ne commiſſione citet. Cy. dicit, quòd non. in l. neminem. C.
de cuſto. & exhi. reo. & hoc verum, niſi eſſet ſpecialiter depu
tatus, vel generaliter ad citationes: quia tunc videtur, quòd
ſine commiſſione citare poſſit. De ſecundo an ſcilicet ſine li
teris ſit credendum ſimplici verbo nuncii dicentis ſe citaſſe.
quia ſi aduerſarius hoc negat, tenet Ioan. And. quòd ſic pri-
ma facie: ſubaudi, vbi pars non negat. ſi autem negetur, per
ſolum nuncium, vel tabellionem non conuincitur negans, vt
in c. ſacro. de ſen. excom. & C. de curiali. l. fina. lib. 12. facit
s. de offic. deleg. c. prudentiam. & j. de ap. cum parti. & per
Hoſti. in ſumma de dolo. ſub rub. de contu. §. 1. ver. quid ſi
abſens dicat. & ſe. & his adde, quod not. Cyn. in l. ſi quis de-
curio. C. de falſis. vbi quærit, ſi notarius ſcripſit in actis nun-
cium citaſſe partem, quæ negat ſe fuiſſe citatam. & ſimiliter
dicit nuncius ſe non citaſſe: cui magis eſt credendum, nun-
cio, vel ſcripturæ notarij? ¶ Et concludit, quòd in dubio ſtã
dum eſt ſcripturæ, ſi eſt notarius bonæ famæ. argu. ff. de legi.
tu. l. legitimos. & de lib. cauſa. l. diui fratres. ¶ Secũdò quæri
tur. dicitur hic, quòd debent redigi in actis productiones in
ſtrumẽtorum, & depoſitiones teſtium. qualiter ergo in actis
redigãtur inſtrumenta, & depoſitiones. & de efficacia ipſius
11 redactionis eſt videndum. quæro † qualiter inſtrumenta in
iudicio producta debeat tabellio redigere in actis. & de effe
ctu inſtrumentorum, quæ ſic redacta, & regeſtrata ſunt. dicit
ergo Inno. quòd quandoque in actis redigitur tantummo-
do productio. quia dixit notarius [talis produxit coram iudi
ce tot inſtrumenta] nec aliud reperitur in actis. & iſta pro-
ductio non producit effectum, propter incertitudinem. quã
doque ponit in actibus principium, & finem inſtrumenti, &
non aliud. quandoque deſcribit totum tenorem inſtrumenti
producti de verbo ad verbum ſine expreſſione loci, tempo-
ris, & teſtium, & nominis tabellionis, quandoque oĩa iſta ſcri
bit. quandoque reperitur in actis, quomodò talis producit
inſtrumentum continens in effectu, quòd Titius erat debi-
tor ipſius producentis in centum: nec aliud dicit. omnibus
his modis redacta fuerunt: an expediat in alio iudicio iterũ
producere originalia inſtrumenta: vel ſufficiat ad plenam
fidem iſta acta ſic producere regeſtrata. & videtur, quòd de
beant originalia inſtrumenta produci, vt in Auth. ſi quis in
aliquo documẽto. C. de eden. & in c. 1. j. de fide inſtru. nam
fundamentum tam debiti, quàm etiam omnium ſumitur ex
ipſo originali, vt in c. cum in iure. s. de offic. deleg. Super hoc
dicit Innoc. quòd aut certum eſt de quibus inſtrumentis a-
cta loquantur (quia deſcriptum eſt in actis principium, & fi
nis inſtrumenti.) & tunc huius productionis effectus eſt, ꝙ
oſtenſo poſtea orginali, de quo in actis fit mentio, non expe
diat probare poſtea ipſum confectum eſſe manu publici no
tarij. quia eoipſo, quòd ille, contra quem facta eſt productio
non contradicit: præſumitur approbaſſe, argu. in l. fina. C. ar
bitute. Oportet tamen, ꝙ ſi inſtrumentum prædictũ ſit trun
catè in actis redactum: iterum producatur ad probationem
debiti: de quo non conſtat per principium, & finem in actis
redactum. argu. l. in teſtamento. ff. de condi. & demonſtratio.
quandoque notarius redegit in actis principium, finem, &
ſubſtantiam inſtrumenti (quia dicit: quomodo inſtrumen-
tum productum continet in effectu, quomodo tali die, & lo
co Titius promiſit Seio centum: quæ ab eo petuntur.) & tũc
facit plenam fidem, etiam ſi tẽpus, locum, & nomina teſtiũ
non deſcripſit in actis: niſi aduerſarius velit redarguere in-
ſtrumentum de falſitate. quia tunc omnia iſta ſunt addenda
vt no. in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. ¶ Conſulit tamẽ Ho-
ſti. quòd non ſic truncatè ſed extenſè deſcribat in actis totũ
tenorem inſtrumentorum cũ teſtibus deſcriptis in eis. quo
caſu faciant plenam fidẽ prędicta acta de debito, etiam ſine
productione originalium inſtrumentorum. ¶ Nõ ob. Auth.
ſi quis in aliquo. præall. quia loquitur, cum inſtrumenta trãſ
feruntur in alia inſtrumenta per habẽtem parem poteſtatẽ:
ſecus ſi redigantur in actis publicis, & præſente parte. quo
12 caſu prædicta locum habent. quod bene not. † delegationes
a autem, ſubdelegationes, & procurationes an probentur ꝑ
acta: vel debeant exhiberi originalia inſtrumenta. no. hic In-
noc. primò, quòd ipſa principalia inſtrumenta debeãt exhi
beri. Et ſubiungit, quòd ſi in actis fiat mentio, quomodo ta-
lis produxit inſtrumentum ſuæ procurationis: vel quomo-
do fuit pronunciatum ipſum eſſe procuratorem: videtur, ꝙ
hoc ſufficiat. quod hic vide latius in nouella. & plenè etiam
vide in dicta Auth. ſi quis in aliquo documento. ¶ Tertiò q̃-
13 ro † qualiter dicta teſtium redigantur in actis, quãdo iudex
perpendit, ꝙ teſtis vacillat. dicit Inno. quòd neceſſarium eſt
ſemper, in actis inſeratur, quãta fides teſtibus adhibeatur. dic
vt j. de fideiuſ. c. conſtitutus. nam cum hoc iudicis arbitrio
relinquatur: ſequi debent dicta teſtium: vel nõ, ſi iuſta cauſa,
quę mouit iudicem ad non credendum teſti, non deprehen-
datur in actis. iudex appellationum non videns, quare iudex
fuerit ſecutus dictum ius ipſius iudicis ſententiam infirma-
bit: vel puniet ipſum iudicẽ, tanquam iniquam, & iniuſtam
ſententiam tulerit, vt Inſtit. de obliga. quæ ex quaſi deli. in
prin. Exprimere etiam debet in actis modum vacillationis.
& notarius debet ſcribere ad mandatum iudicis: cuius pro-
priè officium in hoc verſatur. tutius tamen eſt, quòd etiam
tabellio de vacillatione, & pallore, & titubatione fidem fa-
14 ciat, aſſerendo, ꝙ prædicta ſigna in teſte perpẽdit. ¶ † An au
tem ipſe teſtis debeat eſſe pręſens, quando iudex ipſum aſſe
rit vacillaſſe: & eidem teſti notificare [in hoc vacillas, & ti-
tubas] &c. poſt multa cõcludit, ꝙ aut intendit ad pœnam te
ſtis: & debet hoc facere notum teſti, nõ producenti. ſed tan
tummodo debet hæc facere ſcribi in actis, & in continenti;
quia ex interuallo non poſſet. & hæc eſt concluſio Inno. cir-
ca hoc. ¶ Ex quibus infertur, ꝙ in adhibenda, vel non adhi-
benda

benda fide teſtibus:totum hoc pendet à iudicis poteſtate.&
poteſt iuſtificare, vel condemnare vt placet. caueat tamen à
15 pœna c.cum æterni.de re iudi.li.6.¶ Quartò quæritur.pone,
narratur in ſententia [libello oblato;lite conteſt. iuramento
de calū.citatis partibus ad hanc ſententiam audiendam. Id-
circo Chriſti nomine inuocato condemnamus. ] &c. an iſta
ſententia fidem faciat de omnibus,quæ narrantur in ea.dicit
Inno.ꝙ ſi plura narrantur in ſententia, vel alia diſpoſitione,
præſumuntur illa interueniſſe tempore inſtrumenti : ſi tunc
potuerunt geri,& non alia.& hoc dicit gl.in l. 1.C.de fide in-
ſtru.& iure haſtæ fi.l.1.li. 10.& exemplifica,vt no.Barto.in l.
ſciendum.ff.de verb.obl.vbi ſuper articulo.de quo hic. an ſ.
ſolemnitas præſumatur.breuiter ſic diſtinguit. aut quæritur
de ſolemnitate extrinſeca.& tunc aut de ea non fit mentio in
inſtrumento:& non præſumitur,vt l.quæcunque. in fin. ff. de
publ.aut de eo fit mentio. & tunc poſsibile eſt illam ſolemni
tatem interueniſſe tunc,cum inſtrumentū conficitur.aut quę
ritur inter eaſdem perſonas.& præſumitur,vt l.optimam. C.
de contrahē.ſtip. ſi partes poterant illi expreſsè renunciare,
non alias.aut inter alias:& nō præſumitur,ut in Auth. ſi quis
in aliquo documento.C.de eden. ¶ Aut quæris de ſolemnita
te intrinſeca materiali:& nō pſumitur.vt Inſti.de emp. & vē.
§.ptiū.aut de ſolēnitate formali: & quā verborū ſignificatio
neceſſariò cōprehendit.& præſumitur,vt d.l.ſciendum.& In
ſti.de inuti.ſtip.§.ſi ita ſcriptum.aut natura verborum prola
torum neceſſariò non comprehendit,ſed eſt apta comprehē
dere.& tunc aut proferuntur à teſte:& non præſumitur , vt l.
2.C.de vſur.aut proferuntur in inſtrumento : & non præſu-
muntur,vt no.Bar.in d.l.ſciendū.de quæſtione verò gl. an ſi
in ſententia fit mentio de litis conteſta.& alijs,pars negat in-
terceſsiſſe:an præſumatur,ſi de ipſis in actibus aliter non a p
paret.dicit Inn.ꝙ aut ſententia lata fuit partibus præſentib.
& non contradicentibus:& præſumūtur interceſsiſſe omnia,
quæ narrantur in ea.aut partibus abſentibus,quæ hoc negāt:
& non præſumuntur,niſi probentur.de hoc in Spe.de inſtru.
edi.§.reſtat.verſi.in ſumma.& per Io.An.j.e.c. 1.in cle. & s.
16 de renūci.c.in præſentia.& per Cy.in d.Auth.ſi quis in aliquo
documento.¶ † Quintò quæritur. vtrùm ſoli ſcripturæ tabel
lionis ſine præſentia,& ſubſcriptione teſtium credatur de a-
ctis.gl.3.tenet,ꝙ ſic.licèt tutius ſit teſtes adhiberi.ad hoc fa-
cit.C.de dona.l.donatione.pro hoc facit,quia creditur ſcrip-
turæ in depoſitione teſtium,quem examinat in ſecreto.tenet
tamen Hoſti.cum gl.ꝙ tutius ſit adhiberi teſtes.dicit Io.An.
ꝙ communiter in litis conteſta.& interlocutorijs ſubſcribun
tur teſtes in alijs,nō apud aliquos.etiam(dicit ipſe)ſeruatur,
ꝙ in diffinitiua ſcribuntur,cum illa ſit terminus actis . & ita
vtitur hic Senis.de quo hic plenius in nouella.¶ Sextò, & vlti
mò quæritur.dictum eſt ſupra , ꝙ præſumitur pro ſententia,
quando conſtat de ordine iudicij.pone ergo, ꝙ quis dicit ſen
tentiam(à qua tamen non appellauit)iniuſtam. ad quod pro
bandum exhibet acta:in quibus dicitur per.N.& K.debitum
probatum.cum in rei veritate nihil probent.an ſi ad hoc fuit
admiſſus,ſententia retractabitur?dicit Inn.ꝙ non.& imputet
ſibi,qui non appellauit.Non ob.c.cum Bertoldus.j. de re iu-
di.vt ibi plenè.Item non ob.c.2.j.de pur.vulg. cui reſponde,
vt hic per Doc.quibus adde,quod no.in l.qui teſtō.ff.de ex-
cu.tu.& l.ſi is ad quem.de acqui.here.vbi per gl.& Bart.

ADDITIO.

a ¶ Delegationes.Vide Doc.& maximè Inno.in c.prudentiam.de offi. de-
leg.gl in l.acta.de re iudicata.Io.An.& Anto.de Bu.hic.

*SVMMAE.*

1 *Purgatio rei,quòd non deliquerit:non eſt recipienda,ſi probari poteſt reum deliquiſſe.*
2 *Papa ex ſuo officio debet prauam conſuetudinem extirpare.*
3 *Conſuetudo reprobata per ſuperiorem non poteſt de cetero induci.*
4 *Probatio negatiuæ releuat probantem : ſi aduerſarij intentio non eſt probata per affirmatiuam.*

1 AD noſtram. † Si probari pōt reū deli
quiſſe:eius purgatio (ꝙ
non deliquerit)recipiēda nō eſt.h.d.Et ponit pra
2 uā conſuetudinē,quā.2.prohibet obſeruari.¶ † Primò no.ꝙ
Papa ex ſuo officio dēt prauā conſuetudinē extirpare.facit
s.de conſue.c.cum inter nos.& quod ibi no. ad vnum tā ad-
3 uerte,† ꝙ quando ſuperior reprobat conſuetudinem,nō po-
terit de cetero induci:quia vidētur nō ſolū dānata pterita,ſed
futura.adde quod no.j.de ele.c.ſtatutis.in cle. ¶ Secūdò no.
4 † ꝙ probatio negatiuæ releuat probantē,ſi ex aduerſo proba
ta nō eſt intentio per affirmatiuā.& hoc eſt,qđ alibi dicit gl.
ꝙ plus creditur duob.affirmantib.q̄ mille negantib. qđ dic,
vt le.& no.in l.diem proferre.§.ſi plures.ff.de arbi.Ratio eſt,
quia teſtis dēt deponere de eo,qđ percipit ſenſu,vt l.q teſtō.
in fi.ff đ teſt.¶ Sed negatiua(ꝙ talis nō deliquerit:nō citatus
fuit.)non cadit in ſenſum eius.facit quod no.Inn.j.de teſt.c.
cum cām.per confeſsionem autem bene poſſet negatiua pro
bari,vt in c.1.de confeſ.lib.6.

*SVMMAE.*

1 *Fines diœceſis probantur per libros antiquos:adminicula:teſtes : & famam .*
2 *Quæſtio quando vertitur ſuper confinibus,recurritur ad libros antiquos:& etiam ad ſcripta in lapidibus,vel columnis.*
3 *Plena probatio reſultat ex varijs ſpeciebus probationum.*
4 *Fama adminiculatur per ſe:non autem ſufficit ad probationem.*
5 *Prouinciæ quòd fuerint diuiſæ ante aduentum Chriſti , quomodo intelligatur.*

1 CVm cauſam † Fines diœceſis probā
tur per libros antiquos,
adminicula,teſtes,& famam.h.d. cōmunis diuiſio.
2.ibi[mandamus.]&c.¶ Primò no.ꝙ ſuper limitibus diœce
ſis oritur quandoque cōtentio.& iſti limites ſolent diſtingui
per flumina:per riuos aquarum:per caſtella:per villas (puta
caſtrū,vel villa ſit vnius diœceſis:citra verò alterius. ) quādo
que diuiduntur per mōtes,vel cacumina montiū.facit.s.c.ex
2 literis.& de præſcrip.c.quia iudicante.¶ Secūdò no. † ꝙ cū ē
qō de confinib.recurritur ad libros antiquos,& ēt ad ſcripta
in lapidibus,vel columnis,ſm̄ gl.34.q.2.c. ſane. quod verbū
no.& ipſum intelligit Ioan.An.non ſic ſimpliciter:ſed hoc ar
bitrabitur bonus iudex.poſſet.n.eſſe,quòd iam ſunt centum
anni,quibus ſacerdos ſcripſit in lapide,ꝙ tota prouincia erat
ſua.nec de facili crederetur ſibi ſine aliis adminiculis,vt C.e.
l.inſtrumenta.ubi uerò uita alicuius ſancti concordat cū ſcri
ptura lapidum,vel cum priuilegijs eccleſiæ:erit plena proba
3 tio,vt dicit Ho.ſe uidiſſe de facto.¶ Tertiò not. † ꝙ ex varijs
ſpeciebus probationum reſultat plena probatio.& hoc eſt,
quod dici ſolet. Et quæ non proſunt ſingula,multa iuuant.&
plures ſpecies probationum imperfectæ faciunt vnam per-
4 fectam.quod dic,vt l.1.C.qui nu.tu. ¶ Quartò no.† ꝙ fama
adminiculatur.per ſe autem non ſufficit.quod dic,vt no.in l.
3.§.eiuſdē.ff.de teſti.& j.ti.1.c.veniens.il 1.vbi uide.¶ Quæ
rit Inn.qualiter intelligatur hæc Dec. vtrùm qn̄ nullus eſt in
poſſeſsione:vel qn̄ alter ſe poſsidere contēdit. dicit,quòd v-
troq; mō poteſt intelligi.primo mō:qn̄ nullus eſt in poſſeſſio
ne,pōt fieri diuiſio de nouo,ſm̄ antiquam famam, & admini
cula.16.q.3.c.inter memoratos.ſimiliter pōt peti diuiſio , ꝙ
alter eſt in poſſeſsione:non aūt conſtat de diuiſione , uel alio
eius legitimo titulo,q requiritur in reb.eccleſiaſticis.j. de re
ſcrip.c.ſi dilecti.rectè igitur illo caſu imploratur offim̄ iudi-
cis ad diuiſionē faciēdā.ad quā adminicula ſuffragantur , vt
hic facit.j.de reli.do.c.1.¶ Sed cōtra hoc opp.& vr̄, ꝙ ſi ali-
ter poſsidet,nō poſsit agi ad diuiſionē.contra qa iudiciū cōi
diui-



diuidūdo datur inter compoſs.vt patet.ff.cōi diui.per totū.il
le aūt,qui non poſsidet,dēt agere uia ordinaria,& rē vēdica
re.nec pōt intētare cōi diuidūdo iudiciū, ſi negatur dn̄s , uel
poſſeſſor,vt l.fundi.& l.fundū.ff.de excep.Et præſertim quia
præſumendū eſt,ꝙ ille,qui poſsidet,bene poſsideat: niſi pro
betur cōtrariū,vt l.ſi.C.de rei vē.So.dicit Inn. ꝙ opi. eſt ve-
ra,vbi noſcitur ueritas:nec ſciri pōt.& ubi nō eſt pręſumptio
contra poſsidentē,ut C.e.l.ſiue poſsidetis.& 100.di.c. cōtra
morē.¶ Sed hic cōſtabat,qa nō erāt epatus diuiſi: ſed de no
uo redierāt ad cultū Chriſti.Vel cōſtabat,quòd vterq; eorū
occupauerat de terra:& extēderat limites ſuos,quantum po
terat : & ad hoc extēdere conabatur.vn̄ cōſtabat,ꝙ talis poſ
ſeſsio nō debebat pdeſſe,tanq̄ de re,quā ſciebat ad ſe nō ſpe
ctare:& ut C.vn̄ vi.l.cū quærebāt.& l.vis eius.C.e.ti.¶ Secun
dò cōtra iſtud op.& vr̄,quòd iſta icertitudo locū hr̄e nō poſ
5 ſet † cum ante aduentum Chriſti fuerint diuiſę prouncię.& ſe
cundùm illā diuiſionē Apoſtoli ſtatuerunt epiſcopos: prima
tes:& archiepos.80.di.c.1.& 90.di.c.1.So.dicit gl.ꝙ nō oīa
diuiſerunt.vel licèt diuiſerunt,poſtea variati ſunt limites, &
confuſi. quia prouinciæ illæ ab infidelibus occupatæ : nec
eſt memoria de prædicta diuiſione. ¶ Sed tunc tertiò oppo
nitur.& videtur,ꝙ debeant occupanti concedi.quia quod in
nullius bonis eſt,occupanti cōceditur, vt Inſt.de re.diui.§. fe
ræ.¶ Sol. ibi loquitur de rebus hoſtiū:nō de illis,q̄ nr̄a erant,
& ab hoſtibus occupata.dn̄t enim , ſi recuperantur , reſtitui
veteri poſſeſſori,vt l.poſtliminiū.ff.de capti.¶ Sed dices,poſt
quam de veteri poſſeſſore nō conſtat:videtur, ꝙ debeant cō
cedi occupāti.& hoc iuſtius eſt:quā ꝙ remaneant penes ho-
ſtes.¶ So.dic,contrariū locū habet in rebus priuatis , nō in
ſpūalibus ( vt ſunt iura epiſcopalia:quæ à nemine occupāda
ſunt,niſi auct.xpi:vel eius vicarij , vt patet in eo,quod le. &
no.de cle.pe.c.1.& de offi.archi.c.cum ſatis.)¶ Ex his ergo
patet,ꝙ in duobus vicinis epatibus nouiter ad cultū xpi re-
dactis,non poteſt vnus pręoccupare,quo minus alter poſsit
diuiſionem petere.

*SVMMAE.*

1 *Matronæ,per quas puellæ virginitas probatur,poſſunt reprobari.*
2 *Mulier non eſt reſtituenda viro,ſi dicat ſe virginem.*
3 *Teſtes in contrarium admittuntur contra deponentes ſuper peritia artis.*
4 *Probationes admittuntur ſuper contingentibus cauſam.*
5 *Teſtes in cā matrimoniali recipiuntur, ēt publicatis atteſtationibus.*
6 *Virginitas dicitur priuilegiata,quia replet paradiſum.*

1 CAuſam matrimonij † Poſ-
ſunt re
probari matronæ,per quas virginitas puellæ pro
batur.h.d.cōis diuiſio:ſecunda ibi [ mandamus . ] ¶ Primò
2 no.† ꝙ mulier non eſt reſtituenda viro,ſi dicit ſe virginē.qa
pt timeri dę corruptione.& iſte eſt caſus,in quo reſtitutio de
negāt.alij no.s.vt lite nō cōteſt.c.1.& c.literas. de reſt. ſpol.
3 ¶ Secundò no.† ꝙ contra deponētes ſuper peritia ſuæ artis
ſunt teſtes in contrarium admittendi. quia ſæpe manus fal-
litur,& oculus obſtetricum. de quarum cura,vel balneo fien
do pp vnguenta,& medicamenta,tractat hic Inn.de quo plę
4 nè poſt eum.¶ Tertiò no.† ꝙ ſuper contingentibus cauſam
ſunt probationes admittendę:ergo non impertinentes.de of
5 fi.dele.c.cum contingat.¶ Quartò no.† ꝙ in cauſa matrimo
niali,etiam publicatis atteſtationibus, ſunt teſtes recipiendi
ſecundū gl.vel aliter,ſecundùm Gof. hic loquitur in caſu, in
quo publicatio non nocet nouæ productioni teſtium . quod
eſt,quādo illud,ſuper quo deponitur, ſubiicitur viſui:in quo
caſu percunctatio,& ſubornatio( ne aliquid addatur, vel mi
nuatur.nō poteſt habere locum. & idē in inſpectione inſtru
mentorum,& cōfinium.C.ſi.reg.l.ſi irruptione.§.ad officiū.
& hoc dictum ſingulariter no.& pridie habui de facto , cum
eſſet quæſtio ſuper diſtantia loci.& teſtes non probauiſſent.
dicebam,non obſtante publicatione,iterum teſtes poſſe pro
6 duci.quia res ſubiicitur viſui,vt dixi. ¶ Vltimò no. † ꝙ vir-
ginitas dicitur priuilegiata:quia replet paradiſum, ſicut nu-
ptiæ replēt terram.32.q.1.c.nuptiæ.& in aliis iuribus alleg.
in glo.&c.

*SVMMAE.*

1 *Acta facta in vno iudicio faciunt fidem in alio.*
2 *Acta quando perduntur , debet à capite reiterari , & recipi teſtes vtriuſque partis.*
3 *Inſtantia litis non expirat curſu triennij.*

CVm bonæ memoriæ. Acta corā
primis iudicibus habita faciunt fidem corā ſecū-
dis.h.d. ponit duplicis cōmiſsionis formam bimēbrem. ſe-
1 cunda.ibi[alioqui.] ¶ Primò no.† ꝙ acta facta in vno iudi
cio faciunt fidem in alio.de hoc plenè in l. is apud quem. C.
de edendo.¶ Secundò no.ꝙ acta debent penes iudicē ma-
nere.Sed in c.quoniā cōtra falſam.s.eo. dicitur,ꝙ penes ſcri
2 ptorem.¶ Tertiò no. † ꝙ quandoque acta perdunt: & tunc
debent à capite reiterari:& recipi teſtes vtriuſq; partis : niſi
forſan præſumatur contra alteram partē,apud quam depo-
ſitæ eſſet atteſtationes.quod dic vt j.tit.1.c. conſtitutis.ſecū
3 dū Ho.¶ Quartò hic colligitur,ſm̄ eū,† ꝙ inſtantia litis non
expirat curſu triennii.Iſta enim quęſtio fuerat inchoata tem
pore Cęleſtini,& per Inn.commiſſa.cui poſtea Honorius(q
vltra triennium vixit.& modò erat coram Gregorio)ſucceſ
ſit.pro hoc c.cum tempore.de arbi.& ¶ Quartò no. ꝙ Papa
committit examinationem cauſę:vt inſtructa remittatur ad
eum de qua inſtructa vide per Inno.de app.c.intimaſti.& in
Spe.in ti.de remiſsionibus.

## De teſtibus,& atteſtationib.

DICTVM eſt.s.de probationibus in genere.
ſequitur videre de ipſarum ſpeciebus in ti
tulis ſe.Et pręmittit probationis ſpeciem,
quæ fit per teſtes.quia validior eſt,cum fiat
per viuam vocem,vt in Auth.de inſtrumen
torum cautela.§.ſi verò aliquam.coll. 6. ha
betur de materia.4.q.3.& 2.q. 4. 3. q. 5.& q.9.9.q.2.35.q.
6.per totum.11.q.3.c.quiſquis.Repetitur in 6. & cle.& con
ueniūt multa iura poſita in hoc volumine.¶ Quærit Io.An.
quare dicit.de teſtibus,in plurali.& non de teſte,in ſingula-
ri.¶ Item quare dicit.de teſtibus,& atteſtationibus.cum in
C.ff.& in Auth.nō ponat niſi rub. de teſti.reſpo. vt ibi p eū.

*SVMMAE.*

1 *Teſtes non ſunt pretio conducendi : tamen debent habere expenſas.*
2 *Teſtes debent eſſe idonei,& fideles.*
3 *Infideles non ſunt idonei teſtes,etiam in exceptis criminibus:*
4 *Conditio,& humilitas teſtis inſpicitur tempore , quo ad teſtimoniū recipitur*
5 *Teſtis,quòd debeat deponere ieiunus,quomodo intelligatur.*

PLacuit ſancto Non ſummatur,nec
diuiditur pter eius
breuitatem.& tria dicit. ſecūdum ibi [ & vt. ] tertiū
1 ibi [ac nullus.] ¶ Primò no.† ꝙ teſtes non ſunt pretio con-
ducēdi.expen.tamen habere debent:quia nō dicitur pretiū,
ſiue lucrum,quod ſumitur in expen.de quibus dic,vt.j.de re
ſcrip. c. ſtatutum.li. 6.& 4. q. 3. Item in criminali.non ergo
prohibentur expen.ſed pretium: quod nō poteſt recipi etiā
pro bono teſtimonio ferendo,vt l.1.ff. de fal. facit quod no.
in l.3.ff.de condi.ob.tur.cauſam.& s.ti.1.c.licèt cauſā. ¶ Se
2 cundò no.† quòd teſtes debent eſſe idonei,& fideles.idonei-

tas qualiter conſyderetur ,no.ĵ.c. proximo.in glo.ſuper ver
bo vilisſimi.

*Conditio,ſexus,ætas,diſcretio, fama.*
*Et fortuna,fides,in teſtibus iſta requiras.*

3 ¶Et à cōtrario ſenſu huius c.colligitur,† ꝙ infideles nō ſunt
idonei teſtes,etiam in exceptis criminibus,ſecūdū Io. An.2.
q.7.c.pagani.quod dic,vt ĵ.eo c.1. in cle. ¶ Tertiò colligi-
4 tur hic,dum dicit [ idonei, & fideles aſſumantur ] &c. † ꝙ
conditio,& humilitas teſtis inſpicitur tempore,quo ad teſti.
recipitur. Quid autē ſit, ſi teſtis poſt iuramētum efficitur in
famis:vel excommunicatus. vel talis erat tempore celebrati
contractus:non autem ſic eſt.vt no.ff.de teſta.l. ad teſtamen
tum.§.ad conditionem.& in reg.factum legitimè.in mercu-
5 rialibus.& in c.præterea.de teſti.cog.&c. ¶ Quartò no.† ꝙ
teſtis debet deponere ieiunus.quod intellige, vt in glo. vel in
tellige etiam hoc de iure in locis , vbi poſt potū homines ex
nimia potatione ſunt ebrij . ¶ Quis autem dicatur ieiunus.
dic,vt de conſe.di. 5.c.ſacramenta.in prima glo.

*S V M M AE.*

1 *Receptio teſtium facta contra non citatum eſt nulla.*
2 *Nomen Domini ſemper præponendum eſt.*
3 *Abſens per contumaciam æquiparatur præſenti.*
4 *Leges ſeruandæ ſunt in cauſis,quæ mouentur contra clericos.*
5 *Procuratores duo ſimul dati ſunt cum clauſula:quòd non ſit melior conditio occupantis:quorum alter litem conteſtatus eſt, alter produxit teſtes,qui depoſuerunt:an valeant depoſitiones.*

1 IN nomine Domini. † Nulla eſt receptio te
ſtium facta contra non citatum.h.d.& primò ponit di-
ctum. quod ſecundò probat lege.tertiò concludit.ſecūda.ibi
2 [ne poſtea.] ; ibi.[ ecce. ] ¶Primò no.†pręmittēdū nomē
Domini.de quo in Spe.in ti.de inſtr.edi.in prin. & 1.ad Co-
rin.3.c.¶ Secundò no.tex.ibi [ quia ſe abſente] &c.quia po
nit formam citationis: vt veniant audire teſtes. per quē text.
dicunt quidam,ꝙ cum teſtis examinatur,aduerſarius debet
eſſe præſens examinationi. ¶ In contrarium ſe habet gene-
ralis cōſuetudo,vt no.gl.in l.ſi quādo.C.de teſt.& in Spe.e.
ti.§.nūc tractandum.in prin.& Auth.de teſt.§. quia verò.&
3 ff.de pu.iud.l.cuſtodias.per Bar.¶Tertiò no.†ꝙ abſens pro
contumacia æquiparatur præſenti.quod declara,vt no.Inn.
4 ſ.de dila.c.pręterea.¶ Quartò no. † ꝙ in cauſis,quæ mouē
tur contra clericos, ſunt leges ſeruandæ:& non valet,qđ ſit
contra leges,vt l.non dubium.C.de legi.& ĵ.de oper.no. nū
cia.c.1.¶ Quærit hic Io.An.dicitur hic, ꝙ epūs, contra quē
teſtes ſunt recipiendi,eſt monendus. quid ergo ſi litigat per
procuratorem,& epiſcopus citatur ad vidēdū iurare teſtes :
an valeat exceptio,ſi nō comparet. Dominus Lambertinus
de Rampo.diſputauit iſtam quæſt. vt hic refert Ioan. An.ar
guens ad vtranque partem.& tamen cōcludit, ꝙ debuerit ci
tari procurator.& non dominus in his, quæ pertinēt ad litis
ordinationem,& cauſæ proceſſum. Sed in his,quæ reſpiciūt
litis deciſionem,valet citatio facta de domino. quod eſt no-
tandum.¶ Et circa hanc quæſtionem addo quod no.Barto.
5 plenius in l.furioſo. ff. de re iudi. ¶ † Secundò quæritur de
duobus procuratoribus in ſolidū.ſimul datis cum clauſulā:
ꝙ non ſit melior conditio occupantis. quorum alter litē con
teſtatus eſt:alter produxit teſtes,qui depoſuerunt. an valeāt
atteſtationes.ſimiliter arguit,& diſtinguendo reſpondet : ꝙ
aut dominus vult valere productionem , & reus non valere:
tunc ſi reus præſens fuit,& nō contradixit :valet receptio,vt
l.filiusfamil.§.veterani.ff.de procura.ſecus ſi erat abſens, vt
l.1.& 2.ff.de exercito.&c.¶ Si autem econtra reus vult va-
lere,& dominus non vult:exauditur reus,quia fauorabilior,
propter dictam clauſulā.&c.¶ Tertiò quæritur. dicitur hic,
ꝙ debet moneri. ſed vtrùm ſufficiat citatio , vel monitio ad
domum:vt veniat ad videndū iurare teſtes.dic vt no. Io.An.
in reg.præſumitur.in mercurialibus.

*S V M M AE.*

1 *Iudex,cui crimina denunciantur, debet cūcta diligenter perſcrutari.*
2 *Mulieres,quòd contra clericos admittantur in cauſa criminali,quomodo intelligatur.*
3 *Socij criminis quòd in cauſa criminis admittantur contra ſociū, quo modo intelligatur.*
4 *Examinatio teſtium non committitur in cauſa criminali*

a QVoniam. Mulier a teſtificatur cōtra cle
ricum,cum de crimine ciuili-
ter agitur.h.d.ponit thema, & iudicē inſtruit. ibi
1 [ neceſſe eſt.] ¶ Primò no.quòd iudex, cui crimina denun-
ciantur,debet cuncta diligentius perſcrutari.30.q.vlt.c.iudi
cante.vnde etiam poſt publicatas atteſtationes poteſt teſtes
producere iudex tā ad offenſam:quàm ad defenſam. vt not.
Bar.in ſua diſputatione,quæ incipit.Iudex maleficiorum. &
2 Inno.ĵ.e.c.cum clamor.¶ Secundò not.† ꝙ mulieres cōtra
clericos in teſtes admittuntur in cauſa criminali.quod intel-
lige verum,cum agitur ciuiliter,vel criminaliter per modū
exceptionis,denunciationis , vel inquiſitionis,ſecundùm gl.
& no.15.q.4.in ſumma.& ĵ.de ver.ſig.c.forus.& in Spe. eo.
3 tit.§.1.ver.Item ꝙ eſt mulier.& ſe.¶ Tertiò no.tex.[ cū qui
bus dicitur pegiſſe.] &c. quòd ſocii criminis ad teſtimoniū
admittuntur contra ſocium.quod intellige,vt dicit glo. ſ.de
confesſis.c.1.de ſociis autē contractuū an vnus pro alio ad-
mittatur:vel vēditor in cā emptionis. vel illi,quorū intereſt,
no.hic Inn.& per Io.An.ĵ. c.inſuper.vbi dicam.& de illa ma
teria vide plenè.79.di.c.ſi quis Papa.& quod no.ĵ.eod.c.ve-
niens.il.1.ſuper gl.2.¶ Vltimò no. quòd Papa non commit
tit hic examinationem teſtium:ſed vult,vt ad eum mittātur.
4 dum dicit[ huic feſtines adducere.] & hoc ideo † quia in cā
criminali nō cōmittitur examinatio teſtiū,vt in Auth. apud
eloquentisſimum.C.de fide inſtru.

A D D I T I O.

a ¶ Mulier.An autem poſſit eſſe teſtis in teſtamento.vide Io.de Turre cremata in c.hermaphroditus.4.q.3.

*S V M M AE.*

1 *Denuncians per dictum ſuum,& alterius probat ſe pręmonuiſſe.*
2 *Teſt is ſynodalis in re denunciata admittitur tanquam talis .*
3 *Monitio vt pœniteat:vel denunciatio facta eccleſiæ pertinet ad quālibet partium.*

1 IN omni negotio. †Is,qui denūciat, per dictum ſuum,
& alterius probat ſe præmonuiſſe.h. d. & primò ponit
dictum. ſecundò ibi illud patenter probat duabus auctorita
tibus.ſecunda ibi.[Itē alibi.]¶ Primò no. ſecundùm omnes,
ꝙ iſte tex.intelligitur in cā denunciationis . & qđ dicit text.
de re ſibi no.expone,ideſt de notificatione à ſe facta. vel po
2 teſt intelligi de teſte ſynodali, † qui etiā in re denunciata ad
mittitur tanquā talis. Idem in alio denunciāte.niſi per denū
ciationē ſequitur depoſitio,ſecūdùm Vin.facit. 11.q.3.c. pͤ-
cipuè.& de teſti.co.c.præterea.de hac autē denūciatione euā
gelica,plenè no.ſ.de iud.c. nouit. vbi tractat qs admittatur:
& qui in ea ſunt teſtes idonei.vtrū infames,& alij crimінoſi.
3 de quo in glo.pe.cui adde qđ dicit Ho.videlicet† quòd moni
tio,vt pœniteat : vel denūciatio eccleſiæ faciēda ad quālibet
partiū.coērctio ſpectat ad habētē iuriſdictionē:nec coerce-
bit niſi platus.2.q.5.c.plerūq;.& de ſimo.c.ſicut tuis.ſm̄ Ho.

*S V M M AE.*

1 *Cōſanguineis plus creditur,q̃ extraneis,cū eſt q̄ſtio de cōſāguinitate.*
2 *Teſtes qualiter debeant iurare,cū agitur ad ſeparationē matrimonij.*
3 *Teſtis quibus exceptionibus repellatur.*

Quoties



QVoties aliqui. Dicit,quales eſſe, & qualiter iurare dēant
qui ſuper conſanguinitate deponunt. cōis diuiſio.ſe
1 cunda ibi[probatio.]¶Primò no.ex ordine literæ. † ꝙ cum
de conſanguinitate cōtēditur:plus creditur conſanguineis,q̃
2 extraneis . quia præſumuntur magis ſcire facta conſangui-
neorum,vt l.de tutela. Cde in inte.reſti.mino.¶Secundò no.
qualiter debent teſtes iurare , cum agitur ad ſeparationem
3 matrimonij. quia deponunt de auditu à maioribus , & cre-
dulitate.hodie aliter prouidetur, vt. ĵ.e. c.licèt. ¶Tertiò no.
†quibus exceptionibus repellitur teſtis.quia repellitur,pro-
pter priuatum odium:ſecus ſi propter publicum. quia habet
eum odio, vt peccatorem. 86.di.c.odio. ¶ Similiter dic de a-
micitia.quia repellit teſtem,ſi eſt carnalis , quæ corruptionē
inducit.charitatiua enim non impedit teſtes, ſecundùm Ho.
de hoc in Spe.eo.ti.in prin.

*S V M M AE.*

1 *Prælatus poteſt eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ ſuę.*
2 *Adminiſtrator an poſſit teſtificari de eo, quod ſuo tempore fecit.*
3 *Procurator eccleſiæ,an poſſit in cauſa eccleſiæ eſſe teſtis .*
4 *Oeconomus ſi agit pro eccleſia:an epiſcopus poterit eſſe teſtis.*
5 *Clerici ſinguli quare admittantur ad teſtimonium in cauſa eccleſiæ.*
6 *Legatarius an poſſit eſſe teſtis in cauſa teſtamenti.*
7 *Venditor an ſit teſtis idoneus in cauſa mota contra emptorem.*
8 *Donator an poſsit eſſe teſtis,ſi de re donata moueatur quæſtio donatario .*
9 *Aduocatus an poſſit eſſe teſtis in eadem cauſa, in qua fuit aduocatus .*

INſuper ſtatuimus. Prælati,& cleri ci, qui cauſam
eccleſiæ non procurant:teſtificari pn̄t in ea.h.d.ponit di-
ctum:quod poſtea determinat.ibi[dummodo.]¶Primò no.
ꝙ Papa alloquitur rectorē,& Capitulum, vt patet in ſubſcri-
1 ptione.†prælatus ergo poteſt eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ ſuę.
& hoc no.hic Pe.& Ab.& Gui.in Spe.in ti.de teſt.§. 1.ver.ſed
2 nunquid rector.& ibi in ver.ſe. † notatur de adminiſtratore,
an teſtificetur de eo,quod ſuo tempore fecit. de quo ibi ple-
3 nè in additionibus Io.An.¶Secundò no.† ꝙ ille,qui eſt pro-
curator eccleſiæ,non poteſt in dicta cauſa eſſe teſtis. Si autē
vnus de Capitulo eſt procurator in vna cauſa,poterit eſſe te-
ſtis in alia.¶ Item iſtud eſt verum,ſi recepit officium procu-
rationis:aliàs poſſet,vt.ĵ.eo.c.dilecti.Item ſi recepit , & po-
ſtea re integra renunciauit:vel etiam re non integra, ſi nō eſt
proceſſum ad litis conteſt.vt.ff.de procura. l. ante litem.& l.
ſeq. & hoc facit ; quia non reperitur prohibitum, quòd talis
4 repellatur:ergo admittitur.¶ Quærit Io.An.vtrùm †ſi œco-
nomus agat pro eccleſia:epiſcopus poterit eſſe teſtis. Hoſti.
ꝙ ſic.ſicut pͭ abbas,& qlibet prælatus , vt hic.& quod no.de
cenſi.c.procuratione.Si autem agat vicedominus,dicit Inno.
epiſcopum repellendum à teſtimonio. Hoſtiē.contra.de quo
5 hic in nouella. ¶Secundò quæro de ratione† quare ſinguli
clerici ad teſtimonium admittuntur in cauſa eccleſiæ.dic , ꝙ
ideo:quia quod eſt vniuerſitatis,non eſt ſingulorum. 12.q.2.
c.qui manumittitur.quod credo indiſtinctè,vbi vtilitas in vni
uerſitate non affert vtilitatem in ſingulis : ſecus vbi afferret
vtilitatem in ſingulis:vt ſi fructus poſſeſsionum eccleſiæ diui
dunt inter ſe.tunc ſi de dicta poſſeſsione mouetur quæſtio ec
cleſiæ,poſſum eſſe teſtis. dubito , quia negari non poteſt , ꝙ
eorum non vertatur vtilitas, ſi poſſeſsio remanebit eccleſiæ.
Et ſic,cum per quandam conſequētiam negotium tangat ip
ſos:non videntur idonei. ſicut dicimus in legatario,vendito-
re,& in ſocio,& in alijs,de quibus. ĵ. dicam. pro hoc facit qđ
no.ff.quod cuiuſque vniuerſi.no.l.ſicut. vbi de nemore com-
muni,in quo ſinguli ſua animalia paſcūt.de quo no.Io. An.ĵ.
6 e.c.cū nūcius.¶Teritò q̄ro†an legatarius poſsit eſſe teſtis in
cā teſt.de hac q̄one dic in Spe.de inſtru.edi.§.poſtremò.ver.
quid de legatario.Io.An.tenet hic, ꝙ qn̄ ĩ oēm euētū ē habi-
turus legatū (puta qa eſt repetitū à veniētib.ab inteſtato.)pn̄t
tūc teſtificari aliàs ſi in alterius caſus euētū nō dn̄t in illo ca
ſu ad cōfirmationē teſt.nō hēbitur ſibi plena fides,ar.ad hoc
in Auth.de teſt.§.ſi verò.vbi ille,q in cōſequētiā ex ſuo teſti
monio cōſequitur lucrū,non cenſetur teſtis idoneus.facit qđ
7 no.ff.eo.l.nullus. & l.qui teſtō. ff.de teſt.vbi de hoc.¶Quar-
tò quæritur† vtrū vēditor erit idoneus teſtis in cā mota con-
tra emptorē:vel econuerſo.no.C.e.l.oīb. & Spe.e.ti.§.j. ver.
quid de venditione.vbi videas.& e.ti.§.j.ver.ſed nunquid.vbi
quæritur.an ſocius in cā ſocij ſit idoneus teſtis.de quo in l. di
8 ctantibus.C.de teſt.per Cy. ¶ Quintò quæro† quid de dona
tore.an ſi de re donata moueatur q̄ō donatario,poſsit eſſe te
ſtis:& in caſu,quo teneretur de euictione.quod eſt quandoq;
vt l.auus.C.de euic.certum eſt, ꝙ non eſt idoneus teſtis.In ca
ſu verò,quo de euictione non tenetur:an teſtis eſſe poterit.vi
detur, ꝙ non.quia optat valere quod agit. qua ratione repel
litur pro xeneta,vt in Auth.e.ti.§.pen. hac ratione dicunt ēt
quidā, ꝙ cedēs non pōt eſſe teſtis pro ceſſionario. quod dic,
9 vt no.in Spe.de procura.in fi.¶ † Quid de eo,qui fuit aduoca
tus,vel iudex in eadem cauſa.dic vt in c.Romana.eo.ti.lib.6.
& c.2.ſ.de arbi.¶ Vltra alios quæritur. volebā fideiubere ꝓ
Titio recipiente mille à Martino mutuo . Martinus voluit,
ꝙ me principaliter in inſtrumento obligarē.& ſic feci.modò
cum Martinus me conuenit.dico, ꝙ fui in veritate fideiuſſor.
& ꝙ prius dēt Titius conueniri. ad qđ probandū produco ip
ſum Titium in teſtem:an ſit idoneus?dicit Dy. ꝙ ſic, vt refert
Cy.in d.l.dictantibus.C.de teſt.facit quod no.Bar. in l.defer
re.§.idem decernunt.ff.de iure fiſ.vbi quærit, an mādatarius
poſsit eſſe teſtis pro mandante in cauſa , in qua aſſerit aliq̄d
feciſſe de mandato illius &c.

*S V M M AE.*

1 *Probatio exceptionis oppoſitæ contra teſtes poteſt differri poſt publicationem.*
2 *Titulus beneficij an præſumatur ex poſſeſsione longiſsimi temporis.*
3 *Laicus non admittitur ad impetrandum literas contra clericum iniuſtè beneficium detinentem.*
4 *Filius ſacerdotis,etiam legitimus,& naturalis,non poteſt obtinere eccleſiam, quam pater habuit.*
5 *Publicus fornicator debet ab eccleſia remoueri.*
6 *Exceptio contra perſonas teſtium eſt obtinenda,dum producuntur.*
7 *Procurator admittitur,cum de crimine ciuiliter agitur.*
8 *Sententia ad hoc vt poſt appellationem retractetur,quid in ea oportet eſſe.*
9 *Poſſeſsio,qua quis fuit ſpoliatus poſt appellationē,ſi peruenit ad tertium:contra ipſum tertium poteſt intentari poſſeſſorium.*
10 *Confirmatio Papæ non corroborat actum à principio nullum.*
11 *Iudex delegatus poteſt reſtituere poſseſsionem ſpoliato:et ipſum poſt reſtitutionem defendere.*
12 *Exceptio contra teſtes debet ſtatim recipi,antequam deponant.*
13 *Iudex ex quibus cauſis debet arbitrari:an ſit recipienda,vel differenda probatio.*
14 *Exceptio propoſita cum clauſula, quòd ſe offert probaturum:licèt habeatur pro probata quò ad iuſtificationem appellationis : non tamen quò ad conſequendum illius effectum.*

EXparte. Secūdùm Io.An.iſta Dec.eſt, & re
putatur fortis.& h.d.ſm̄ Ab.Exce-
ptio cōtra teſtes eſt poſt publicationē dictorū teſtiū
proponēda.hęc ſummatio falſa eſt.nā licèt ꝓbatio poſſit dif
ferri ĩ iſtud tp̄s:nō tn̄ ꝓpoſitio exceptionū cōtra pſonas no. ĵ.
1 e.c.pn̄tiū.Io.An.ſic ſūmat. † Probatio excepōnis oppoſitę
cōtra teſtes differri pͭ poſt publicatiōnē. qđ latius declarat
ſup gl.hmōi exceptiōe.Et diuidit ĩ duas ptes.In pr̄ia ponit q̄
relā pſbyteri. In ſcd̄a dat iudices.ibi [mādamus.] In prima
facit qnq;.priō iuſtificat cām pricipalē.ſcd̄a ibi[ miles.] po-
nit formā reſcripti cōtra ſe ĩpetratā.Tertia.ibi[ tādē.]narrat

proceſſum ex eo executũ.quarta eandẽ ſententiã latã.quin-
ta.ibi[quam nunc.]quid euenit poſt ſñíam.ſecunda ẽt ſubdi
uiditur.primò inſtruit iudicem in ꝓceſſu,ſi narrata ſunt ve-
ra.ſcđa ibi [ſi nõ ſunt vera.] tertia ſubmittit de monẽdis te
ſtibus clauſulã conſuetã.ibi [teſtes.] ¶ Primò no.ex verbo
canonicè.cõiuncto ver.30.an.ꝙ ſpoliatus petẽs reſtitutionẽ
allegat titulũ.qđ tñ non vr̃ neceſſe.de quo.ĩ.de reg.iur.c.1.
2 li.6.& de reſtitu.ſpolia.c.conquerẽte. ¶ † Vtrũ aũt ex poſſeſ
ſione tã longiſſimi tpis titulus beneficij præſumatur. dic, vt
no.Inno.ĩ.de eo,qui fur.ord.ſuſ.c.innotuit.facit c.ordinarij.
3 de offi.ordi.li.6.¶ Scđò colligitur ſup ver.[tacito.] ꝙ † lai-
cus non admittitur ad impetrandũ literas cõtra clericũ,iniu
ſtè beneficiũ detinẽtẽ.quod intellige,vt in gl.1.& ſup ea Io.
4 An.¶ Tertiò no.† ꝙ filius ſacerdotis ẽt legitimus,& natura
lis eccleſiã,quã pr̃ habuit,obtinere non põt,vt ſ̃.de fil. pres
5 by.c. præſentiũ.¶ Quartò no. † ꝙ publicus fornicator de-
bet ab eccleſia remoueri.& laicus vr̃,ꝙ poſſit clericũ accuſa
6 re de iſto crimine.de quo in gl.¶ Quintò not. † ꝙ exceptio
cõtra perſonas teſtiũ eſt obijcienda,dũ producuntur.vtrũ ve
rò antequam deponant:vel poſtquã depoſuerint, ſit ꝓbãda.
gl.tractat,& plenius Io.An.de quo in Specu.de teſti.§.1. ver
ſi.ſed qđ ſi dr̃.& in Auth. e.ti.§.ſi verò dicat̃. ¶ Sextò no.ibi
7 [p interpoſitã perſonã]† ꝙ cum de crimine ciuiliter agitur,
admittitur ꝓcurator.de quo.ſ̃.de ꝓcura.c.tuæ. vel hic erat
datus procurator ad certũ articulũ. puta ad videndũ iurare
teſtes:vel publicationẽ.remittit ad no.in c.veniens.ĩ. de ac-
cu.& l.penulti.§.ad crimẽ.de publi.iudi.per Docto.¶ Septi-
8 mò no.in ver.mãdamus.† ꝙ ad hoc vt ſententia lata poſt ap
pellationẽ retractetur:expedit, ꝙ ꝓbetur veritas cauſæ gra
uaminis,propter quã extitit appellatũ,cõtra.c.interpoſita.ĩ.
de app.de quo.ĩ.dicã.¶ Octauò no. ſuper ver. detinet oc-
9 cupatam.† ꝙ ſi poſſeſſio,qua quis fuit ſpoliatus, poſt appel
lationẽ peruenit ad tertiũ, ẽt contra ipſum põt poſſeſſorium
intentari.licèt ergo interdictum vnde vi.nõ intẽtetur niſi cõ
tra ſpoliantem,vt ſ̃.de reſti.ſpo.c.cũ ad ſedẽ.tamen,cum iu-
dex indebitè ſpoliauit,datur cõtra omnẽ,ad quẽ ꝑuenit poſ
ſeſſio,interdictũ reſtitutorium,probando ſolũmodo appel-
lationem pręceſſiſſe ipſam ſpoliationẽ.In hoc ergo fauora-
bilior eſt appellatio præcedens:q̃ interdictum. quod dic, vt
10 no.Inn.ĩ.de app.c.bonæ.¶ Nonò no.† ꝙ confirmatio Papę
nõ corroborat actũ à pricipio inalidũ.de quo ĩ.de cõfir.vti.
vel inti. per totũ.& c. qa diuerſitatẽ.de cõceſ.præbẽ.& loqui
tur ille tex. de cõfirmatione certi actus,vt ſñiæ. confirmatio
aũt gñalis(vt beneficiorũ quæ poſſides.)certũ eſt, ꝙ nõ refer
tur ad beneficia minus canõicè detẽta,vt in c.ſi gratioſæ. de
reſcrip.li.6.& l.legata inutiliter.de le.1.¶ Decimò no.in ver.
ſi verò.ꝙ non probata exceptione,ſiue cauſa,pp quã fuit ap
pellatum, Papa committit,vt iudices ſuper dicta cauſa gra-
uaminis deputati, cognoſcãt de cauſa principali. Et contra
hoc fortiter inſtatur,ꝙ debuerit cauſa remitti ad priores iu
dices,vt in c.vt debitus.cũ ſi.de app.dic vt hic no.Io.An.qui
exponit iſtũ tex. varijs modis. ¶ Vndecimò, ꝙ iſte presby.
allegat ti.& ſe ſpoliatum à iudice iniuſtè. & Papa mandat ip
ſum reſtitui,ſpoliatione probata.& ſic non requiritur proba
tio tit.ſed ſpoliationis.qđ eſt regulare, cũ ſit ſpoliatio à pri-
uato,vt in c.itẽ cũ quis.ſ̃.de reſti.ſpo.Si aũt à iudice,eſt text.
hic.& ſ̃.de reſti.ſpo.c.cõquerente.& C.vñ vi. l.meminerint.
11 ¶ Duodecimò not.ſuper ver.ipſumq;.† ꝙ iudex delegatus
põt reſtituere poſſeſſionẽ ſpoliato, & ipſum poſt reſtitutio-
nẽ defendere.de quo in gl.¶ Venio ad oppo. iſte miles erat
laicus: ergo non poterat accuſare rectorem eccleſię de cri-
minibus,vt ĩ.c.de cetero.& ſ̃.de tranſac.c.ex literis. & 2. q.
7.c.1.& 2.¶ So.fornicatio erat notoria.& iõ quilibet eſt ido
neus ad accuſandum.32.di.c.verũ.ſed nõ facit.quia ille.§.di
cit,ꝙ debet iurare.non dicit,ꝙ poſſit accuſare. vnde ſecun-
dò ſoluit glo. ꝙ iſta exceptio non fuit oppoſita: ergo tenet
iudicium.de hoc per Ioan.An.de accuſ.c. ſuper his. facit qđ
no.ſ̃.de reſcrip.c.ſciſcitatus.¶ Vltimò ſoluit glo.ꝙ erat pa-
tronus,vel parochianus: vnde ſi non ad accuſandum, ſaltem
ad denunciandum admittitur.Et idem Hoſti.de quo.ĩ.de ac
cu.c.qualiter. in fi.1.gl.Ex his conclude, ꝙ laicus non poteſt
clericũ accuſare.an aũt ciuiliter de crimine poſſit agere cõ
tra eum,ar.eſt hic,vt ĩ.c.tam literis. vbi admittũtur omnes,
cum de irregularitate agitur.quia non eſt criminalis. Soluũt
Docto.ꝙ non admittatur ẽt ciuiliter, ſi agatur ad amotionẽ
à beneficio. Si aũt de furto, vel alio delicto ciuiliter ageret
laicus de crimine ad proprium intereſſe: non videtur dubiũ,
quin poſſit. facit quod no.ſ̃.de iudi.c.at ſi clerici.¶ Secundò
oppo.iſte miles agebat de crimine contra presbyterum. &
agebat per interpoſitam perſonam.ſed nõ videtur, ꝙ poſſit
a per procuratorem agitari cauſa criminalis a 5.q.3.c. in cri-
minali.Sol.hic agebatur de crimine ciuiliter:ſecus ſi crimina
liter.de quo plenè.ĩ.de accu.c.veniens.& l.penulti.§. ad cri
men.de pu.iu.facit.ſ̃.de procura.c.tuæ.& de hoc in glo. quæ
incipit.ſcilicet per procuratorem.¶ Tertiò opponitur.dici-
tur hic, ꝙ iſte presby.appellauit,ex eo, ꝙ iudex receperat cõ
tra eũ teſtes:quos dicebãt latrones, & raptores manifeſtos.
ſed videtur,quòd talis appellatio fuerit iniuſta.quia talem ex
ceptionẽ ſufficit à principio opponere.& poſt publicationẽ
de ipſius viribus diſputare.C.e.Auth. ſi teſtis.Cum ergo fue
rit appella.in iuſta: videtur, ꝙ Papa debuerit remittere cau-
ſam ad priores iudices, vt in c.vt debitus.ĩ.de app. So. dicit
12 glo.† regulariter exceptio contra teſtes debet ſtatim recipi:
ſed antequam deponant,non expedit probari.quia poſt ap-
turam reprobari poterunt.¶ Fallit in caſu.§.ſi verò.in Auth.
de teſti.vbi antequam deponat,probatur exceptio.Et idem
ſecundùm Io.An.in exceptione excommu.pp periculũ com
munionis.ĩ.de ſẽ.ex.c.decernimus.li.6.& in Spe.de teſt.§.j.
verſi.ſed quid ſi dicitur.& duobus ſeq.Et adde quod not.ĩ.
c.cum cauſam.in prima glo.vbi ponit glo.duos caſus,in qui
bus probatio exceptionis contra teſtem à principio recipi-
tur.de hoc etiam.2.q.1.c.in primis.in gl.ſed nõ videtur. Io.
& Vin.in dicto c.cum cauſam.tenent, ꝙ ſemper admittatur
à principio probatio exceptionis:niſi in caſibus, vbi iura di
ſponunt ipſam reſeruandã.¶ Et idẽ videtur tenere Hoſti. &
qđ dr̃, ꝙ reſeruari debet in tempus diſputationis poſt publi
cationẽ.intelligit de publicatione ipſius probationis repro-
batoriæ.prius enim debet publicari,quã diſputetur.ĩ. eo. c.
cum cãm. alioqui collicitur ex dictis Inno.hic.quòd ſi illud
quod obijcitur,eſt publicum.& probationes offerantur, de
bet ſtatim recipi:aliàs ſi requirit tempus ſtrictum, reſeruabi
tur probatio poſt publicationẽ, vt in Auth.ſi dicatur.C.e.&
in corpore vñ ſumit coll. 7.ĩ.alleg.vr̃ tenere, ꝙ ſit differẽda:
nec mora afferret periculũ.quia teſtes,p quos põt reproba-
bare,fortè ſunt infirmi:ituri vltra mare:vel ad bellũ.Io.An.
tenet, ꝙ exceptio legitima cõtra teſtes oppoſita ſit à prin.ſp
recipiẽda,vt ĩ.e.c.pñtiũ.debet eñ citari pars, vt veniat ad vi
dendũ iurare teſtes.vt ſ̃.eo.c.in nomine Domini. Sed ſi tunc
dicta exceptio nõ debet recipi:dicta citatio eſſet fruſtra.pro
bationes aũt ſuper ipſa exceptione oppoſita recipere,vel dif
ferre,iudicis arbitrio relinquitur.ĩ.e.c.cum cauſã.ſm̃ Io.An.
13 † Ex quib autem cauſis iudex debet arbitrari,ſit recipiẽda,
vel differenda probatio.hic vide in nouella.vbi in dubio(ni
ſi ſubſit æquitas,vel circunſtantiæ) videtur probatio differẽ
da.¶ Quartò opponitur.dicitur in ver.mãdamus.ꝙ prius de
bet conſtare, ꝙ fuerit ex iuſta cauſa appellatũ.& poſtea irri-
tari ſentẽtia lata poſt appellationẽ.Sed cõtra.quia innouata
poſt appellationẽ ante oĩa reuocantur,vt in c.veniens. de iu
reiurã. So.glo.quę incipit.& contra.ſoluit cõtrarium,& be-
ne,ſm̃ Io.An.qui remittit ad no.in c.non ſolũ.de app.li. 6. &
quod no.Inno.ĩ.de excep.c.dilectus. ¶ Quintò oppo.& vi-
detur, ꝙ poſt ſñíam non ſit quærendũ de idoneitate teſtium,
vt ĩ.de excep.c.denique.¶ Solu.gl.quę incipit.ad hoc.dicit,
ꝙ hic loquitur, cũ ante ſñíam excepit:ſed non fuit admiſſus.
ſecus



ſecus ſi non excepit, vt in contrario.¶ Sextò opponitur.dici
tur hic, ꝙ iſte dicit ſe probaturum.&,quia non fuit admiſſus,
appellauit.& tamen Papa mandat inquiri de veritate excep
tionis oppoſitæ.Sed contra de c.interpoſita.ĩ.de appell. vbi
eo ipſo probatur grauamen, ꝙ quis ſe obtulit probaturum,
& non fuit admiſſus.& probato tãtummodo, ꝙ ſe obtulerit,
ſunt reuocanda innouata poſt appellationem. hic autem di-
citur, ꝙ reuocatur ſententia lata poſt appellationem: ita de-
mum,ſi obiecta vera eſſe conſtiterit.quare malè.¶ Sol.dicit
gl.contrarium loquitur de exceptionib. dilatorijs:quas ſi qs
ſe obtulit probaturum,& nõ admittitur,eſt grauatus.& ideò
appellatio iuſta.ſecus in exceptionib.peremptorijs: quas nõ
ſufficit ſe offerre paratum probare ad iuſtificationem appel
lationis interpoſitæ à reiectione ipſarũ:niſi ẽt probetur veri-
tas earũdẽ.& ita loquitur iſtud c.ſm̃ gl.Ratio eſt ſm̃ quòſdã,
quia iniquũ eſſet dicere, ꝙ eo ipſo, ꝙ iudex reijcit exceptio-
nẽ peremptoriam:habeatur pro probata.nam facile eſſet iu-
dici fauere excipienti,repellendo exceptionem, vt habeatur
pro ꝓbata. ſed iſtud nihil eſt, ſm̃ Io.An.†quia licèt exceptio
14 propoſita cũ clauſula[ꝙ ſe offert probaturum]habeatur pro
probata quò ad iuſtificationẽ appellationis: non tamen quò
ad conſequendum illius effectum.imò quoad neceſſe erit illã
probari.& ita in dilatoria,ſm̃ Io.An.Pe.tamen,Ab.& Gul. di
cunt illam exceptionẽ ex probatione oblationis,& repulſam
haberi pro probata:per quam non fit præiudicium intentio
ni principalis actoris.ſecus ſi per eam fiat præiudicium per-
petuum,vel temporale.facit quod no.Io.An.de offi.del. c.cũ
cauſa.concor.Io.Mo.de ap.c.non ſolùm.li.6.& Arch.e. c.Ro
mana.¶ Secundo modo ſoluit gl.& dicit, ꝙ cõtrarium loqui
tur,quando ſñía non eſt lata.quia tunc ſufficit, ꝙ ſe obtulerit
paratum.ſecus ſi ſententia poſt ẽ lata.quia tunc debet proba
ri etiam veritas cauſæ allegatæ.¶ Iſtã ſo.reprobat Io.An.pri
mò quia iura de reuocatione loquentia loquuntur generali-
ter.quidquid poſt appellationem,&c.ſup.de reſcrip.c.Rodul
phus.& c.ſignificante.de iudi.c. exhibita. cum ſi. ¶ Secundò
quia ratio,quare attentata reuocantur, eſt ſuſpenſio iuriſdi-
ctionis iudicis, à quo fuit appellatum. Si ergo iſta ratio vitiat
proceſſum.ergo ſententiam diffinitiuam.¶ Tertiò arguit per
locum à maiori.maior.n.eſt effectus ſententiæ excommuni-
cationis:q̃ alterius diffinitionis.quia penetrabilior ſtatim tra
hit ſecum ſuum effectum. quod non eſt in alijs ſententijs. ĩ.
de app.c.paſtoralis. & tamen ſententia excommunicationis
lata poſt appellationem interpoſitam à grauamine irritatur,
ſicut alia attentata.de offi.dele.c.olim.il primo. & c.cũ con-
tingat.de arbi.c.innotuit.& de app.c.dilecti. Soluit ergo Ioa.
An.dictum ar.multis modis,ſm̃ diuerſos Docto.dicit Phi. in
contrarium malè fecit iudex non recipere probationes: quæ
offerebantur.ſed hic non malè fecit,ſi ſtatim nõ recepit.quia
poterat differre poſt publicationẽ,vt dixi.ſ̃.in tertia opp.Io.
An.dicit, ꝙ hic appellauit propter exceptiones admiſſas con
tra perſonas teſtium:non autem appellauit ex eo quia obtu
lit ſe probaturũ.& non fuit admiſſus.ſi ergo reiecta exceptio
ne,& oblata probatione fuiſſet hic appellatum,irritaretur ſẽ
tentia,non probata aliter veritate exceptionis,ſm̃ eũ. ¶ Sol.
autem aliorum ſunt diuinationes: nec pręcedens multum eſt
efficax.Sed illa ſo.Phi.videtur multum bona.¶ Septimò op.
in ver.ſi verò.in quo dicitur, ꝙ ſi res aliter ſe habeat, debeant
audire cauſam,& finire.Sed contra imò videtur, ꝙ ſi aliter ſe
habeat, quàm narrauerit idem presbyter in appellatione
ſua,debeat remitti ad priores iudices,vt.ĩ.de app. c.vt debi-
tus.Solu.dicit gloſ. ꝙ Papa fecit huic presbytero gratiam, ꝙ
non remiſit.Io.An.dicit, ꝙ iſte verſi. reddit iſtud capitulum
difficile.& exponit iſtud uer. ſi uerò res aliter. octo modis.
ſecundùm gl.& duobus alijs ſm̃ Inn.qui exponit aliter.i. quã
appareret ſententiatum.& non ſunt mali teſtes recepti. Et ſi
dicas.ergo debuit mandare ſententiam latam confirmari, &
non aliter examinari.dicit ipſe.certè licèt non poſſit illam ſẽ
tentiam reprobare(quia teſtes non erant tales: vt appellaue
rat)tamen poteſt ipſam ſentẽtiam ex alijs cauſis impugna-
re.& hoc no.vt ſi poſt appellationem ab interlocutoria fera-
tur diffinitiua per iudicem à quo:poterit appellans illam diſ
finitiuam impugnare ex aliis cauſis, quàm in dicta appella-
tione deductis.& ꝙ iudex appellationis ab ĩterlocutoria co
gnoſcit de ſententia diffinitiua lata per iudicem à quo poſt
appellationem ab interlocutoria minus iuſta.quod no. alias
exceptiones hic vide in nouella. &c.

ADDITIO.

a ¶ Cauſa criminalis.qui & quot iudices requirantur in cauſis cunctorum clericorum,no.Io.de Tur.cre.in c.abſque.15.q.7.

*SVMMAE.*

1 *Iudex debet mittere ad teſtes, qui ad eum venire non poſſunt.*
2 *Teſtes regulariter debent venire coram iudice ad deponendum. fallit in caſibus ibi no.*
3 *Iudex poteſt alteri committere examinationẽ teſtium in cauſa ciuili.*
4 *Paupertas non repellit quem à teſtimonio.*
5 *Expenſas quis debeat miniſtrare illi, quem iudex mittit ad teſtem.*

1 SI qui teſtium. † Iudex mittere debet ad teſtes, qui ad eum
commodè venire non pñt. h.d.non diuiditur. ¶ Pri-
2 mò no.† ꝙ regulariter teſtes debent venire coram iudice ad
deponendum.fallit in perſonis hic expreſsis. & in alijs nomi
natis in glo.Vin.autem de his ponit verſus tales.

*Si fuerit teſtis pauper: vetuluſq; remotus.*
*Debilis: egregius: aut qui producit egenus.*
*Vt teſtentur ibi debebit mittere iudex.*

quos vide in Spe.eo.tit.§.qualiter.ver.poteſt.& his adde ca-
ſum.C.de teſti.l.penult.ſ.de eis,qui,cum per. 20. dies ſtetiſ-
ſent coram iudice,receſſerunt.qui non debent compelli redi
re.de hoc.4.q.3.ver.Item is qui.& in c.2.de iudi.li.6.¶ Secũ
3 dò no.† ꝙ iudex põt committere alteri examinationem te-
ſtium.quod eſt verum in cauſa ciuili:ſecus in criminali, vt in
Auth.apud eloquẽtiſſimum.C.de fide inſtru. & ĩ. de fideiuſ.
c.conſtitutus.& quod no.in l.hac conſultiſsima.C.de teſta.&
ĩ.de offi.dele.c.1.in Cle.¶ Tertiò no.ꝙ iſtæ perſonæ, de qui
bus.ſ̃.non coguntur venire ad iudicium.& no.glo.de nobili,
qui verecundatur venire ad iudicem propter paupertatẽ; qa
fortè malè indutus:vel non poteſt uenire ita honorificè,ſicut
decet.habenda eſt.n.ratio dignitatis,& verecũdiæ.vt l.filius.
4 ff.de condit.inſti.¶ Et collige, ꝙ paupertas non repellit quẽ
à teſtimonio.quia plerique non tam ex patrimonio, quã ex
fide idonei æſtimantur,vt.ff.de ver.obli.l.ſi ſtipulatus. vel po
teſt intelligi de paupertate partis producentis. quæ non po-
teſt teſti, quem producit de longinquo, adminiſtrare ex-
penſas. ad quod tenetur. 4. q. 3.c.venturum.debet.n.iſto ca
5 ſu iudex mittere ad ipſum teſtem.† ſed tunc remanet dubiũ,
quis miniſtrabit expenſas illi,quem iudex mittit ad teſtem?
dic, ꝙ ordinarius de ſuo:qui tenetur pauperibus expẽſas ex-
hibere.in Auth.de man.prin.§.ſi tibi.

ADDITIO.

a ¶ Periuri.An autem omnis periurus repellatur à teſtimonio ferendo: & an ſit ipſo iure infamis.vide pulchrè Io de Tur.cre.in c.quicunque.6. q.1. & an periurium ſit mortale peccatum,eundem.22.q.2.c.habemus.Et an ſit grauius,quàm homicidium.22.q.2.in c.prædicandum.vbi latè Io. de Tur.cre.

*SVMMAE.*

1 *Teſtes corrupti, & periuri nõ debent admitti ad teſtimoniũ. & n.5.*
*Teſtes tenentur de teſtimonio, ſi ex falſo teſtimonio aliquod malum*
2 *ſequatur.*
3 *Pœna reiteratur ex reiteratione adulterij.*
4 *Sententia retractatur, probata corruptela teſtium: quamuis falſitas non ſit probata.*

1 SIcut nobis. † Corrupti, & periuri, [a] ad te-
a ſtimonium non debent mit-
ti.h.d.communis diffinitio. ſecunda ibi [ſuper quo] vbi
ponitur reſponſio,diſtinguens ſm̃ mẽbrũ.ibi[ſi verò.]¶ Pri-

mò no. quòd ſoli dicto teſtium dicentium ſe corruptos non
creditur ad ſententiã irritandam: niſi de corruptione p alios
2 doceatur. ¶ †Secundò not. quòd ſi ex falſo teſtimonio ali-
quod malum ſequitur: puta adulterium, vt hic erat. vel mors
( quia reus damnatur per falſos teſtes.) certè illi teſtes tene
buntur de homicidio, ſicut de adulterio in caſu noſtri c. fa-
3 cit. ff. de falſis. l. 1. ¶ Tertiò no. tex. ibi [ vno pluribus ve. ] † ꝙ
ex reiteratiõe adulterij reiteratur pœna. de qua in l. vulgari.
ff. de furtis. & l. nunquam plura. ff. de priua. deiic. ¶ Quartò
4 no. † quòd probata corruptela (etiam non probata falſitate)
retractatur ſentẽtia. quod eſt verum in cauſa matrimoniali,
vt hic. In alijs autem caſibus, in quibus ſententia tranſit in
rem iudicatam: debet probari corruptio, & falſitas ad reſciſ
ſionem ſententiæ: quę tranſiuit in rem iudicatam. ſecus ſi p
appellationem ſuſpenditur ipſius effectus. ¶ Item in cauſa
matrimoniali ſufficit probare tantummodo corruptionem,
& reintegrationem matrimonij. cum neuter ad ſecunda vo-
ta tranſiuit, debet probari corruptio, & falſitas, vt in primo
5 reſponſo, ſecundùm Io. An. ¶ Quintò no. † ꝙ periuri à teſti
monio repelluntur. 22. q. 5. c. ſi quis conuictus. & c. paruuli.
¶ Vltimò no. quòd ſtatur priori dicto teſtis, & non ſecundo
contrario priori. & hoc verum, quando primum eſt in iudi-
cio, neutro dicto creditur. vt l. qui falſa, vel vana. ff. de teſti. Si
autem primum extra iudicium, ſecundum in iudicio, dic per
Bar. in l. eos. ff. de fal.

*S V M M Æ.*

1 *Socius criminis, & muneris non teſtificatur, etiam in crimine ſimo-
niæ. & nu. 4.*
2 *Annua præſtatio habetur loco beneficij.*
3 *Promittens ante creationem, vel electionem de ſe factam remittere
debitum eccleſiæ, committit ſimoniam.*
4 *Teſtis vnus non ſufficit ad condemnationem alicuius.*
5 *Fama cum vno teſte an ſufficiat ad condemnationem in criminibus.*

1 VEniens ad nos. † Socius cri-
minis, & mu-
neris non teſtificatur etiam in crimine ſimoniæ
h. d. & prima pars ponit petitionem presbyteri. ſecunda illã
exaudit, & rationem reddit ibi [ ad nos. ] ¶ Primò no. dum
2 dicitur [ pro beneficio dari. ] † ꝙ annua pręſtatio habetur
loco beneficii. nam annuus redditus inter immobilia compu
tatur, vt in cle. exiui de paradiſo. ver. cunque annui. de verb.
3 ſig. ¶ Secundò no. † ꝙ qui ante creationem, ſeu electionem
de ſe factam promittit remittere debitum eccleſię, ſimoniã
committit. quia remittere eſt dare, vt in iuribus alle. in. 1. gl.
4 & 1. q. 2. c. ordinationes. & c. ſunt nulli. ¶ Tertiò no. † ꝙ ſo-
cius criminis, & muneris non admittitur in teſtem, etiam in
exceptis criminibus, vt in crimine ſimoniæ. de quo in gloſ.
5 ¶ Quartò no. † ꝙ vnus teſtis non ſufficit ad condemnatio-
nem alicuius. probatio itaque vnius teſtis minus idonei cum
altero idoneo non ſufficit ad condemnationem. dictũ enim
teſtis minus idonei non facit ſemiplenam probationem, vt
6 in l. maritus. ff. de queſt. † fama autem cum vno teſte an ſuf-
ficiat in criminibus. glo. tenet, quòd non. idem not. 4. q. 3. c.
item ſepe. & extra de apoſta. c. 1. & quod not. in Spe. tertia
parte de notorio crimine. §. vt autem. alias incipit fama. ver.
quid ſi agenti. facit quod not. Ioan. And. infra eod. c. præte-
rea. ſuper vltima. gloſ. vt infra de accu. c. qualiter. il 2. in glo.
argu. fama.

*S V M M Æ.*

1 *Atteſtationes habitæ in primo iudicio faciunt fidem in ſecundo.*
2 *Acta prioris iudicis an pereant: ſi iterum agatur coram alio.*
3 *Atteſtationes factæ ſuper matrimonio faciunt fidem ſuper legitima-
tione filiorum.*
4 *Atteſtationes ſuper fundo factæ pro uenditore, an proſint emptori.*
5 *Acta cauſæ, quæ dicantur. & quæ acta iudicij.*

1 CAuſam quæ. Atteſtationes habitæ
in primo iudicio, fidẽ
faciunt in ſecundo. hoc dicit. ¶ Primò not. quòd
inſtantia iudicis transfertur de vno iudice in alium. & tunc
quid iuris ſit de actione prioris iudicis, hic habetur. & ĩtelli-
ge iſtam translationem fieri multis modis. quia quandoque
de vno iudice in alium ſucceſſorem eius in officio. quando-
que de iudice à quo in iudicem appellationis. quandoque
de vno in alium alterius tribunalis. quod proſequere, vt not.
in l. is apud quem. C. de eden. Quandoque transfertur de iu
dice in arbitratorem, ſiue arbitrum. vel econuerſo de arbitra
tore, ſiue arbitro in iudicem. & dic vt j. eod. c. pręſentata. &
C. de teſti. l. ſi. quandoque transfertur de procuratore in do-
minum; vel econtra. quandoque de vno procuratore in aliũ.
quandoque de vno eodem in eundem (variata tñ conditione
perſonę.) & in omnibus iſtis actibus, quid iuris ſit de actib.
dic vt l. Iulianus. vbi plenè. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. in cauſæ.
§. ſi ex parte. ff. de procura. l. ſi ante receptum. ff. iudi ſolui.
Quandoque transfertur de domino in ſucceſſorem eius, tit.
vniuerſali, vel ſingulari. & tunc an tranſeat inſtantia, & effe-
ctus actorum. dic, vt l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſ. ¶ Oppo
2 nitur. dicitur hic, † ꝙ non pereunt acta prioris iudicis, ſi ite-
rum agatur coram alio. ſed produci debent coram eo. Sed
contra. videtur enim, quòd perempta inſtantia, omnia acta
pereant, vt l. properandum. §. ſi. C. de iudi. timore huius con-
trarij ex dictis Innoc. notabiliter ſic diſtingue. nam aut quę-
ris, vtrùm expirent acta primi iudicis: aut quæris, vtrùm ex-
pirent acta cauſæ. primo caſu aut illa acta concernunt rem
ipſam, quæ deducta eſt in iudi. vt eſt citatio, quę producit ef
fectum interruptionis, præſcriptionis, & litis conteſt. quæ p
ducit vitium litigioſi. & iſti effectus, qui iam ſunt conſumma
ti, & rem ipſam reſpiciunt, non expirant: licèt inſtantia pe-
reat, vt. C. de præſcrip. 30. ann. l. cum notiſsimi. 1. reſponſo.
& s. vt lite penden. c. eccleſia. aut illa acta iudicij non concer
nunt rem, & expirant: & tunc debent à capite inchoari: vt ci
tatio: oblatio libelli: ſatiſdatio: litis conteſtatio: iuramentum
calumniæ: & ſi. Secundo caſu principali ſi loquimur de actio
ne cauſæ. & tunc aut in ſecundo iudicio agitur ad idem: aut
ad aliud. Si ad idem, & ad eandem cauſam, & inter eaſdem
perſonas: & valet in alio iudicio, ut hic. & j. eo. c. Albericus.
& C. de libera. cauſa. l. iubemus. aut agitur ad aliud: & tunc
aut habet dependentiam à principali iudicio (ut quæſtio fi-
3 liationis à matrimonio. ) † & tunc atteſtationes factæ ſuper
matrimonio faciunt fidem ſuper legitimatione filiorum. vt
in c. Albericus. ¶ Alij in hoc dicũt, ꝙ valent quò ad præſum
ptionem, non quò ad plenam probationem. aut illud, quod
deducitur in ſecundo iudicio, non habet depẽdentiam à prio
ri: & atteſtationes in primo non facient fidem in ſecundo.
Nam & habitę atteſtationes ſuper vno iure agendi non pro
ſunt, ſi alio modo agatur ad eandem rem. vt j. eod. c. veniens.
& pędicta procedunt, cum agitur inter eaſdem perſonas, vt
in vtroque iudicio. Si autem inter diuerſas: tunc an acta facta
inter aliquas, proſint, vel noceant tertiæ perſonæ. Tradũt In
no. & Doct. pulchram regulam: vt illis perſonis, quibus pro-
deſt, & nocet ſententia inter alios lata: proſint, & noceant
acta. quę autem ſint illæ perſonę, legitur, & no. j. de re iud. c.
quamuis. ſm Inn. & l. ſæpe. ff. de re iudi. ¶ Et ex hoc ſeqtur, ꝙ
ſi ille, à quo vẽdicat fundus, pbauit p teſtes, ꝙ ſuus erat: poſt
modũ vendidit illum Petro, in hoc caſu dicẽdũ eſt, ꝙ illę atte
ſtationes emptori pderũt: ſicut ei prodeſſet ſnia, ſi fuiſſet la-
ta p vẽditore, vt. ff. de exce. rei iud. l. ſi à te. §. 1. & §. Iulianus.
Iſtorũ aũt ĩueſtigatio quò ad caſum, in quo pit inſtantia, nõ
eſt vtilis de iure canonico. quo iure nunq inſtantia perit. s.
de iudi.



de iudi. c. venerabilis. quò ad alios ergo caſus, quos collige
ex notatis. s. in prin. c. poterit eſſe vtilis iſta inueſtigatio, &
doctrina. Item etiam ſi pereat inſtantia propter ineptam prõ
poſitam actionem, vt s. de iudi. c. examinata. quo caſu an pe-
reant acta facta in dicta inſtantia, dicit Hoſt. ꝙ poteſt reſpõ
deri, vt s. eſt notatũ. ¶ Et idem Io. An. & Io. de Ligna. qd eſt
valde notandum, ſi verum eſt. & de prædicta materia plenè
vide in d. l. is apud quem. C. de eden. per dñm Bal. & l. cum li
te mortua. ff. iudi. ſolui. vbi plenè per Bar. Et eſt, quia dixi. s.
3 † ꝙ quędam ſunt acta iudicii: quædam acta cauſæ. Ideo quæ
dicantur acta cauſæ; quæ iudicii, no. hic Inn. & clarius Ioan.
An. in cle. ſæpe. poſt prin. de ver. ſigni. ſuper ver. defenſiones.

*S V M M Æ.*

1 *Clerici in cauſis eccleſiæ ſuæ in teſtimonium admittuntur.*
2 *Clericus, qui teſtificatur in cauſa eccleſiæ: an dicatur ferre teſtimoniũ
in cauſa propria. & ſic repellendus.*
3 *Quæſtio criminalis, aut ciuilis ſi mouetur contra aliquem de vniuerſi
tate: an poterit illos de ſua vniuerſitate in teſtes producere.*
4 *Clericus an poſſit inuitus cogi teſtificari contra eccleſiam ſuam.*

1 CVm nuncius. † Clerici in cauſis ec-
cleſiæ ſuæ in teſtimo-
nium admittuntur. h. d. ¶ Opponitur. & videtur,
2 † ꝙ clericus, qui teſtificatur in cauſa eccleſiæ, dicatur ferre te
ſtimonium in cauſa propria. & per conſequens repellendus.
4. q. 3. §. nullus. & C. eo. ti. l. omnibus. ¶ So. dicit gl. non dr cle
ricus teſtificari in cauſa propria, ſi teſtificatur pro eccleſia
ſua. quia quod eſt vniuerſitatis, non eſt ſingulorum. 12. q. 2. c.
qui manumittitur. damnum enim, ſiue lucrum ad eum non
pertinet. ergo non eſt cã ſua, vt l. j. §. biduum. ff. quando app.
ſit. circa hoc Io An. ita diſtinguit. aut quæritur de his, quæ in
Capitulo aguntur. & tunc ſingulares de Capitulo teſtificari
poſſunt, vt j. e. c. veniens. & de repu. l. cõſenſu. alias poſſet de
ficere probatio. bene facit. j. ti. j. c. ſi. aut loquimur de his, quę
aguntur extra Capitulum. & ſubdiſtingue. aut loquimur de
actu per quem ſingulariter cuilibet de Capitulo obuenit vti
litas. & non admittitur. quia in re propria. & c. vt in præalle. l.
omnibus. & §. nullus. bene facit. j. de ſen. ex. c. ſi ſententia. in
ſi. lib. 6. aut ex illo actu, de quo litigatur, vtilitas in ſingulari
non obuenit: ſed in cõmuni, ſiue vniuerſo: & admittetur, vt in
iſto c. qui manumittitur. Et per hoc ſoluitur quæſtio de vni-
uerſitate terrarum, vel villarum: quæ litigant de paſcuis, &
nemoribus, quibus ſingulorum beſtiæ paſcuntur, & ſinguli
ligna ſcindũt. nam teſtimonium hominum illius villæ, vel vni
uerſitatis, non erit idoneum iſto caſu. vt patet per præmiſſa.
3 & de hoc verbo etiam Cy. C. e. l. parentes. quęrit Io. An. † ſi ẽ
quęſtio criminalis, vel ciuilis cum aliquo de vniuerſitate (qa
fortè aliquem accuſauit.) an poterit illos de ſua vniuerſitate
in teſtes producere. dicit ꝙ ſic, ſi accuſauit prælatum, ſiue ſu
periorem dictæ vniuerſitatis: quia vtriq; pari affectione cõ
iungitur, vt l. non ſolùm. §. ſi puellæ. ff. de ritu. nup. Si autem
accuſauit extraneum: tunc non poterunt illi de vniuerſitate
teſtificari, niſi in defectum, ſecũdum Hoſt. qd eſt verum, qñ
vniuerſitas eſt ita parua: ꝙ cadit in commodum habitantiũ,
& domeſticorũ. de quo in Spe. de teſti. §. j. ver. ſed nũquid in
cauſa. & per Hoſt. eo. tit. §. 2. ver. & cum cauſa. qd ſingulari-
4 ter no. ¶ Secundò quæro. † ſi aduerſarius petat clericũ in te-
ſtem contra eccleſiam: an cogi debeat teſtificari inuitus. glo.
arg. pro, & contra. & concludit, ꝙ cogi poſſit. remittit ad no.
j. eodem. c. veniens. in vltima glo. & hoc vltimum approbat
Inn. in defectu aliorum teſtium. Similis eſt quæſtio de aduo
cato, & procuratore, vel alio domeſtico aduerſarii mei. con-
tra me enim teſtificari non poteſt: ſed ſi ego peto ipſum in
teſtem: an debeat inuitus teſtificari. dic, vt no. in l. ſi. ff. eo.

*S V M M Æ.*

1 *Crimen probatum repellit teſtem, etiam de illo crimine non condem-
natum.*
2 *Teſtes criminoſi à teſtimonio repelluntur in ciuili, & in criminali.*
3 *Teſtis ad hoc vt repellatur à teſtimonio, quid requiratur.*
4 *Iudex an poſſit inquirere ex officio, & repellere criminoſum.*
5 *Iudex an poſſit interrogare partem, ſi teſtis, quem produxit, eſt crimi
noſus: vel non.*

1 SVper eo. † Crimen probatum repellit teſtẽ,
et de illo crimine non condemnatũ.
h. d. communis diuiſio. ſecunda ibi [ reſpondemus. ]
2 ¶ Primò no. † ꝙ teſtes criminoſi[a] à teſtimonio repelluntur in
a ciuili, & criminali. Et aduerte, quia tex. dicit [ admitti non de
bet. ] quaſi prius ſit cognoſcendum de illa exceptione, q̃ ad
teſtimonium admittantur. de quo dixi. s. c. ex parte. ¶ Secun
3 dò no. † ꝙ ad repulſionẽ à teſtimõio reqrit, ꝙ pars excipiat.
4 Si autem pars non excipit contra teſtem: † an iudex poſſit in
quirere, & ex officio repellere criminoſum. Io. ꝙ ſic. 2. q. 7. c.
quærendum. ¶ Idem Inno. j. eod. c. intimauit. & 2. q. 7. cap.
alicui. & ibi Archi. contra. Nec ob. c. conſtitutis. de appel. qa
loquitur in electo, in quo iudicis officium multum poteſt. s.
de elec. c. cum nobis olim. aliud, cum agitur ad intereſſe pri-
uati. & hanc opi. tenet Io. de Ligna. quia ſecundùm eum, ſu-
per his, quæ ſpectant ad partem, iudex non poteſt ſupplere
de facto, vt l. 4. §. hoc autem iudicium. de dam. infec. ¶ Ego
credo opi. Io. & Inn. veriorem. quia in his, quæ deducta ſunt
in iudicium, iudicis officium multum poteſt. vnde poteſt re-
quirere de falſitate inſtrumẽti coram eo producti, vt dixi. s.
de poſtu. c. bo. & maximè hoc credo verum. quia quãta fides
ſit habenda teſtibus, relinquitur iudicis arbitrio, vt l. teſtium
fides. ff. eo. ¶ Quòd ergo ſuper eius idoneitate non poſſit inq
rere: nõ videtur tutum dicere, nec verum. ¶ Quærit etiã Do.
5 Io. de Lig. † an iudex poſſit interrogare partem, ſi teſtis, quẽ
produxit, eſt criminoſus, vel non. Goff. tenet, ꝙ ſic. quia hoc
includitur ſub iuramento calumniæ: ne vtatur mala prohibi
tione. Do. Io. An. dicit, ꝙ hoc non probatur in iure, & arguit
oppoſitũ. ¶ Vltimò gl. opponit de §. ita. c. Iuli. 4. q. 3. vbi req
ritur, ad hoc vt repellantur, ꝙ ſint de crimine condemnati.
Sol. aliud, ſecundùm canones. aliud ſecundùm leges. & ita
ſoluit glo.

A D D I T I O.

a ¶ Teſtes criminoſi. an autem is, qui fuit criminoſus poſt baptiſmum acce
ptum, & paractam pœnitentiam, ſit admittendus ad teſtimonium, vel
ad accuſationem. vide Io. de Tur. cre. in c. qui crimẽ. 6. q. 1. & an ſemel ap
probatus ex aliqua cauſa poſſit reprobari. vide eundem in c. ſi quis teſti-
bus. 4. q. 3.

*S V M M Æ.*

1 *Laici repelluntur à teſtimonio, & accuſatione clericorum. niſi ſuam,
vel ſuorum proſequantur iniuriam. nu. 2.*
2 *Clericus retinet iura ſuitatis, & agnationis.*
3 *Idoneus quis poteſt eſſe ad accuſandum: qui non ad teſtificandum.*

DE cetero. Laicus in criminali non teſtifi
catur cõtra clericum: accuſat
tamen ipſum pro ſua, & ſuorum iniuria. h. d. pri-
mo ponit regulam, à qua ſecundò excipit, ibi [ niſi. ] tertiò ex
1 ceptionem limitat. ibi [ & tunc. ] ¶ Primò no. regulam, † ꝙ lai
ci à teſtimonio, & accuſatione clericorum repellũtur. de quo
2 plenè. 2. q. 7. in ſumma. ¶ Secundò no. † ꝙ cum laicus ſuam,
vel ſuorum iniuriam proſequitur, admittitur ad accuſatio-
nem clericorum. qui autem illo caſu dicantur ſui, no. Cyn. in
l. penul. C. ad Turpil. & in Spec. de accu. §. 2. in prin. ¶ Tertiò
3 ex hoc etiam no. † ꝙ licèt quis ſit clericus: non perdit benefi
cium accuſandi de iniuriis ſuis illatis. & ſic clericus retineat
iura (vt ſic dixerim) ſuitatis, & agnationis. licèt ſit in ſortem
Domini aſſumptus. hoc tamẽ notabile non colligitur hic: qa
non loquitur de ſuitate clerici: ſed accuſantis, vel teſtifican-
4 tis contra eum. ¶ Quartò no. † ꝙ quandoq; quis eſt idoneus

 ad

ad accuſandum, non ad teſtificandum.regulariter verò qui
prohibetur ab vno,prohibetur à reliquo. 2.q.3. in ſumma.

*S V M M AE.*

1 *Productiones teſtium poſſunt fieri tres in cauſa.quarta non,niſi ſeruata quadam ſolemnitate.*
2 *Teſtes non debent recipi vltra tertiam productionem in cauſis eccleſiaſticis,& ciuilibus,*
3 *Productio teſtium quando impediatur.*
4 *Productio vna,vel plures quomodo intelligantur.*

IN cauſis. Breue eſt. habens duo dicta. ſecundum, ibi [ & ſuper hoc † ] dicit
1 tres productiones teſtium poſſunt fieri in cauſa. quarta
2 non,niſi ſeruata quadam ſolemnitate.h.d. ¶Primò no.†ꝙ in
cauſis eccleſiaſticis, & ciuilibus vltra tertiam productionẽ,
non debent teſtes recipi. & appellat cauſas eccleſiaſticas, q̃
aguntur in foro eccleſiaſtico.& ciuiles,quæ in foro ciuili.vel
3 expone aliter,vt in nouella.¶Secundò no.†quòd in certo caſu præcluditur via productioni teſtium. quod intellige ſuper
articulis iam productis. Super nouis verò poſſet etiam poſt
lapſum tertiæ dilationis. quia etiam tunc poſt publicationẽ,
vt infra eo.c.fraternitatis.¶Tertiò no.de iſta ſolemnitate legali adhibẽda in quarta productione. Si autem conceſſa fuerit ſine hac ſolemnitate:an teneat productio, & teſtium receptio.quidam quòd non ſupra eo.c.2.in fine.alij contra,quòd
valeat,niſi fuerit appellatum.ĵ.eo.c.ſignificauerunt. Alij dicunt,ꝙ licèt contradicatur,& appelletur, iudex cum ſolemnitate iſta poteſt concedere quartam, & quintam productionem:niſi ſit concluſum, & renunciatum teſtibus:& ipſorum
dicta alteri pti ſint edita. nec aliter debet dicta ſolẽnitas ſeruari.Inno.tamen dicit tutius eſſe, quòd ſemper detur cũ dicta ſolemnitate.Ille tamen §.quia verò.in Auth.e. non videtur ponderare,niſi editionem factam alteri parti.vt tũc ſit locus dictæ ſolemnitati illius.§.non excluſioni,vel renunciationi.ad vnum tamen dicit Inno.aduertendum,quòd iudex debet ita iſtas dilationes abbreuiare: quòd terminum inſtantiæ non excedant.facit quod not.ſupra de offi. deleg.c. cum
4 cauſis.¶Querit glo.†qualiter intelligatur vna productio,vel
plures.dicit glo. quòd vna productio intelligitur vna dilatio:
infra quam ſi quolibet die dilationis produceret vnum teſtẽ,
omnes illæ productiones factæ infra vnam dilationem haberentur pro vna productione.& hoc eſt verum, quando omnes teſtes à principio nominauit.Alij aliter dicunt,vt in glo.
& in nouella, ſecundùm opi.gl.practicatur. & vide de hoc 3.
q.3.c.ſpatium.

*S V M M AE.*

1 *Dicta teſtium,quæ videntur eſſe contraria,concordanda ſunt, ſi fieri poteſt.*
2 *Appellatio ſi præcedit excommunicationem, excommunicatio eſt ipſo iure nulla.*
3 *Inquiſitio ſi præcedat aliquid,vel ſequatur,quid operetur.*
4 *Teſtes mei ſi probant aliquid certo tempore celebratum: & teſtes aduerſarij probant idem(alio tamen tempore.)quid iuris.*
5 *Iudex quantum poteſt,debet teſtes ad concordiã deducere: ne notentur periurio.*

1 CVm tu fili. †Si fieri põt, concordanda ſunt dicta teſtium,quæ
videntur eſſe contraria.h.d.In prima deciſa factũ
narrat.in ſecunda diffinit.ibi[cũ conſtet.] ¶Præmitte ad euidentiam,quòd refert,præcedat appellatio excommunicatio
2 nem,an ſequatur.†nam ſi præcedit appellatio,excommunicatio ſubſecuta eſt ipſo iure nulla: nec debet ipſam excommunicatus obſeruare.Si autem præceſſerit excommunicatio
appellationem, dicta appellatio non ſuſpendit effectum excõmunicationis præcedentis,vt in c.cum contingat.s̃.de offi.dele.& de ſen.excom.c.per tuas. & c.venerabilis. §. ſimiliter.eo.tit.q.6.propter iſtum ergo defectum iſtud c. determinat iſtud dubium.cum.ſ. quidam teſtes deponunt,quòd excommũicatio præceſsit appellationem.Alii verò deponunt,
quòd præceſſerit appellatio.qd ergo iuris, determinat iſtud
c.¶Primò no.quòd archiepiſcopus, qui excõmunicauerat,
interuenit in hac cauſa: & fortè ad defendendum ſententiã
ſuam:quæ dicebatur nulla. quia præceſſerat ipſam appellatio.intererat ergo eius ſe opponere ad defendendum ſuã ſententiam.de quo in d.c.venerabilis.in prin.& in c.in noſtra.s̃.
3 de pro c.per Inno.¶Secundò no. †quòd magna eſt vis quandoq; inquirere, præcedat aliquid,vel ſequatur.& quando de
prioritate, vel poſterioritate contenditur,ille, qui prioritate
nititur,debet ipſam limitatè probare: vt fecit iſte, qui dicit
ſententiam nullam.quia prçceſsit.facit quod no. in l.eũ actũ.
ff.de nego.geſ.& dixi in rub.de ſpon.duo. remittẽdo ad Bar.
in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de no.oper.nunc.¶Tertiò
4 no.† quòd ſi teſtes mei probant aliquid certo tempore celebratum. & teſtes aduerſarij probent idem alio tempore celebratum. Si factum eſt reiterabile, præſumitur iteratò factũ.
vnde ſi accuſas, quia te vulnerauit de iſto menſe Martij. &
tu dicis, quòd ad ſui defenſionem.& probas, quòd te aggreſſus fuit dicto menſe.nec dicant teſtes tui, ꝙ tempore vulneneris illati:cum factum ſit reiterabile, poteſt intelligi de alia
aggreſſura.& ſic non eſt probata defenſio, arg.huius.c.quod
non facit:imò in contrarium,generali ratione huius c.conſiderata,quæ ad benignitatem inclinat.& ob eam ſic interpretatur: ita in caſu noſtro propter benignitatem interpretandum eſt,eo tempore,ſcilicet vulneris,aggreſſurã factã.vt ſic
ſequatur abſolutio.de quo dic per Bar. plenè in l.is qui reus.
5 ff.de pub.iudi.¶Quartò no.†quòd iudex (quantum poteſt)
debet teſtes ad concordiam reducere, ne periurij reatu notentur.ſimilia ſunt in glo. & hanc rationem alibi põderat Ia.
Butri.& dicit,quòd debemus ſuſtinere dictum teſtis,& reducere ad bonum intellectum:vt falſum euitemus.Ratio eſt,qa
b in criminalibus debent eſſe concludentes probationes. b nec
ſufficiunt illæ,quæ poſſunt ſe habere ad crimen,& nõ crimẽ.
vt l.vbi.C.de fal. nõ autem tale dictum debemus ſic interpretari,& intelligere:vt ſic concludat.licèt foret poſſibile,quòd
probaret ſecundùm alium intellectum:ſecundùm eũ ita not.
in l.ſed ſi poſſeſſori.de iureiuran.quod tene menti, & probatur.s̃.de probat.c.in prçſentia.facit quod no.s̃.de offi.deleg.
c.cum contingat.¶Opponitur,& videtur,quòd illa interpretatio Papæ non ſit iuri conſona.nam debuit potius interpretari, ꝙ iſte fuit excommunicatus propter periculum animæ,
de quo in glo.præterea ſicut Papa interpretatur, ꝙ bis fuerit
appellatum,ſcilicet ante ſententiam, & poſt:ita potuerit interpretari,ꝙ fuerit bis ſententiatum, ſcilicet ante ſententiã,
& poſt.cum igitur non conſtaret ſibi magis de reiteratione
appellationis:quam ſententię, nõ debuit fauere in dubio magis appellationi:quàm ſñiæ,per rationẽ prædictam. Sol.dicit
Hoſti.ſic placuit parti.vel dic, quòd cõſtitit bis appellatum.
vel dic, quòd contra ius magis ſolẽt partes reiterare appellationem:quàm iudex ſententiam.Ideo ad id,quod frequẽtius
accidit,eſt interpretatio dirigenda,vt l.nã ad ea.ff. de legi.&
in reg.in obſcuris.& de iſto facto reiterabili vide tex.qui inſtruit iudicem quid agendum, in c. cum Ioan. de fide inſtru.
& in rub.cum ſint iura mercur.lib. 6.facit. c.penul. ĵ. condi.
appo. vbi interrogantur partes,an fuerit bis, vel ſemel appellatum,ad finem vt teſtes concludant.

ADDITIO

a ¶Cõcludentes probationes.Vide Bal.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.ſed ſi reũ.
ff.de iureiuran.

*S V M M AE.*

1 *Capitula antiqua quæ dicantur.& quæ penitus extranea.*
2 *Teſtes etiam noui, & antiqui poſſunt produci in cauſa appellationis ſuper*



*ſuper nouis capitulis.& nu.8.*
3 *Renunciatio facta de teſtibus producendis non valet,quo minus poſſint teſtes produci ſuper nouis articulis.*
4 *Renunciatio facta in cauſa principali,non extenditur ad cauſam appellationis.*
5 *Teſtes contra eandem perſonam poſſunt pluries produci in cauſa ciuili.*
6 *Teſtes quando deponunt,debent eſſe iurati.*
7 *Probari poteſt in cauſa appellationis non probatum in cauſa principali.*
9 *Quæſtio prima,& ſecunda in quo differant.*
10 *Noua capitula quæ dicantur.*
11 *Vendicans rem,ſi dicat ſe emiſſe à Petro,& ſuccumbat:an in cauſa appellationis poterit dicere,quòd emit à Martino.*
12 *Actio realis non reſtringitur ad certam cauſam.*
13 *Producens teſtes ad probandum præſcriptionem:poſt publicationem an poterit probare per teſtes titulum.*
14 *Titulus includitur ſub ver.præſcriptione.*
15 *Teſtis ſi deponit ſuper articulo depẽdenti non incluſo:an poſt publicationem poterunt teſtes ſuper illa conditione produci.*
16 *Credens fouere bonam cauſam,ſi timet, ne iudex iniuſtè pronunciet contra eum:quid debeat facere.*
17 *Regula,quòd poſt publicationem non liceat aliquos teſtes producere: quas exceptiones patiatur.*
18 *Teſtes an poſſint produci de conſenſu partium,publicatis atteſtationibus.*

FRaternitatis tuæ. In cauſa appellationis ſup nouis capitulis tantùm teſtes noui,& veteres producuntur.h.d.& ſunt duæ partes.in prima conſultatio. in ſecunda
reſponſio.ibi[diximus.]conſultatio eſt bimembris. ſecunda
ibi[ vtrinq; ] ſed tamen ſimul reſpondet, & demum terminationem ſubmittit ibi [receptis.]¶Ad euidentiam hu-
1 ius c.præmitte,†ꝙ quædam dicuntur capitula antiqua:vt illa,ſuper quibus ſunt producti,& publicati.Quædam ſunt, q̃
ſub veteribus includuntur.Quædam ex veteribus dependẽt:
& oriuntur cauſaliter,& præciſè neceſſariò. Quædam ſunt
capitula penitus extranea,tamen ad cauſam facientia. Quædam ſunt prorſus extranea, intantum,ꝙ cauſam non contingunt.& de hoc hic vide.& ĵ.e.c.le.teſtib.& l. per hanc. C. de
2 temp.app.¶Primò no.†ꝙ noui teſtes,& etiam antiqui pñt
produci in cauſa appellationis ſuper nouis capitulis. ¶Secũ
3 dò collige,ꝙ ſuper veteribus hoc non licet.¶Tertiò no. †ꝙ
non valet renunciatio facta de teſtibus producendis:quominus ſuper nouis capitulis poſsint teſtes produci. ¶Quartò
4 no.†ꝙ renunciatio facta in cauſa principali,non extenditur
ad cauſam appellationis.facit l.ita demũ.C.de procura.cum
5 ſimilibus.¶Quintò no.†ꝙ iidem teſtes contra eandem perſonam poſſunt pluries produci.qđ intellige in ciuili, non in
criminali,vt in gl.& no.Bar.in l.poſt legatum.§.is verò.ff. de
6 his,quæ vt indig.¶Sextò no.†ꝙ teſtes,cum deponũt, debẽt
eſſe iurati.an autem præſumatur tetigiſſe,vide in Spe. de te-
7 ſti.§.ſequitur.ver.& no.in addi.¶Vltimò collige.†ꝙ non ꝓbatum,vel allegatum in cauſa principali,poteſt deduci, & ꝓbari in cauſa appellationis.de quo in l.per hanc. C. de tempo.app.vbi per legiſtas explicatur materia huius.c. ¶Opponit glo.de l.produci.ff.e.& 4.q.3.§.idem in criminali. vbi teſtes producti ſemel non poſſunt iterum produci.ſo.vt in glo.
& in Spe.eo.§.j.ver.item.& no.Io.And.ĵ.de accu. c. meminimus.¶Secundò oppo.de dicta l.per hanc.& l.eos.§.j.& 2.C.
de appel.Sol.dicit gl.magna, aliud ſecundùm leges: aliud ſecundùm canones.Sed iſta ſolu.non videtur bona;quia etiam
ſecundùm leges nõ licet poſt didicita,& teſtificata, teſtes iteratò ꝓducere,vt in Auth.e.§.quia verò.col.7.vbi de hoc no.
dicunt quidam, ꝙ illa Authen. loquitur in eadem cauſa, ſed
in cauſa appellationis bene eſt licitum.quam ſolu.glo.reprobat.Hug. dicit,ꝙ iſta Decretalis loquitur, cũ appellatur ante ſententiam:vt tunc non liceat,quaſi ſit eadem cauſa.Si aũt
appellatur poſt ſententiam:& tunc liceat,vt in legibus.hanc
ſol.reprobat Io.An.per hunc tex.qui dicit[ ſuper quæſtione
iudicata.]&c.refert hic Io.An.aliorũ opi.& remittit ad Spe.
de teſt.§.vtiliter.ver.& breuiter.¶Canoniſtæ tenent cõiter,
8 †ꝙ in cauſa principali,& cauſa appellationis liceat teſtes inducere ſuper nouis capitulis dependentibus ex veteribus.de
fide inſtru.c.cum Ioannes,& ſuper diuerſis, dummodo cauſam tangant.ĵ.e.c.cum literis.Super veteribus autem non.&
ſic nulla erit differentia inter cauſam principalem,& cauſam
appellationis: licèt leges videantur facere differentiã, vt hic
9 per Io.An.latius.¶†Venio ad quæſtiones,& primò quæro.
in quo differat prima quæſtio,& ſecunda.Io.And.ponit tres
opi.prima placet ſibi.ſ.ꝙ in prima conſultatione quærebat
de teſtibus non productis in principali, an produci poſsint
in cauſa appellationis.nec diſtinguebat, quærens, capitula
eſſent noua,an antiqua.In ſecunda quærebat de iam productis in principali:an iterum produci poſsint in cauſa appellationis:vt aliquid noui proponant.& ad vtrũq; ſimul reſpon
10 det,vt in tex.&c.¶Secundò quæro.†quæ dicantur noua capitula.Guil.tractat de hoc in Spe.eo.ti.§.ſatis vtiliter. ver. illud autem.& Hoſt.e.ti.in fi.Io.An.ponit exempla. primò in
reo de eo,qui ſe excuſauit propter tres tutelas.nunc proponit in cauſa appellationis,ꝙ gerit vnam ita diffuſam, ꝙ habetur loco trium. Item ſi excipio,ꝙ minor alienauit cum decreto,& ſuccumbo:poterò in cauſa appellationis probare,
ꝙ factus maior ratum habuit,vt C.ſi maior fac.l. ſi. ex parte
actoris ponit etiam duo exempla. latius de his vide in d.l.ꝑ
11 hanc.per gl.& Doct.¶Tertiò quæro poſt Inn.† ſi vendicans
rem dicit ſe emiſſe à Petro,& ſuccumbit:an in cauſa appellationis poterit dicere,ꝙ emerit à Martino,quaſi ſit nouũ capitulum.dicit,ꝙ non, ex parte actoris;quia videret ſibiipſi
contrarius:ideò expellendus.de app.c.ſolicitudinem.¶Ego
credo hoc verum in actione perſonali:& fortè in reali, quando à principio actum eſt expreſſa cauſa.Sed ſi ſimpliciter in
prin.& in proſecutione ſit allegatus titulus à Mar.in cã appel
12 tionis,& etiam principali:videtur,ꝙ poſſit allegare titulum
à Io.ar.l.ſcio.ff.de app.†actio enim realis nõ reſtringitur ad
certam cauſam:ſicut pſonalis,vt patet ex no.in l.j.ff.de edẽ.
Reo autem in ſuis defenſionibus magis videtur ſibi licitum
a variare.a& ſi dicit in principali ſe poſſidere titulo emptionis,in cauſa appellationis poterit dicere. titulo donationis.
de reg.iur.c.nullus pluribus.li.6.In contrarium facit.ĵ. de cẽ
13 ſi.c.cum olim.¶Quartò quæro:†an ille,qui producit teſtes
ad probandum præſcriptionẽ: poſt publicationem poterit
probare per teſtes titulũ.videtur,ꝙ ſic.ĵ.c.ex tenore.& ĵ.de
fide inſtrumen.c.cum Ioannes.Inn.tenet hic,ꝙ poſt publicationem non poſſit probari titulus per teſtes. Nõ obſtant cõtraria.quia loquuntur de capitulo,qđ non tacitè, & neceſſariò includitur.ſed contingẽter: vt locus,tempus,& conditio.
14 ¶†Sed tit.ſub ver.præſcriptione,naturaliter includitur.Non
obſt.huic opp.ſecundùm eum.c.in pñtia.s̃.de ꝓba. vbi poſt
publicatas atteſtationes ſuper profeſſione admittuntur teſtes ad probandum maiorem ætatẽ:quia non ita neceſſariò
ineſt ætas ꝓfeſſioni:ſicut titulus præſcriptioni.qđ patet ibi.
quia niſi negetur ętas,non expedit probari.hic autem expedit probare titulum,etiam ſi aduerſarius nihil dicat. Et per
iſta concludit Inn.ꝙ articulus nouus incluſus ſub veteri nõ
poterit probari per teſtes,ſi includitur neceſſariò:ſecus ſi ex
accidenti.Io.An.tenet,ꝙ aut allegans præſcriptionem fecit
articulum de titulo,nec probauit:& vlterius allegari non poterit.quia ſuper veteribus articulis( etiam ſi nihil deponunt
teſtes)non ſunt alii recipiendi,quando ſcilicet teſtis iurauit
dicere veritatem ſuper tota cauſa.Si autem de titulo non fuit
articulatum:tunc poſt publicationem poterunt teſtes produ
15 ci ad probandum titulum,ſecundùm eum.¶Quintò†quæro
ſi teſtis

ſi teſtis depoſuit ſuper articulo dependenti non incluſo(puta ſuper conditione appoſita in contractu : ad hoc tamen non fuit)an poſt publicationem poterunt ſuper illa conditione teſtes alij produci?tenet Io.An.quòd ſic,ſi non fuit ad hoc productus.quia non ẽſt quid imputet̃ producenti: ſecus ſi ad hoc productus fuit.¶Sextò contra ſententiam iudicis, vel collationem executionis opponitur excommunicatio.& quia non probauit, quòd publicè eſſet excommunicatus, ſuccubuit opponens.j̃.de re iudi.c.ad probandũ.nunc aũt in cauſa appellationis vult addere illã qualitatem,quòd erat publicè excommunicatus:an poſſit?obtentum fuit quòd non,ſecũdum Bar.Aliud eſt enim nouum articulum,vel capitulum producere(quod eſt permiſſum:) aliud eſt ineptè deductũ in cauſa appellationis in melius reformare.quod non licet, ſecundũ eum.quod non placet ita indiſtinctè Io.An.dicit enim,quòd poſſet ſuſtineri, quãdo per teſtes non probauit excommunicationem. ¶Si autem probauit excõmunicationem ſimpliciter, dicit ipſe.non video qualiter illa qualitas. ſ.quòd publicè non poſſit repeti,& probari in cauſa appellationis : ſicut qui probauit ſe primò electum,probat ſe canonicè electum. j̃.eo.c.veniens.Et qui probauit rem valere vltra.20.probare poteſt poſtea illud vltra.j̃.eo.c.cum cauſam.il 2. Et qui probauit iniuriam poſt publicationem, poteſt probare eam notoriã.facit qđ no.de offi.& pot.c.1.li.6.¶Septimò quęro.po
16 ne†credit quis ſe fouere bonam cauſam:timuit tamen, ne iudex iniuſtè pronunciet cõtra eum. quid ergo erit ſibi vtilius, vel producere iura ſua coram iſto iudice, de quo non confidit:vel differre in iudicio appellationis?arguit pro,& contra. & tandem concludit, quòd ſi non timet calumniam fore in examinatione teſtium:vtilius eſſet producere, quàm differre in cauſa appellationis ad iniquitatem iudicis faciliùs conuin
17 cendam.¶Octauò quæro:†an iſta regula, ſcilicet quòd poſt publicationem non licet aliquos teſtes producere, patiatur exceptionem.Ioan.dicit,quòd ſic,in multis caſibus,quos hic enumerat. inter ceteros verò caſus, quòd vbicunq; non obſtat exceptio rei iudicatæ,non obſtat publicatio. ff. de exce. rei iudi.l.cum quæritur. Item ſecundùm legiſtas in cauſa appellationis.de quo dictum eſt.s̃.Item inſcia, vel inuita parte, & indiſcretè facta ſit publicatio. Item ſi pars teſtificata:licèt publicata non didicit.de his duobus.j̃.eo.c.conſtitutis.in gl. 2.& alios multos caſus exceptos hic vide per eũ in 9. quæſt.
18 ¶Nonò quæritur† an de conſenſu ptium publicatis atteſtationibus poſſint alij teſtes produci . dicit ꝙ ſic,quaſi hoc ſit inductum in ipſorũ fauorem.j̃.de reg.c.ad apoſtolicam.

ADDITIO.

a ¶Licitum variare.Variatio circa prorſus diuerſa admittitur:non autem circa idem,vel connexa.Dy.& Flori.in l.ſi cui in fi ff de ſeruit. Bal.in l. quidam.in 4.opp.C.de iure delib.idem Bal.in l.ſi quis ius.de re.cre.Bart. in l. de rebus.ff.rerum amo. Dy.in reg.mutare conſilium. de re iu.lib.6. Sali.in l.ex pecunia.C.de furt.& ſer.corrupto.

SVMMAE.

1 *Iurans teſtimonium non dicere, compellitur teſtificari, ſi atteſtationes non ſint publicatæ.*
2 *Domeſticum aduerſarij mei poſſum producere in teſtem : & compellitur teſtificari.*
3 *Statutum ſi prohibet præſtari auxilium exbannito : quòd teſtificans pro eo non dicitur ferre auxilium.*
4 *Renunciatio, & publicatio teſtium ſunt paria quò ad caſum principalem.*
5 *Temerarium iuramentum non repellit teſtem à teſtificando.*
6 *Publicatio, & renunciatio in cauſa impedit productionem teſtium, ẽt illorum, qui fuerunt impediti teſtificari facto aduerſarij.*
7 *Iurantes non teſtificari, an admittantur ad teſtificandum ſuper negotio principali.*

1 INtimauit.R. † Qui iurauit teſtimonium non dicere,teſtificari compellitur,ſi atteſtationes publicatæ non ſint.h.d.In prima pte conqueſtio.in ſecũda prouiſio, ibi[ideoq; ]¶Primò not.quòd ille V. clericus compulerat capellanum ſuũ vnà cũ aliis,ne teſtificaretur contra eum.& ſic no.quod dixi.s̃.eo.c.
2 cum nuncius. †quòd domeſticum aduerſarij mei poſſum pducere in teſtem:& teſtificari compellitur. facit quod not.in l.ſi.ff.eo.& C.eod.l.ẽt. ¶Secundò no.quòd inter auxiliũ,cõſilium, & teſtimoniũ cadit copula.& ſic habentur vt diuerſa,
3 vt no.in rub.ff.de iur. & facti igno. ¶†Et hoc facit ad quæſt. ſtatuti prohibentis præſtari auxilium exbannito . quòd poterit pro eo quis teſtificari:nec dicetur ferre auxilium.quã qõnem format Bar.in l.poſt legatum.§.his verò.ff. de his, quæ vt indig.facit quod not.in c.1.de pœnis.in cle.vbi gl. magna.
4 ¶Tertiò no.†ꝙ renũciatio, & publicatio teſtium ſunt paria. qđ eſt verũ quò ad cauſam principalem. ſed quò ad cauſam acceſſoriã renũciatio in principali non extendit ſe ad eã.ſed
5 publicatio ſic, vt s̃.c. pximo.¶Quartò no.†ꝙ temerariũ iuramentum non repellit teſtem à teſtificando:ſicut nec à pronunciatione,vt.j̃.de iureiur.c.ſicut.Et aduerte,quia iſte text. nihil dicit de relaxatione ficẽda.rõ põt eſſe; qa temerariũ apparet ipſo actu : non ergo expedit impetrare relaxationem, cum ius relaxet,vt l.quæ ſub conditione.§.fi.ff.de cond.inſti. Quando aũt eſſet dubium,non põt quis recedere propria auctoritate,vt.s̃.de elec.c.venerabilem. in fi. per Inno. facit qđ not.in c.ad apoſtolicæ.circa fi.de re iudi.li.6. ¶Quintò not.
6 †ꝙ publicatio, & renunciatio in cã impedit productiõnẽ teſtium omnium, ẽt illorum,qui fuerunt impediti teſtificari facto aduerſarij.Inn.& Hoſti.in hoc dicunt, ꝙ per beneficiũ reſtitutionis,ex clauſula generali.qui facto aduerſarij non potuit producere teſtes ſuos.poteſt eos producere , etiam poſt publicationem,& renunciationem. nam etiam poſt cõcluſionem admittitur. quæ deberet plus impedire , q̃ renunciatio, ar.in Auth.e.tit.§.quia verò multi. & ff.de edẽ.l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.Non obſtat hoc c.quia non prohibet,ꝙ per viã reſtitutionis non poſſit.Vel dic,ꝙ verbum[publicatio,& renunciatio]referuntur ad illud verbum[& alios]non aũt quò ad coactos.prætextu.n.illorum , qui coacti ſunt:non videtur permiſſum alios producere poſt publicationem, & renunciationem , quia iura eatenus ſubueniunt impeditis , quatenus occurrit impedimentum:& non vltra,vt eſt text.in l.admonẽdi.ff.de iureiu.quę l.bene probat per ſimilem,ꝙ coacti,& nõ alij in illo ordinario caſu admittãtur.¶Vltimò reuoco in du
7 bium.†an iſti , qui iurauerunt non teſtificari, admittãtur ad teſtificandum ſuper negotio principali.de hoc no.Spe.eo.tit. §.penul.verſ.quid ſi quis.Bar.hic tenet , quòd ſic:licèt alij cõtra.¶Sed prima verior. ille.n. qui ipſos aſtrinxit , non poſſet excipere.quia contra ipſum daretur replicatio doli. arg.not. in l.eleganter.ff.de dolo.& j̃.de adul.c.intelleximus. & text. iſte probat, quòd loquatur de receptione ipſorum ſuper cauſa principali:aliàs ad quid diceret de renunciatione, & publicatione?vnum tamen verbum no.quod no.hic Inn.videlicet, ꝙ quando iudex vidit notoriè perſonas teſtium minus idoneas,vel indignas, põt ex officio repellere,arg. ff. de poſtu.l. quos prohibet.& j̃. de excep.c. exceptionum. de quo dic,vt dixi.s̃.eo.tit. c.ſuper eo.

SVMMAE.

1 *Publicatio, vel renunciatio teſtium ſuper vno capitulo non præiudicat volenti producere teſtes in alio.& nu.4.*
2 *Priuilegia impetrata lite pendente non tenent.*
3 *Lis quomodo dicatur pendere quò ad impediendam impetrationem.*
4 *Iudex debet terminare cauſam concordia, vel iuſtitia.*
5 *Clauſulæ contra iura inſertæ in priuilegio, & literis apoſtolitis reddunt ipſas de falſitate ſuſpectas.*

Nota-



7 *Notarius non debet apponere in inſtrumento clauſulas non conſuetas:nec conſuetas omittere.*
8 *Producens literas apoſtolicas de falſitate ſuſpectas remittendus eſt ad Papam.*
9 *Inſtrumentum licèt non ſit validum ad probandum, punitur tamen producens.*

1 CAuſam quæ. †Publicatio,vel renunciatio teſtium ſup vno capitulo, non præiudicat volenti producere teſtes in alio.h.d.communis diuiſio. ſecunda.ibi[iudicio.]¶Primò no.ꝙ hic erat publicatio facta.& tamẽ producebatur poſtea priuilegium.& ſic poſt publicatas atteſtationes poſſunt produci inſtrumenta,& non teſtes ſuper capitulis publicatis. j̃.
2 ti.2.c.dilectus.¶Secũdò †no.ꝙ priuilegia impetrata lite pẽ
3 dente non tenent. concor.s̃.vt lite penden.c.fi.¶†Tertiò, ꝙ quò ad hoc(.ſ.ad impediendam impetrationem) dicitur lis pendere per ſolam commiſſionem:alibi ponderatur præſentatio.j̃.de appel.c.ſuper eo.alibi citatio.s̃.de offi.dele.c.gratum.alibi notitia aduerſarii.de app.c.meminimus. & de alie. iudi.c.j.& in c.j.j̃.vt lite penden.in cle.faciunt no. per Inno.
4 & Hoſt.s̃.de reſti.ſpo.c.ex conqueſtione.¶ † Quartò not.ꝙ renunciatio,& publicatio non obſtant,quominus ſuper nouis articulis poſſint teſtes produci.& innuit iſte tex. ꝙ nec ẽt inſtrumenta poſt publicationem liceat producere:ſed non pbat.quia huic inſtrumento,ſiue priuilegio non præſtitit impedimentum publicatio,vel renunciatio. ſed litis pendentia, vt in d.c.fin.vt lite pen. & in Auth. in medio litis nõ fi.ſa. iuſ.
5 §.ſi verò.coll.8.¶Quintò†no.ꝙ cõcordia,vel iuſtitia debet iudex cauſam terminare.Iudex enim ad concordiam laborare dẽ.de quo.s̃.de trãſ.c.vlt.& c.j.de mu.pe.& curare debet, ne partes veniant ad rixas,& ad arma. vt l.æquiſſimum.ff.de vſufr.& dixi.s̃.de proba.c.in pñtia.¶Sextò no.in verſi. quia
6 verò.†ꝙ clauſulę inſertæ i priuilegio,& literis apoſtolicis cõtra iura reddunt ipſas de falſitate ſuſpectas.hoc idem,ſi ſunt
7 clauſulæ non conſuetæ,ſecundùm glo.quam bene no.†Et ſicut clauſulas non conſuetas non debet notarius apponere in inſtrumento: ita nec conſuetas omittere.quæ intelliguntur, etiam ſi non fuerint appoſitæ.facit qđ no.in l.ſi.C.de fideicõ. & in l.excepto.C.loca.& l.iubemus.in fi.C.de teſta.vbi punit notarius pœna falſi,qui omittit ſolemnitatem in contractu. & tenetur ad intereſſe parti,vt l.fi.C.de mag. conuen. & ibi
8 vide Sali.¶Septimò no.†ꝙ qui producit literas apoſtolicas de falſitate ſuſpectas,remittendus eſt ad Papam.concor.s̃.đ
9 reſcrip.c.2.& collige ex hoc vnum,† ꝙ q̃q̃ inſtrumentũ non ſit validum ad probandum:tamen punitur producens. priuilegium enim impetratum lit.pen.non tenet,vt in d.c.fi.tamẽ ſi ſit in eo commiſſa falſitas,eſt puniendus impetrans.& hoc verum,qñ priuilegium,ſiue inſtrumentum habet ſua ſubſtãtialia,ſi vitiũ eſt latens,& inuiſibile(vt ſubreptionis:vel alterius nullitatis.)ſecus ſi appareat prima facie vitioſum ( puta ſine teſtibus,vel aliis ſolemnitatibus conſuetis:) tũc enim pducens non tenebitur pœna falſi.qđ dic per Bar. vt l. ſi quis legatum.ff.de fal.vbi etiam quid iuris de teſte,qui falſum depoſuit(non tamen valet dictum ſuum;quia non iuratus, vel aliter eſt nullum.)an puniatur pœna falſi.dic,vt ibi per eum.

SVMMAE.

1 *Homicida non debet recipi in teſtem contra accuſatum de homicidio.*
2 *Teſti, vel producenti ipſum non poteſt opponi exceptio ſimilis criminis.*
3 *Infectus ſimili morbo an repellatur in cauſa ciuili.*

1 PErſonas A teſtimonio repellitur laborans ſimili morbo.h.d.¶Primò no.†ꝙ contra accuſatum de homicidio non debet homici-
2 da in teſtẽ recipi.ex quo collige,†ꝙ non licet teſti,vel producenti ipſum replicare exceptionem ſimilis criminis , vt colligitur ex iſto.c.& no.j̃.eo.c.teſtimonium.licèt enim aliqs ſit periurus,fur,& homicida:tamen de crimine intentato contra eum debet committi per bonos teſtes,vt l.hos accuſare. §.omnibus.ff.de accuſa.Quid ẽ ergo qđ dicitur.[Nil Iudeus Iudeo:vel harenarius harenario.]vt no.in l.j.C.de ſum. trini.
3 & l.in arena.C. de inoffi.teſta.cogita.¶Quęrit Io.An.† vtrũ ſicut hic dicitur in crimine:vt infectus morbo ſimili repellat̃. Ita ſit in ciuili cauſa:vt habens cauſam omnino ſimilem illi, contra quem in teſtimonium producitur,repellatur.no Gui. in Spe.eo.ti.§.j.ver.item ꝙ.& hic per Io.An.vbi tenet,ꝙ ſimilitudo in genere quæſtionis non repellit.vt ſi litigo de teſtõ, pro altero litigante de alio teſtamento,potero teſtificari:ſecus ſi eſt ſimilitudo in ſpecie.vt ſi defendo conſuetudinem,q̃ negatur,pro altero ſimiliter defendente in alia cauſa, nõ potero teſtificari ſuper dicta conſuetudine.

SVMMAE.

1 *Chriſtianus contra Iudeum in teſtem admittitur.*
2 *Iudei habent liberam perſonam ſtandi in iudicio : & retinent rerum dominia:iura & actiones:& teſtamenti factionem:ſed non dignitates cum adminiſtratione.*
3 *Teſtibus qui vtitur pro ſe, cogitur recipere cõtra ſe ſimilis, & eiuſdẽ conditionis.*
4 *Iudeus contra Chriſtianum non admittitur in teſtem.*
5 *Iudeus an poſſit excipere de crimine contra Chriſtianum productum in teſtem contra eum.*

1 IVdei. †Chriſtianus contra Iudeum in teſtem admittitur.h.d.ponit dictũ.addit pœnã,& ſubiungit cauſam pœnæ in anathemate.ſecũda ibi[ cũ eos.]
2 ¶Primò no.ꝙ cum Iudeis poteſt eſſe iudicium†& ſic habẽt liberam perſonam ſtandi in iudicio.& retinent rerum dominia:iura & actiones:& teſtĩ factionẽ: nõ aũt dignitates cũ adminiſtratione:ſed tutelarũ ſunt capaces,vt plenè p Inn.j̃. de voto.c.qõ ſuper his. vbi plenè.facit l.ſpadonem. §. iam autẽ
3 & Iudei.ff. de excuſa.tu.¶Secundò no.†ꝙ ille, qui vtitur teſtibus pro ſe, cogitur ſimiles,& eiuſdem conditionis recipere contra ſe,vt l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.¶Tertiò hic colli
4 gitur,†ꝙ Iudeus contra Chriſtianum admittitur. qđ non eſt
a verum:quia ſunt infames infamia facti. a & ſic à teſtimonio repelluntur.qđ tamen dic,vt in l.j.C.de ſumma trini.& l.Caſſius.ff.de ſenato.¶Sed cõtra hoc oppo.& videtur,ꝙ ſicut recipitur teſtimonium Chriſtiani contra Iudeum: Ita verſa vice teſtimonium Iudei debet recipi contra Chriſtianum.& ſic in iudiciis verſet̃ ęqualitas.C.de proxi.ſacr.ſcri.l.in ſacris. & l.fi.C.de fruc.& lit.expen.¶So.illa ęqualitas conſideratur reſpectu principalium litigatorum,non teſtium:aliàs ſequeretur, ꝙ teſtis bonę famæ non poſſet teſtificari contra periurũ: furem:vel homicidam.cum illi non poſſint contra eum . qđ eſt abſurdum.Et iſtam oppo. & ſolutionem dat glo.j̃.eo. tit.
5 c.j.in clemẽ.¶Quęrit Ioan.An.†an Iudeus poſſit excipere de crimine contra Chriſtianum productum in teſtem contra eum.diſtinguit Ioan.An.quòd aut id,de quo excipit, eſt peccatum vtraq; lege:& poteſt excipere.aut veteris teſtamẽti tantùm:& non poteſt excipere.aut noui tantùm: & ſimiliter tunc repellatur tãtùm Chiſtianus à pœna ſui erroris. quãtũcunq; enim quis ſit criminoſus,vel patiens defectum, dẽt cõuinci per teſtes idoneos regulariter.fallit in crimine ſimoniæ:leſę maieſtatis:& hæreſis.s̃.de confeſ.c.j. facit qđ dixi.s̃. eo.c.perſonas.

ADDITIO.

a Infames infamia facti.Item eſſe Iudeum eſt delictum,vt no.gl.in l.apud Iul.in fi.de le.j.& ibi Bar.

SVMMAE.

1 *Teſtimonium matris eſt ſuſpectum: quando filia petit in virum aliquem maiorem ſe.*

Mater

2 *Mater naturaliter diligit incrementum,& honorem filiæ.*
3 *Mulier honoratur,ſi nubit digniori ſe.*
4 *Vir ſi non eſt magis idoneus,quàm mulier,nobilitate,potẽtia,vel ho-*
*nore:mater admittitur in teſtimonium pro filia.*
5 *Domeſticus admittitur in teſtẽ pro domeſtico in cauſa, in qua eſt mi-*
*ſtum commodum,& incommodum ipſius domeſtici.*

1 SVper eo, †Teſtimoniũ matris eſt ſuſpectũ,
vbi filia petit in virum aliquẽ ma-
iorem ſe.h.d.ſecundò dicitur , quòd ad dictum ſolius
matris matrimonium impeditur:ſed contractum non diſſol-
uitur.& ſunt duæ partes. ſecunda ibi[ſuper illa.] & in prima
parte mater ſtabat pro matrimonio.in ſecunda contra.¶Pri
mò not.quòd hic quæſitum fuit in conſultatione de teſtimo-
nio matris, & alterius mulieris. & tamen de matris teſtimo-
nio reſpondet,quaſi de illa muliere certum ſit,quòd poſſit.
In cauſa enim matrimoniali prohibetur mulier teſtificari, ni
ſi in teſtamentis , vel cauſis criminalibus quandoq;. vt ff. de
teſta.l.qui teſtõ.§.mulier.& in c.forus. de ver.ſig.¶Scd̃ò no.
2 †ꝙ veroſimile eſt,matrem diligere incrementum, & honorẽ
filiæ.& rõne huius præſumptæ affectionis à teſtimonio repel
3 litur.¶Tertiò no.†ꝙ eſt mulieris incrementum honoris nu-
bere digniori ſe.quia fœminę illuſtrantur radiis maritorum.
& econuerſo ſi homini inferioris ordinis maritẽtur , minuũt
dignitatẽ ſuam,vt l.fęminę.& quod ibi no.ff.de ſena.¶Quar
4 tò hic colligitur†quòd vbi vir non eſt magis idoneus, quàm
mulier,nobilitate, potentia,vel honore : mater admittitur in
teſtimonium pro filia.Secundò eſt : quia deponere ſuper ma
trimonio , non concernit merè commodum filiæ nuptæ : ſed
etiam hominis;quia quærit obligationẽ in altero , & ſe alteri
obligat : ita ꝙ mater non dicitur tantùm teſtificari ſuper eo,
quod concernit commodum filiæ:ſed etiam hominis:niſi eſ-
ſet exceſſus ex parte viri in altero iſtorum, de quibus in tex.
5 Et ex hoc collige vnum,†ꝙ perſona domeſtica admittitur in
teſtem pro domeſtico in cauſa , in qua eſt miſtũ commodũ,
& incommodum ipſius domeſtici : nec poteſt eius commo-
dum ab incõmodo ſeparari, vt in matrimonio. quod eſt no-
uum dictum, & fortè verum. ¶In aliis autẽ diſpoſitionibus
an pater, vel mater poſſint eſſe teſtes in cauſis filiorũ . dic vt
l.qui teſtõ.ff.de teſtamentis.l.parentes.C.eo.¶Quærit Ioan.
An.quid ſi vir excedit in diuitiis,ſed eſt ignobilis:filia autẽ ex
cedit nobilitate,ſed eſt pauperrima : an mater admittetur?re
linquit hoc arbitrio iudicis, inſpecta conſuetudine regionis.
de hoc in Spe.de teſta.§.1.in fi.primæ col.Et Hoſtiẽ. dicit,ꝙ
multum iſta conſiſtunt in arbitrio iudicis. poſſent enim in ca
ſu huius c. eſſe.tot circunſtantiæ:ꝙ etiam,ſi vir eſſet potẽtia,
diuitiis,& nobilitate ſuperior,quàm mulier, iudicaretur pro
matrimonio: nec eſſet ſuſpectum matrimonium . puta quan
do nobilis multum diligebat plebeiam valde formoſam ,
quam habere non poterat, niſi cum illa contraheret. & parẽ
tes aliter ſint honeſti.ceſſantibus ergo circunſtantiis, inæqua
litas facit teſtimonium ſuſpectũ: aliàs facile probaretur ple-
beiam eſſe deſponſatam à rege : vel plebeium deſponſaſſe re
ginam.Et idem dicit Hoſti. de cõſanguineis,in ſumma huius
ti.§.2.ver.vt autem.

S V M M Æ.

1 *Iudæus non poteſt probare,niſi per duos teſtes fideles, & honeſtos.*
2 *Quod non eſt licitum,nec conceſſum Chriſtianis:multò minus Iudæis.*
3 *Vnius teſtimonio non creditur quò ad plenam probationem . fallit in*
*caſibus,ibi remiſſiuè.*
4 *Teſtes quales eſſe debeant.*
ri de tempore.ff.eo.l.3.& dicit hoc arbitrarium, debeat cre
8 dere,vel non,vt ſ.c.præterea . ¶Octauò no.†ꝙ falſitas te-
ſtium,publicatis atteſtationibus,põt indirectè probari . di-
rectè autem non poſsit . Sed quidam dicunt , vt Vin.quòd
nec indirectè.de quo in Specu.eo. §. ſæpe teſtes. ver. porro.
in ſi.in additionibus . Et vide bonam gloſſ. ſ. c. in noſtra. in
fin. magnæ glo. ¶ Nonò collige in ver. verùm . quòd mu-
a lier iſta volebat probare negatiuam , [a] quòd iſte miles cum
alia non contraxit . & probat per indirectum . & de iſta ne-
gatiua qualiter ſit probabilis , not. Archi. 8. q. 3. c. Artal-
9 dus. & 20. q. 1. c.paratis . † Teſti autem aſtruenti negati-
uam,quæ omnino cadit in eius ſenſu , nõ creditur , vt ſ. de
cau.poſſ.c.cum eccleſia.quod eſt verum,ſi expreſsè : ſecus ſi
tacitè,vt no.Inn.ſ.de proba.c.licèt cauſam.& quod no.Cyn.
ea.l.actor.¶Vltimò Io.An.ſuper glo.2. inſtruit reſponden-
tem,cum debet reſpondere petitioni aduerſarij,& facti nar-
ratio eſt vera:ſed petitio eſt iniuſta(quia fortè ſoluit,& pro-
bare non põt.) quomodo tũc reſpondebit:ne videatur fateri
intentionem aduerſarij ? cautelam docet iſtud. c. in prin. c.
miles.& in c.exceptionem obijciens.de reg.iur.lib.6. p Dy.
& vide quod no.de iura.calum.c. cum cauſam.in prima glo.
& hic in nouella .

ADDITIO.

a ¶Probare negatiuam . Negatiua coarctata loco,& tempore poteſt pro
bari,& per viſum.Bar.in l.1.C.de cano.fru.vr. Rom. Bar. & Doct. in l.
in illa.& in l.hoc iure.C. de ver. obli. Bal. in l. 1. C. de ſecundùm tabu.
Ang.in §. hinc nobis. in Auth. de here.& fal.Bar.in l.hæredes palam.in
prin.ff.de teſta.Bar.& Bal.in l.actor.C.de proba.Alex.conſ.42.4.volu.

SVMMAE.

1 *Quarta dilatio petita cum ſolemnitate legali ſi denegatur,poterit ap
pellari.& nu. 7.*
2 *Petitorium,& poſſeſſorium reperiuntur in beneficijs.*
3 *Petitorium,& poſſeſſorium ſi competit alicui: poteſt eligere , quod
primò intentet:præualet tamen poſſeſſorium intentare.*
4 *Interdictum vnde vi.tranſit in ſucceſſorem.*
5 *Interdictum vnde vi.poteſt tranſire in alium ex ceſsione.*
6 *Teſtes poſſunt produci ab vtraque parte in interdicto vnde vi.*
8 *Appellari poteſt à ſententia interlocutoria lata ſuper aliquo articu
lo iudicij poſſeſſorij.& nu.9.*
10 *Sententia interlocutoria poteſt iuſtificari ex cauſa non expreſſa in
actis .*
11 *Petens quartam dilationem,ſi non probat, debet condemnari in ex-
penſis .*
12 *Litigator ſi petit quartam productionem cum ſolemnitate legali , &
iudex ipſam denegat:an eoipſo appellatio ſit iuſta , quòd iudex
cauſam non aſſignauerit .*
13 *Quarta dilatio ſi ita petita fuerit.petimus quartam dilationem cum
ſolemnitate legali . & ſi illam negauerit , appellamus ad Pa-
pam : an talis appellatio impediat effectum interlocutoriæ poſt-
modum ſecutæ .*
14 *Iudex,qui grauauit me per ſuam interlocutoriam : ſi poſtea aſſigna-
uit mihi terminum ad aliquem articulum expediendum : & ego
ſum recepto dilationem:an potero poſtea appellare .*

1 SIgnificauerunt. †Si ſine cauſa dene-
gatur quarta dilatio
petita cum ſolẽnitate legali , poterit appellari.h. d.Et
ſunt duæ partes principales.in prima appellantis deciſa nar-
ratio.In ſecunda appellationis commiſsio. ibi[mandamus.]
¶Primò no.ꝙ Papa committit cauſam poſſeſsionis, & pro-
prietatis eiſdem iudicibus.& rectè ; quia non debent diuidi,
vt in c.1. de cauſa poſ.& l.nulli.C.de iudi.& in c.1.de ſequeſ.
poſ.¶Et aduerte q̃a hic agebatur de re ſpirituali , ſcilicet de
2 prioratu.& ſic collige, †quòd in beneficiis eſt reperire peti-
torium,& poſſeſſorium. apud quem autem dicatur conſiſte-
re dicta proprietas,& poſſeſsio:an penes prælatũ.dic,vt not.
3 Inno.ſ.de cauſa poſ.c.cum ſuper.¶Secundò not.†ꝙ ille,cui
competit petitorium,& poſſeſſoriũ,poteſt eligere,quod pri-
mò intentet.& quod plus eſt,quod prius intentauit, poteſt ſu
ſpendere,& alterum proſequi, vt hic.& ſ.de cauſa poſ.c.pa-
ſtoralis.conſultè tamen facit,cui vtrunq; competit,prius poſ
ſeſſorium intentare.quia facilius probatur poſſeſsio,q̃ domi
nium.& iſtud eſt cõſilium Iuriſconſulti,vt l.is qui deſtinauit.
4 ff.de rei ven.¶Tertiò not.in verſi. † vnde.quòd interdictum
vnde vi.tranſit in ſucceſſorem.Et aduerte,quia de ſucceſſore
vniuerſali non eſt dubium, quòd competit ſibi interdictum:
quod competebat defuncto,vt l. 1.§.hoc interdictum & hæ-
re.ff.de vi.& vi.ar. de tali tamen ſucceſsione hæreditaria non
loquitur iſte tex.quia ceſſat in eccleſiis , vt in c.apoſtolica.8.
q. 1. Oportet ergo intelligi, ꝙ ex permutatione, vel alio iu-
5 ſto titulo deuenit ad iſtos iſte prioratus. ex quo collige , †ꝙ
ex ceſsione poteſt tranſire in aliũ interdictum vnde vi.de in-
terdicto vti poſ.quòd poſsit cedi , videtur glo. in l.1.§.idem
Nerua.ff. ne quis in loco publico . ſed de interdicto vnde vi.
non habeo modò tex.vel glo.niſi iſtum.& rationem, quòd q̃
ſunt tranſibilia ad hæredes,ſunt ceſsionabilia , vt l. ex pluri-
bus.ff.de admi.tuto.ius autem recuperandi poſſeſsionem ꝓ-
pria auctoritate an poſsit cedi. glo. notabilis dicit,quòd ſic.
in l.cum fundum.§.ex interuallo.ff. de vi,& vi ar.& hoc ver.
quomodo ſuccederent iſtę moniales. ponderauerat Hoſtiẽ.
minus ſubtiliter quò ad tex. ſed ſatis bene quò ad res ꝓpha-
6 nas.¶Quartò not.†ꝙ in interdicto vnde vi.poſſunt teſtes ab
vtraq; parte produci. & ab eo, qui agit,certũ eſt,quia debet
probare poſſeſsionem,& ſpoliationem,vt ſup.de officio de-
lega.c.cõſultationibus.& in c.ex parte.de reſti. ſpolia.Ille au
tem,qui conuenitur (vt erant hic monachi ) poteſt probare,
quomodo poſsidebat tẽpore, quo deiecit, vt in cap. olim.ſ.
de reſtitu.ſpo.vel quòd moniales expulſę:vel quòd fautores
earũ poſsidebant ab eis vi,clam, vel precariò:ideò interdi-
ctum non poterant intentare , vt in c.cum veniſſent.ſ.de re-
ſti.ſpolia.& l. 1.in ſi.cum l.ſeq.ff.vti poſsidetis.¶Quintò no.
7 †quòd quarta productio debet dari cum iuris ſolẽnitate.de
qua no.ſupra eo.c.in cauſis.An autem hæc ſolemnitas ſeruã-
da ſit in ſucceſſore , ſi prædeceſſor fecit tres ꝓductiones. dic
8 in Spe.e.ti.§.qualiter.ver.ſed pone.¶Sextò no. † quòd à ſen
tentia interlocutoria lata ſuper aliquo articulo iudicij poſſeſ
ſorij appellatur.de iure ciuili maius eſſet dubium. cùm enim
appellari non poſsit à ſententia lata ſuper ipſo poſſeſſorio,
iuxta not.in l. 1.C.ſi de momẽ.poſ.videretur,quòd nec à gra
uamine illato in proceſſu eiuſdem iudicij : ſed de iure cano-
nico non videtur dubium ; quia à ſententia lata ſuper poſſeſ-
ſorio , & à quolibet grauamine appellari poteſt , vt infra de
ope.no.nunc.c.penul.per Inno. & in c. vt debitus.de app.fa-
cit quod no.ſupra de reſtitutio.ſpolia.c.cum ad ſedem.in fin.
9 penul.gl.&c.¶Septimò not.†quòd ab interlocutoria,ſicut à
diffinitiua,debet appellari infra decẽ dies . & ſic poſtea pars
non poteſt cõqueri de tali grauamine. quod eſt verum in cã
principali:ſed in cauſa appellationis à diffinitiua, in qua de-
uoluitur omne grauamen prius illatum,poteſt peti retracta-
tio cuiuſlibet grauaminis illati in cauſa principali, iuxta not.
in c.vl.de appella.li.6.& plenè per Innocen. & Hoſtien. in c.

quod ad conſultationem. ſupra de re iudi. poteſtas autem iu
dicis à quo in reuocando interlocutoriam ſuam nõ arctatur
tempore, regulariter durante cauſa principali, vt in c. cũ ceſ-
ſante. de appell. dic vt ibi. & l. quod iusſit. ff. de re iudi. ꝑ Bar.
10 &c. ¶ Octauò not. in ver. niſi fortè. † quòd ſentẽtia interlocu
toria poteſt iuſtificari ex cauſa non expreſſa in actis. non. n.
dicitur in tex. quòd iudex denegauerit quartam productio-
nem propter refrænandam multitudinem teſtium: ſed dicit,
quòd iudex appel. debet inquirere. de quo infra latius dicã.
11 ¶ Nonò no. in ver. ipſos. † quòd ille, qui petit quartam dila-
tionem, & non probat, debet condemnari in expenſis. & hoc
eſt hodie regulare: vt ſemper ratione retardati proceſſus ꝓ-
pter exceptionem oppoſitam non probatam fiat condemna
tio expenſarum ſtatim, non expectato fine cauſę, vt in c. finẽ
litibus. de dolo & contu. ¶ Decimò not. in ver. ibi adeo. quid
iuris, cum ſuſpenſo petitorio, poſſeſſorium intentatur. & po-
ſtea eſt ferenda ſententia in poſſeſſorio: quid erit de petito-
rio prius moto? debet enim ſimul cũ cauſa poſſeſſorij termi-
nari, ſi de eo liquet: aliàs differtur. & ita poſſet dici in cã cõ-
uentionis, & reconuentionis: vt ſi de vna prius liqueat, quàm
de alia, terminetur prius. & ſic poſſent diuidi quò ad finem:
non autem ſeparari quò ad initium coram diuerſis iudici-
bus. de quo dic, vt in c. cum dilectus. de ordi. cogni. & in c. di-
12 ſpendia. §. reus quoq;. de reſcrip. li. 6. ¶ Quærit Inno. not. † Si
petit litigator quartam productionem cum ſolemnitate lega
li, & iudex ipſam denegat. an eo ipſo appellatio ſit iuſta, ꝙ iu
dex ſuæ denegationis cauſam nõ aſſignauerit, videtur, ꝙ ſic:
quia petitio eſt ſecundùm ius. ergo denegatio contra ius. &
ſic cum grauet, valet appellatio, vt infra de appell. c. cum ceſ
ſante. & c. vt debitis. Et idem ſi cauſam iuſtam denegationis
aſſignet: & ipſam non examinet. nam cum debeat concedi:
vel negari cum cauſę cognitione, vt ſupra eodem. c. in cauſis.
ergo eſt grauamen, ſi cognitio non præcedit ſecundùm Inn.
licèt alij contra ſecundùm eum. ¶ Et iſtam ſecundam opinio
nem ſequitur Hoſt. dicens, quòd licèt prima opinio ſit ſubti-
lior: ſecunda eſt iuſtior. nam ſecundùm eum, ſi iuſta, & ratio
nabilis cauſa allegatur: quã iudex credidit falſam, poteſt re-
ſpuere, etiam cauſa non expreſſa: nec retractabitur, quòd fe-
cerit propter appellationem à prædicta repulſione: niſi corã
iudice appellationis fuerit probata cauſa allegata, & repul-
ſa. non enim debet iudex exprimere animi ſui motum, vt in
l. vbi. C. de fal. & pręcipuè in hac quarta dilatione denegãda.
ſi enim exprimeret [denego quod ſufficienter probaſti.] ma
lè faceret: quia ſic publicaret minus ſolẽniter dicta teſtiũ illi
tali. Ioã. An. videtur dicere, ꝙ in denegatione debet iudex ex
primere cauſam: ſed non debet eam examinare. ¶ Sed tunc
dices, cum appellatio ab interlocutoria non poſſit iuſtifica-
cari ex nouiter dandis, vel probandis. quomòdo ſi iudex nõ
examinat, & iuſtificat factum ſuum ante appella. poterit iuſti
ficare poſtea contra. c. appellanti. de appell. in cle. poſſet di-
ci, quòd illa cle. loquitur in appellante, non in iudice: qui po-
teſt ſuam interlocutoriã iuſtificare ex nouis probationibus,
vt hic. põt eſſe ratio; quia cum denegare, vel concedere ſit in
arbitrio iudicis: debet ſibi credi: & pro eo præſumitur, vt no.
Inno. in c. innotuit. infra de eo, qui fur. or. ſuſce. vel poſſet di-
ci, quod dictũ. c. appellanti. & c. interpoſita. & c. vt debitus.
de appel. habent locum regulariter. fallit, quando iudex vehe
menter præſumit malitiam in petẽte dilationem: quia poteſt
ipſam negare: licèt petat ex cauſa legitima: & ſi appellatur
(niſi fiat fides de veritate cauſæ) pronunciabitur contra ap-
pellantem. quod dic, vt not. Innocen. in cap. poſt electionem.
infra de conceſ. præben. ¶ Secundò quærit Innocen. dicitur
hic, ꝙ abbas, & monachi appellarunt poſt ſententiã interlo-
cutoriam. quid ergo ſi prius: an ſufficiat. & ſic iuſta appella-
13 tio? pone enim, quod monachi petierunt ſic. † Petimus quar-
tã dilationem cum ſolẽnitate legali. & ſi illam negauerit, ap
pellamus ad Papam. an talis appellatio impediat effectũ in-
terlocutoriæ poſtmodũ ſecutæ. tenet Inno. ꝙ talis appella-
tio fuerit nulla: quia à futuro grauamine non eſt appellan-
dum. & grauamen ſubſequens non iuſtificat appellationem
præcedentem, vt j. de appell. c. conſuluit. il 2. & c. ex parte.
& c. cum ceſſante. & c. dilecto. & ibi per Io. An. ſuper ver. in-
eptè. ¶ Si aũt prædictus iudex petitã productionẽ denegaſ-
ſet. & pars peteret reuocari iſtud grauamen. & ſubiungeret
[niſi reuocaueritis: appellamus.] talis appellatio valet: nec
intelligitur à futuro grauamine: ſed iam illato; quia iam de-
negauit. & ſine iſta petitione poterat appellari: ſed propter
reuerentiam iudicis, qui ex ſuo officio hoc facere poterat,
petitum fuit ex ſuperabũdanti, vt in c. cum ceſſante. j. de ap-
pell. nec petendo hoc coram iudice à quo, videor renuncia-
re iuri appellandi. facit quod no. in c. ſi à iudice. de appell.
14 lib. 6. ¶ Et hoc eſt, quod dicit hic notabiliter Ho. † ſi iudex,
qui grauauit me per ſuam interlocutoriam, poſtea aſſigna-
uit mihi terminum ad aliquem articulum expediendum. &
ego accepto dilationem: an potero poſtea appellare. videtur
quòd non, vt s. c. cum veniſſent. de offi. deleg. c. gratum. Si
enim ita faciendo coram iudice à quo, videor renunciare ap
pellationi iam interpoſitæ: multò magis iuri interponendæ:
quia eiuſdem videt̃ effectus appellatio in potẽtia: & appel-
latio in actu, vt in c. nõ ſolùm. de appel. lib. 6. nec eſt fortius:
imo debilius ius ad rem, quàm ius in re, vt l. Sempronius At-
talus. ff. de vſufru. leg. & in c. pen. & vlt. de præben. lib. 6. con-
trarium tamen determinat Hoſt. per l. inter ſtip. de verbo.
oblig. hæc autem ſecundùm eum faciunt, ſic dicẽdo. dñe gra
uaſtis me per talem interlocutoriam: quare terminum iſtũ
recipio, ſaluo iure mihi appellandi, ſuper quo volo delibe-
rare, vt C. de ex. l. ſi quidem. & s. c. ꝑſentiũ. & de ord. cog. c. 2.

*S V M M AE.*

1 *Examinatio teſtium poteſt mitti ad partes præter onus expenſarum.*
2 *Dilatio eadem poteſt dari actori ad fundandam intentionem ſuam: & reo ad defenſionem faciendam.*
3 *Teſtes reprobatorij regulariter debent recipi poſt publicatas atteſtationes.*
4 *Iudex ſi plus, vel minus habet teſtem ſuſpectum, poteſt lenius, vel acriùs ipſum examinare.*
5 *Circunſtantiæ negotij quæ dicantur.*
6 *Teſtis debet diligenter examinari de cauſa ſcientiæ.*
7 *Senſus corporis quinque.*
8 *Videri an dicatur, quod percipitur intellectu.*
9 *Teſtis deponens, quòd Titius eſt dominus talis fundi: non probat, niſi aſſignet cauſas.*
10 *Teſtes ſunt cogendi ad teſtificandum.*
11 *Iudex poteſt refrænare multitudinem teſtium.*
12 *Atteſtationes receptæ non publicatæ in vna inſtantia, in alia non videntur facere plenam fidem inter eaſdem perſonas: niſi partibus placuerit.*
13 *Teſtes an debeant reddere cauſam ſui dicti.*
14 *Teſtes an debeant interrogari an ſint criminoſi.*
15 *Iudex poteſt quærere à teſte in genere, an poſſit eſſe teſtis.*
16 *Teſtes debent cognoſcere perſonas litigantium, à quibus, & contra quos producunt.*
17 *Teſtes ſi ſunt diuerſi in tempore, vel in loco: an valeat eorum teſtimonium.*
18 *Atteſtationes ſi non valent à principio: an poſſint ratificari per tacitum, vel expreſſum partium conſenſum.*
19 *Subſtantialia omiſſa non poſſunt ratificari etiam conſenſu partium.*
20 *Pars ſi impedit, ne teſtes perhibeant teſtimonium: quid iuris.*
21 *Teſtis an poſſit ſe corrigere ante publicationem dicti ſui.*
22 *Teſtis ſecundò inductus, ſi dicat contrarium eius, quod primò dixit, quid iuris.*

CVm cauſam. Diligenter examinan
di ſunt teſtes: & puniẽ
di ſunt, qui eos impediunt. & effrænata multitudo
teſtium



teſtium eſt per iudicem refrænanda. h. d. diuiſio patet ꝑ ſum-
1 mationem. ¶ Primò no. † ꝙ propter onus expenſarũ Papa cõ
mittit teſtium examinationẽ ad partes. ſimiliter deberet cõ-
mittere cauſã principalẽ, vt aliàs dixi in ordinario habente
diffuſam prouinciam, vel diœceſim: quia ſi litigantes veniũt
de longinquo. & cum eſt parua, debet ipſam delegare in lo-
co litigantiũ: aliàs iuſta eſſet appellatio, vt in l. cum poſt ſẽ-
tentiã. C. de appel. & 2. q. 6. c. anteriorum. facit. j. de fideiuſ.
c. conſtitutus. & de reſcrip. c. ſtatutum. li. 6. in fi. ¶ Secundò
no. quod vtriq; parti aſſignat̃ idem terminus ad teſtes pro-
2 ducendos † eadem ergo videt̃ dilatio, ꝙ poſſit dari actori ad
ſuam intentionem fundandam: & reo ad ſuam defenſionem
faciendam. an autem hoc fieri poſſit, inuito reo. dic vt no. in
cle. ſæpe. de verb. ſig. ¶ Tertiò no. ꝙ ſimul, & ſemel producũ
tur teſtes ad ꝓbandum in cã principali, & ad reprobandum
3 perſonas ipſorũ teſtium ꝓductorum † regulariter verò teſtes
reprobatorij debent recipi poſt publicatas atteſtationes. qđ
dic, vt in glo. & s. c. præſentiũ. ¶ Quartò no. ꝙ ad iudicẽ ſpe-
ctat teſtes examinare: & diligenter de ſingulis circũſtantijs
4 inquirere. vnde ſecundũ Hoſt. † ſi iudex plus, vel minus ha-
bet teſtem ſuſpectum: poterit leuius, vel acrius ipſũ examina
re. ita tñ, ꝙ interrogationem neceſſariã per partem datã non
omittat, vt j. c. per tuas. Et eſt ille tex. cõtra Io. qui dicit, ꝙ te
ſtis nõ tenet̃ aliud dicere, quàm quod expreſſit actor in libel
5 lo. de quo. 2. q. 8. c. libellorum. &c. ¶ Quintò no. † quæ
dicant̃ circunſtantiæ a negocij: locus: tp̃s: viſus: auditus. &c.
de qua materia per Cyn. plenè in l. teſtium. C. eo. & in c. qua
liter, & qñ. j. de accu. il 2. vbi per Inn. de loco & tempore. de
quo etiã no. s. eo. c. ex tenore. de teſtimonio auditus no. 3. q.
9. c. de his. & c. teſtes. vbi qd iuris de cæco, an poſſit teſtificari
ſuper cõtractu, vel alia diſpoſitione, ſi habeat notas voces cõ
trahentiũ. de quo etiã in Spec. de teſte. §. j. verſ. ſed nunquid
cæcus. & ff. de aqua plu. arc. l. idem Labeo. per Bar. de teſtimo
nio credulitatis dic, vt in Spe. de teſte. §. j. verſ. itẽ ꝙ depoſuit.
& s. de iura. calũ. c. cum cauſam. vbi omnino vide per Inno.
de fama dic, vt in Spe. tertia parte de notorijs crimi. §. vt aũt.
6 in fi. &c. ¶ Sextò no. † ꝙ de cauſa ſcientiæ debet teſtis diligẽ-
ter examinari: qa ſi dictum teſtis nõ concludit neceſſariò, ni
hil probat, vt l. neq; natales. C. de proba. & l. non hoc. C. vn-
de legi. debet aũt cã teſtimonij referri ad ſenſũ, ſuper quo de
7 ponit. ¶ Quinq; † ſunt enim ſenſus corporis. ſ. auditus: viſus:
guſtus: odoratus: & tactus. vnde deponens de guſtu, ineptè
reddit cauſam de odoratu. & idẽ in ſimilibus, præterq̃ de vi-
ſu, & auditu: vbi eſt aliquale dubium: ſi teſtis inductus ad ꝓ-
bandum, ꝙ Titius promiſit Seio centum. & teſtis dicit vera
8 eſſe (quia vidit) an ſufficiat. videt̃, ꝙ ſic: † quia videre dici-
mur, quod percipit̃ intellectu: vt patet in omnibus legibus,
quæ incipiunt. videamus. & ita videndũ, &c. contrarium di-
cit dñs Bal. determinatũ de facto, vt no. in l. diuus. ff. de teſta.
mili. licèt in contrariũ facit quod no. Cy. in l. 2. C. de erro.
aduo. ſed poſſet ſuſtineri; qa in dubio dictũ teſtis debet refer
ri ad id, quod in facto conſiſtit: nõ ad id, quod iuris intelle-
ctum habet, vt no. in l. ſtipulatio iſta. §. his quoq;. ff. de verb.
9 ob. ¶ Et ideò eleganter dicit Inno. † ꝙ teſtis deponens, ꝙ
Titius eſt dñs talis rei, non ꝓbat. quia dominium non conſi
ſtit in facto: nec viſu percipitur: ſed in iure conſiſtit. vnde
niſi aſſignet cauſas, non probat illa, quæ iuris ſunt: ſed bene
probat illa, quæ ſunt facti, ſi non fuerit interrogatus de cau-
10 ſa, vt l. ſolã. & quod ibi not. C. eod. titu. ¶ Septimò not. † ꝙ
teſtes ſunt cogendi ad teſtificãdũ. & quicunq; impedientes,
ne teſtificẽtur, poſſunt coerceri, vt s. c. cã literis. & ſic delega
tus poteſt exercere iuriſdictionem in alios, contra quos rei
nõ eſt cauſa delegata. de quo plenè ſupra de offi. deleg. c. j.
11 ¶ Octauò no. in verſ. volentes. † ꝙ iudex poteſt refrænare
multitudinem teſtium. nec debet excedere numerus, de quo
in tex. quod eſt verum: niſi ex cauſa. 29. diſtin. c. j. Sed ex cã
minus poteſt recipere, vt s. de teſti. in fi. & ſi receperit mino-
rẽ numerum, ne videat̃ pãdere parti, quòd eius teſtes proba-
uerint. quã cautelam debeat tenere, uide in Spec. de teſte. §.
reſtat de numero. ver. hoc etiã. & per Hoſt. in ſumma. de dila.
12 §. quibus. vſq; ad §. ſolẽnitas. ¶ Nonò no. † ꝙ atteſtationes
receptæ, nõ publicatę in una inſtantia, in alia nõ vidẽtur face
re plenã fidem inter eaſdem perſonas: niſi partibus compla-
cuerit. quod dic per Bar. in l. cum lite mortua. ff. iudi. ſol.
¶ Oppo. dicit̃ hic, ꝙ debẽt recipi teſtes tã in negocio prĩcipa
li, q̃ contra ꝑſonas. Sed cõtra, quia exceptiones cõtra ꝑſonas
teſtiũ ſunt ꝓbãdæ poſt publicatas atteſtationes, & nõ ante, vt
s. c. præſentium. ¶ So. vt in prima gloſ. Goffr. dicit hãc De-
cre. loqui, cũ exceptio talis eſt, quæ non repellit teſtem: ſed
reddit eius teſtimonium ſuſpectũ. Idem not. j. de excep. c.
j. Ioan. dicit hic, ꝙ vbi lex non exprimat exceptionem reſer-
uandam, ſtatim repellit teſtem. alleg. C. de proba. l. ad pro-
bationem. ¶ Idem hic Vinc. & videtur placere Inno. ſi pro-
bationes ſint paratæ. Ioan. And. remittit ad nota. per eum. s.
eod. ca. ex parte Adæ. ¶ Quærit hic Bernar. ſuccinctè de qui
13 buſdam quæſtionibus. & primò † an teſtes debeant reddere
cauſã ſui dicti. dicit, ꝙ ſic: ſi fuerint interrogati, valet eorum
teſtimonium, etiam ſi cauſam non aſſignent. 4. q. 3. c. ſolam.
& ibi idem not. & C. eodem. l. 3. & in Specu. de teſte. §. j.
verſ. item quod interrogatus. & idem Innocen. & Hoſtien.
hic. ¶ Aduertendum tamen, quòd ſi pars petijt interrogari
teſtem de cauſa ſcientiæ. & interrogatus non fuit, non vale-
bit dictum eius: ſed poterit iterum interrogari de cauſa, vt j.
c. per tuas. & ibi per Ioan. And. ſuper prima gloſſ. de quo e-
tiam in Specul. eod. titu. §. iam de interrogatoria. ad fi. verſ.
item cautè facit. & ibi not. Ioan. And. in additio. an ſi iudex
non quæſiuerit de cauſa: an teneatur parti ad intereſſe. ¶ Se-
14 cundò quæritur: † an teſtes debeant interrogari, an ſint cri-
minoſi. G. arguit pro, & contra. & dicit, quòd honeſtum eſt,
ꝙ non interrogetur. Inno. de hoc not. j. de accuſat. c. in-
quiſitionis. vbi tenet, quòd licèt iudex poſſit quærere à teſte.
& teſtis poſſit reſpondere: non tamen tenetur. Non obſt. 2.
q. 7. c. quærendum. & c. ſi qui. quia loquuntur in accuſato-
re: non in teſte. vel dic apud ſe, vel alios quærat iudex de cõ-
ditione teſtis. & de noto præſumet bonum: niſi probetur cõ-
trarium. j. de præſum. c. ſi. ſed in non noto non debet crede
re: niſi probetur. 3. q. 5. c. canonica. & c. accuſatorem. Debet
enim teſtis eſſe notus iudici, & alijs. C. de iure deli. l. fi. §. ſi
autem dubius. & vide quod not. de elect. c. dudum. il 2. verſ.
tandem. in glo. ſuper proceſſu. vbi tractatur de electo, & de
15 reo. Io. de hoc not. 2. q. 7. c. quærendum. vbi dicit, † quòd iu
dex poteſt q̃rere à teſte in genere, an poſſit eſſe teſtis. ad hoc
8. q. 3. c. Artaldus. Et prędicta locũ habent de circunſtantijs,
quæ concernunt perſonam teſtis. de alijs verò iudex debet di
ligenter inquirere, vt in tex. nec ſuper ipſis dicitur deponere
16 non iuratus, vt not. s. c. de teſtibus. ¶ Et tene menti glo. † ꝙ
teſtes debent cognoſcere perſonas litigantium, à quibus, &
contra quos producuntur. & aliter non poſſunt congruè teſti
ficari. & ita not. in di. §. ſi aũt dubius. & in Spec. eod. tit. §. j.
verſ. teſtimonium aũt. ante fi. in additionibus. ¶ Tertiò quæ
17 rit glo. † ſi teſtes ſunt diuerſi in tempore, vel in loco: an va
leat eorum teſtimonium. tenet, ꝙ non. 2. q. 9. c. nihilominus.
& ibi not. an hoc habeat locum in actibus, qui recipiunt rei-
terationem. de quo infra de accu. c. qualiter. il 2. per Ioan. An.
& in Spec. eod. titu. §. iam de interrogatorijs. verſ. item de tẽ
pore. & verſi. ſe. & ff. eod. l. ob carmen. §. fi. & 35. q. 6. c. de pa
rentela. vbi omnino vide, ꝙ illud, quod dicitur in hac gloſſ.
quòd diuerſitas temporis, ſiue loci uitiat dictum teſtis, habet
locum, ſi producitur ad probandum actum: qui non habet
cauſam ſucceſſiuam: ſed momentaneam: ut adulterium, ho
micidium, & ſimilia. Si autem teſtis inducitur ad probandũ
præſcriptionem, vel iuriſdictionem: & vnus deponit, quod
vidit me (iam eſt annus) poſſidere: & iuriſdictione vti con
tra Titium. alius autem deponit de alio anno, & contra aliã
ꝑſonam

pſonã. & ſic de ſingulis.iſti tales dicunť cõteſtes.¶Et ita nõ.
In. in c.qualiter.il 2.ĩ.de ac.& in d.l.ob carmẽ.§.ſi.ſt.e.ti.qđ
18 tene menti.¶Quærit† ſi atteſtationes nõ valeãt à principio:
an poſſint ratificari ꝑ tacitũ , vel expreſſum conſenſum par-
tiũ.ar. ꝙ ſic.4.q.3.§.ſi quis teſtibus.& ĩ.e.c.tuis.& c.ꝓſenta-
ta.& ĩ.e.c.ſignificauit.in gl.dicit hic Inn.poſt Io. An. poſtq̃.
n.partes ſic cõueniunt,ꝙ valeant:non põt vlterius contra ip-
ſas opponi,vt ff.de re iudi.l.ſi cõuenit.& ff.cõi diui.l.iudicio.
& ff.de no.ope.nun.l. 1.§. & poſt operis. & ex hoc infert Ioã.
An.ꝙ licèt iſte,cui cõmiſſa eſt teſtiũ receptio,ſiue examina-
tio,non poſſit ipſam de iure cõmittere alteri iudici (cũ certũ
officiũ ſit ſibi cõmiſſum)tñ tacitõ, & expreſſo conſenſu par-
tium valebit talis cõmiſsio : dũmodo non obſtet error iuris,
vel facti, vt patet in eo, quod le.& not. ſupra de offic. deleg.
c.qm̃ apoſtolica.ver.his aũt.&c.& ĩ.e.c.ꝓxi.ver.litè igitur.&
ſeq.& hanc opi.tenet Ho.& Inn.¶Et prædicta vera,cũ quæ-
ritur de ratificatione actorum,quæ non ſunt de ſubſtantia iu
19 dicij.ſubſtãtialia† aũt omiſſa non poſſunt ratificari,ẽt cõſen
ſu partiũ,vt patet ex eo,qđ leg.& no.ſ̃. de lib. ob.c.1.& tene
20 hoc menti. ¶Quintò quæritur,† quid iuris, ſi pars impedit,
ne teſtes perhibeant teſtimonium.dicit glo.ꝙ debent cõpelli
per excõicationẽ.ſ̃.c.tã literis.Hoſt.dicit,ꝙ ſi principalis, vel
alius eo mãdante hoc faciat:habetur teſtis pro producto.ar.
ff.ſi quis cau.l.2.§.ſimili mõ. Et idem , ſi fiat per aliũ amicũ,
ipſo principali tacente, & diſsimulante, vt.ĩ.de ſimo. c.ſicut
tuis.ſecus ſi hoc fiat ab inuito,vel à bannito, ipſo cõtradicẽ-
21 te.1.q.4.c.quia ꝓſulatus.¶Sextò quæritur poſt gl. fi.† an te-
ſtis ante publicationem dicti ſui poſſit ſe corrigere. dic vt in
22 ea.l.repeti.ff.de qõni.ꝑ Bar. † Itẽ quid ſi teſtis ſcđò inductus
dicat contrarium eius,qđ primò dixit.dicit gl.ꝙ nõ valet di-
ctum ſuũ,vt.ĩ.e.c.cum in tua. niſi primæ atteſtationes nõ va
luiſſent; quia receptę ab eo, qui nullã habebat iuriſdictionẽ.
qđ verbũ no.facit ẽt ad qõnẽ de eo, qui dicit falſum corã nõ
ſuo iudice,qui putabatur iudex.de quo.ĩ.de reg.iur.c.nõ eſt
ſine culpa.li.6.in mercu.¶Et ad hanc gl.adde , qđ no.in d.c.
cum in tua.in fi.vlti.gl.& ĩ.c.ꝓxi.& in Spec.e.ti.§.1.ver.quid
ſi idem teſtis.& ver.ſe.¶Vltimò tene menti gl. magnã,qua-
liter teſtis debet deponere de cã ſcientiæ ſup quolibet ſenſu
corporis.de quo Bar.fecit vnũ tractatum. quem tñ non per-
fecit.& not.ẽt de hoc in l.de ætate.ff.de mino.& l.1.C.de ſen.
quæ pro eo,qđ inter.& l.Labeo.de ſupel.leg. & l.ſecunda.C.
de reſcin.ven.per Bal.in repeti.ſua.& l.conuenticula. de epi-
ſco.& clericis.per eundem.

ADDITIO.

a ¶Circunſtantiæ.vide Spe de or.cog.verſ. ceterùm de his.& in Clemen. conſtitutionem.§.1.per Zaba.

*S V M M AE.*

1 *Teſtes poſſunt produci ſuper eodem capitulo, etiam publicatis atteſt[a] tionibus,quando variatur modus agendi.*
2 *Sententia ſi pro parte eſt executioni mandata,executio in eo,quod re ſtat,impeditur,ſi tertius ſe opponit.*
3 *Exceptio appellationis interpoſitæ impedit executionem ſententiæ:ſi hoc poteſt probari incontinenti.nu.4.*
5 *Poſt electionem,& confirmationem ſi tertius ſe opponit : diſcutiendum eſt iterum de viribus ſententiæ,& electionis.*
6 *Atteſtationes receptæ in iudicio ordinario,non obſtant agenti via ordinaria.*
7 *Atteſtationes inualidæ poſſunt conſenſu partium ratificari.*
8 *Publicatio teſtium in vna cauſa , non impedit productionem eorundem teſtium,vel aliorum in alia cauſa:licèt ad idem agatur,ſed diuerſo modo agendi.*
9 *Producens habet electionem,velit validas eſſe atteſtationes teſtium in alio iudicio receptorum.*
10 *Abſolutio excommunicationis poteſt fieri ad tempus,quando excommunicatus eſt neceſſarius ad ferendum teſtimonium.*
11 *Acta in Capitulo nõ poſſunt de facili per alios probari,quàm per canonicos.*



12 *Dictum primum quare faciat fidem in ſecundo,quò ad conuincendũ ipſum teſtem de mendacio.*
13 *Contradictio alicuius debet impedire effectum confirmationis.*

1 VEniens. †Vbi variatur modus agẽdi,pu
blicatis atteſtationibus ſup eo.
c.teſtes producere licet.& ſunt tres partes princi
pales.primò ponit ordinem proceſſus,& diſputationem par
tium ſuper receptione teſtiũ. In ſecunda Papa interloquitur,
ibi[nos igitur.]In tertia cauſam cõmittit.ibi [mãdamus.]In
prima plura continentur.archidia. petitio : procuratoris Ca
pituli contradictio:& ſubſequenter cuiuſdam ſubdiaconi Pa
pæ interlocutio:& cõtradictionis admiſsio. archi.facta inter
rogatio:& reſponſio partis:& ſubſecuta contradictio. ¶Pri-
2 mò no.† ꝙ ſi ſnĩa eſt pro parte executioni mandata : execu-
tio in eo , quod reſtat , impeditur , ſi tertius ſe opponit.ac ſi
3 nulla executio facta eſſet. qđ eſt notandũ.¶Secundò no.† ꝙ
exceptio appellationis interpoſitæ videtur impedire execu-
tionẽ ſnĩæ.Itẽ ſimiliter exceptio,ꝙ opponẽtis interſit.an aũt
hæc exceptio poſſit opponi poſt li.conte.no.Io.An.poſt Inn.
ĩ.de accuſationibus.c.ſup his.facit qđ no.Bar.in l.4.§. cõdẽ
natũ. ff.de re iudi. vbi de exceptione nullitatis , an impediat
executionẽ ſnĩæ.& l.à diuo Pio.§.ſuper rebus.e. ti. vbi de ter
4 tio veniente pro ſuo intereſſe,an impediat. ¶Tertiò not.† ꝙ
illa exceptio impedit executionẽ, quæ põt reprobari in con
tinenti. qualiter aũt accipiatur iſtud,incontinenti.dic,vt in d.
§.condẽnatũ & l.aufertur.§.qui cõpenſationẽ.ff. de iure fiſc.
per Bar.Io. An.hic dicit , ꝙ hoc relinquitur arbitrio iudicis,
fortè vſq;ad octo dies,vel plures,&c.¶Quartò no. ꝙ de iſta
quæſtione,cum tertius ſe opponit, cognoſcitur ſummariè.&
fertur ſnĩa interlocutoria ſuper hoc,interſit,vel non:nec req
ritur lit.conſt.vt hic in litera dicĩt[fuiſſent lit.conte.receptę]
5 &c.& hoc no.bene pro practica. ¶Quintò not.† ꝙ poſt ele-
a ctionẽ,& confirmationẽ,[a]cum tertius ſe opponit , iterum de
6 viribus ſnĩæ,& electionis diſcutĩt.¶Sextò no.† ꝙ atteſtatio-
nes receptæ in iudicio ordinario(ſicut nec ſententia,vbi ſum
mariè eſt proceſſum)obſtãt agẽti ordinaria via,vt l.ſi iudex.
ff.de his,qui ſunt ſui,vel ali.iu.& deli.agno.l.ſi qs à liberis.§.
7 meminiſſe.¶Septimò no.† ꝙ atteſtationes inualidæ poſſunt
de conſenſu partium ratificari,vt.ſ̃.c.proximo.per Inno.vbi
8 dixi.¶Octauò no.† ꝙ publicatio teſtium in vna cauſa nõ im
pedit productionẽ eorundem teſtium,vel aliorum in alia cã:
licèt ad idem agatur,ſed diuerſo modo agendi.¶Et genera-
liter dicit Inno.ꝙ vbicunq; nõ obſtaret ſnĩa, quominus poſ-
ſit agere iteratò.ſimiliter non obſtat teſtium productio:rece
ptio&: publicatio: quominus poſſint iterũ teſtes recipi. quã
theoricam bene no.facit quod no.ſupra e.c. cauſam quæ.per
Inno. vtrùm autem ille , qui appellat pro ſuo intereſſe, poſ-
ſit poſt publicationem atteſtationum cum principali , & in
principali cauſa teſtes producere ſuper eiſdem articulis. dic
9 vt in Spe.de teſte.§.ſatis.ver.quid ſi à ſententia. ¶Nonò not.
quòd eſt in electione producentis,velit eſſe validas, atteſta-
tiones teſtium in alio iudicio receptorum.alibi dicitur,quòd
eſt in electione eius, contra quem pro ducuntur. ĩ. eo.c. præ
ſentata.dicit Inno.ibi loquitur,cum producti ſunt ſuper prin
cipali.hic cum ſuper aliquo incidenti,& præparatorio.¶De
cimò not.in verſi.nos igitur.quòd ſuper incidenti pronuncia
10 tur.de quo ſupra de ord.co.c.1.¶Vndecimò no. † quòd põt
fieri abſolutio excommunicationis ad tempus , quando ex-
communicatus eſt neceſſarius ad ferendum teſtimonium.
11 ¶Vltimò no.† ꝙ quæ in Capitulo agũtur , nõ pñt de facili ꝑ
alios,q̃ per canonicos probari.quod dic,vt in gl.fi.& in c.ter
tio loco.ſ̃.de ꝓba. ¶Venio ad opp.dicitur hic,ꝙ teſtes depo
ſuerunt ſuper ſnĩa, & ſuper electione in primo iudicio,quo il
le fuit admiſſus ad contradicendum rõne ꝓprij intereſſe. &
ꝙ ẽt in iſto alio admittendi ſunt ad idem.cõtra;ſupfluis ꝓba
tionibus nõ eſt vtẽdũ, vt l.ad ꝓbãdũ.C.de ꝓba.& c.cũ cõtin
gat.



gat.de offi.dele.ergo cũ ad idẽ,gereť ĩ ſcđo iudicio,qđ in pri
mo.& inter eaſdẽ ꝑſonas non vr̃, ꝙ debuerunt iteratò reci-
pi:ſed prima receptio debeat valere , ẽt in ſecundo iudicio.
ſ̃.eo.c.cauſam quæ.hic aũt dicitur contrarium, & malè. So.
vt dixi in ſummario. quia hic ideò recipiuntur ; quia variať
modus agendi.agebatur. n. primò, vt admitteretur ad con-
tradicendum.& iſta fuit vna inſtantia:alia fuit ordinaria.ſ.an
fuerit ſnĩa iuſta,& electio canonica,necne.priores ergo atte
ſtationes ſummatim receptæ non proſunt , vel præiudicant
in iudicio ordinario,ẽt ſi ad idẽ agatur: ſicut non præiudica
ret ſnĩa,vt d.l.ſi iudex.& §.meminiſſe.& l.à diuo Pio.§.ſi ſu-
per rebus.ff.de re iu.vbi.n.non prodeſſet,vel obeſſet ſnĩa,nõ
proderunt,vel nocebũt acta,iuxta no.per Inn.ſ̃. e.c.cauſam
quæ. ¶Secundò op.& videtur,ꝙ iſtud non ſit bene dictum.
& arguo à diuiſione.aut.n.recipiuntur ſecundò,vt dicãt idẽ:
aut cõtrariũ.ſi idem,& hoc eſt ſuperfluum:ideò reſecandũ ,
vt in proe.§. pen.Si contrarium:& tunc ſunt puniẽdi de per-
iurio, & punientur, vt ſ̃. c. ſicut nobis. So. quò ad primum
dic.ꝙ qñ ad idem agitur.ſi ad diuerſum effectum, ijdem te-
ſtes iterum debent deponere:vt patet , ſi vnus hæredum pe-
tit partem debiti,& ꝓducit teſtes:illos eoſdem poterit alius
coheres producere.nec ſufficit prima productio : quia nec
prodeſt ſibi ſnĩa pro ſuo coherede lata. igitur nec teſtiũ de-
poſitio, vt prædixi.& idem ſi actum eſt ciuiliter, & producti
ſunt teſtes:illę atteſtationes non proderunt,ſi agatur poſtea
criminaliter.debebunt ergo iterum recipi,vt l.1.C. quando
ciui.act. cri.præiu.ad illud aũt,quod dictũ eſt.ſi dixerint cõ
trarium,non valebit,&c.dic,ꝙ non ſimpliciter inducitur ad
ꝓbandũ illud:ſed illud,& alia,ꝓut fuerit interrogatus à iudi
ce pro vtraque parte.& tñ fatetur,ꝙ ſi deponat contrariũ in
ſecundo,quod depoſuit in primo:non valebit dictum eius ,
vt dicit hic glo.no. ſupra c proximo. & in c.literas. de præ-
ſumptio.& ſupra de probat.c. per tuas , & iſtud eſt verum ,
niſi teſtis poſſit ſe excuſare,interpretando dictum ſuum. qđ
intellexit aliter in primo iudicio, quàm in ſecundo. infra de
12 accuſat.c.dilecti.§. . .& §. 2. ¶Sed dices tu . † Si receptio fa
cta in alia cauſa non facit fidem in ſecunda quò ad merita
ipſius cauſæ ſecundæ . quare facit illud dictum primum fi-
dem in ſecundo quò ad conuincendum ipſum de mendacio.
dicunt Doct.quòd hoc non eſt mirum ; quia ad ipſum teſtẽ
conuincendũ,& puniendum de periurio. & vt ſibi fides non
habeatur:receptio prima faciet in ſecunda cauſa plenam fi-
dem, vt no.hic nouellator. poſſet tñ hic formari diſtinctio ,
cum teſtis in eodem iudicio, vel diuerſo dicit contraria : an
ſtetur primo,vel ſecundo.dic,vt plenè no.Bar.in l. eos. ff. de
falſis.vbi ponit quæſtionem, ſi teſtis in alio iudicio inductus
ad probandum idem,quod in primo:an ſufficiat ſibi dicere.
dico illud idem,quod dixi in alio iudicio . dicit hoc relinqui
arbitrio iudicis . ¶ Conſulit tñ teſti , ꝙ ſemper petat ſuum
teſtimonium exhiberi ſibi,vt poſſit ſe de veritate melius re-
cordari.& debet ſemper ſubdere in ſecundo dicto . [ & hæc
mihi videntur vera : ſi aũt aliter dixiſſem in primo,ex nunc
me corrigo, & ad primum dictum refero : cum tunc melius
habuerim in memoria iſtud factũ.]& omnia ibi vide. ¶Ter
tiò opp.dicitur hic,ꝙ eſt in electione producentis, velit ſta-
re prioribus atteſtationibus, vel non. cõtra imò videť in ele
ctione eius,cõtra quẽ ſunt ꝓducti.vt infra eo.c.præſentata.
¶Solu.ibi loquitur in receptione teſtium facta in cauſa or-
dinaria,ſuper qua ſperabatur diffinitiua ſententia . hic verò
in cauſa ſummaria fuerunt primò recepti ; meritò qui pro-
duxit,habet electionem,vel petere,vt diligentius examinen
tur:vel ꝙ ſtetur illi ſummariæ examinationi . videtur tñ etiã
hic conſenſus aduerſarij, vt probat ille tex. dicunt tñ Pet. &
Abb.quòd hic nõ poſſet reprobari teſtis propter perſonas ,
vel dicta.allegat l.fin.C.de edicto diui Adri. tol. ¶ Quartò
contra iſtud oppo.innuit hic litera,ꝙ ſi iſte nõ probaſſet ſuũ
intereſſe,non debuiſſet admitti.cõtra imò videtur,ꝙ debeat
admitti.quia quilibet admittitur ad opponendum ſe contra
clericum. hic innuitur contra . quare malè . ¶ So. breuiter
iſte archidiaconus erat confirmatus,& erat pro eo lata ſen-
13 tentia. † vnde contradictio alicuius non debebat impedire
confirmationis effectũ.de quo arg.ĩ.de appell.c.conſtitutis.
potuit ergo ſe opponere ꝓ priuato intereſſe,vel pro intereſ-
ſe cõmuni poſt confirmationẽ . ¶ Quintò contra iſtud op-
po.& videtur,ꝙ ille veniens debuit impedire iſtã executio-
nem,ẽt nõ ꝓbato intereſſe,vt ſ̃.de reſt.in integ.c. ſciſcitata.
¶Solu.ibi loquitur in eo,qui litigauit in iudicio.hic in eo, q
nunquam fuit in iudicio:ſed ſe oppoſuit executioni, proban
do intereſſe . ¶ Sextò contra iſtud oppo.& videtur,ꝙ ter-
tius veniens nullo modo poſſit impedire executionem, vt l.
is à quo.ff.de rei vendi. ¶ Solu.dicit hic notabiliter Inno. ꝙ
qñque fit executio in re petita . & tunc aut illa res à nemine
erat poſſeſſa.& tunc quilibet tertius veniens impedit execu-
tionem,arg.l.fi.C.de edicto diui Adri.toll.& in iſto c.Si verò
illa res non vacabat,ſed erat poſſeſſa ab alio:tunc tertius ve
niens non impedit executionem , ſed cauebit de identitate
poſſeſſoris,vt dicta l. is à quo. ¶ Si verò fit miſsio in alia re,
q̃ ſit petita,vt in re pro pecunia,qua quis eſt debitor. & tunc
quilibet veniens,dicens ſe poſſidere rem,in qua petitur miſ
ſio,audiri dẽt.& cognoſcitur de hoc ſummatim, vt l.à diuo.
§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudica.vbi per Bart.vbi ponit ratio-
nem differentiæ inter iſtos caſus,ibi vide. ¶ Septimò oppo.
dicitur hic,ꝙ iſti debent abſolui,vt teſtificentur.contra imò
ꝙ debuerint remitti ad excõmunicatorẽ.vt ſ̃. de offi.deleg.
c.prudentiam.§.ſexta.Solu.dicunt Goff. & Phi. ꝙ iudex ab-
ſoluit teſtes excõmunicatos , ſi per alios veritas haberi non
põt:niſi eſſet tale genus excõmunicationis , cuius abſolutio
b reſeruetur Papę . ¶ Aduerte tñ, b ꝙ ſtatim lato teſtimonio,
reincidunt in eandem ſnĩam ipſo facto.ſicut in ambaſciato-
ribus euntibus ad Papam:quàm citò.n.Curiam exeunt, rein
cidũt in excõmunicationẽ priſtinã:licèt fuerint in Curia ab-
ſoluti,propter ambaſciatã.ſimile in c.eos.de ſen.exc.lib.6.

ADDITIONES.

a ¶ Et confirmationẽ.confirmatio ſine cauſæ cognitione,an valeat. vide Io.de Tur.cre.in c.miramur 41.diſt.
b ¶ Aduerte tamen . vide eundem Pet. de Anch. in c.ſolet.in princ.de ſenten.excomm.

*S V M M AE.*

1 *Iuramentum teſtis poteſt ab aduerſa parte remitti.& nu.4.*
2 *Teſtes omnes,etiam religioſi,debent iurare .*
3 *Fratres Minores,& ceteri Mendicantes poſſunt eſſe teſtes.*
5 *Iuramentum calumniæ , an poſſit remitti .*

1 TVis queſtionibus. † Iuramẽ-
tum teſtis
poteſt ab aduerſa parte remitti.h. d. ponit dictum ,
2 & caſum excipit.ibi [ niſi. ] ¶ Primò not. † ꝙ oẽs teſtes, ẽt
religioſi, debent iurare.& ſic monachi poſſunt in cauſis teſti
ficari,& eſſe teſtes,vt in Auth.de monach.§. cogitandum .
3 † Idem in fratribus Minoribus,& ceteris Mendicãtibus,ꝓut
no.Spec.in tit.de teſti.§.j.ver.quid de monacho. & facit.ĩ.e.
c.nuper nobis. ¶Pro declaratione tex.quæro,quę fuit ratio
dubitandi.Reſpon.quia videbatur in iſtis religioſis dicendũ
contrarium,ex eo ꝙ erant clerici.vel ꝙ eis debebatur reue-
rentia,vt ff.de iureiuran. l. iuſiurandum & ad pecun. §. qui
4 iuſiurandum. & 2.q.5.c.1. ¶ Secundò no. † ꝙ iuramentum
teſtis põt remitti ab eo , contra quem producitur . quod eſt
verum,ſi conſenſit etiam qui producit , & etiam ſi conſen-
ſerit iudex , vt ĩ. de reg. iur.c.qđ oẽs.lib.6. & no.Spec. in ti.
5 de teſte.§.1.ver.ſed no. ¶ Quærit glo. † quid iuris de iura-
mento calumniæ:an poſſit remitti:& refert opi. ſed opi.Ia.
Bal.eſt vera,ꝙ põt tacitè omitti:ſed non expreſsè remitti. &
hæc opi.eſt hodie approbata.ĩ.de iura.calum.c.1.§.1.lib.6.
¶ Quare

¶ Quare aũt iuramentũ teſtis pŏt remitti expreſsè, & nõ iu-
ramentũ calũniæ.dicit Hoſt. ꝙ iuramentũ calũniæ nõ pŏt re
mitti ſine offenſa Dei.ideò nec ſimiliter iuramentũ eius . ſed
iuramentũ teſtis pŏt remitti.qa nihil ꝓhibet,quominus poſ-
ſim me obligare,ꝙ ſtabo dicto Titij. pŏt.n.in pacto deduci,
ꝙ iuramento tertij à cõtrouerſia diſcedatur,vt l. 1.§.2.ff.qua
rum re.ac.non da.& l.Theopompus.ff.de dote præle.

*S V M M AE.*

1 *Delegatus neceſſarius in teſtem remouetur à iudicãdo , & alius ſubrogatur.*
2 *Ius conferendi præbendas poteſt cadere in perſonam laicam ex ſpeciali priuilegio.*
3 *Cauſæ cognitio aliqualis præcedere debet in dãda dilatione, quæ aduerſario non præiudicat.*
4 *Aduerſarius meus ſi ſubtrahit mihi teſtem per impetrationem in iudicem,non prodeſt ſibi.*
5 *Epiſcopus an poſſit produci in teſtem coram eius vicario.*

1 DIlecto filio. †Delegatus neceſſarius
in teſtẽ remouetur à iu-
dicãdo, & alius ſubrogatur.h.d.& prima pars po
nit impetrãtis querelã.ſcda prouidet , ibi[ne igitur.]¶Pone
caſum, ꝙ in hoc erat qõ. qa præpoſitus contulerat has præ-
2 bendas.Comitiſſa aũt reſiſtebat, vel ecõtra. ¶Primò no.†ꝙ
in pſonam laicã cadit ius conferendi præbendas,qđ intellige
ex ſpãli priuilegio.ĵ.de iure pa.c.nobis.& 63.di.c.Adrianus.
& c.in ſinodo.& 16.q.7.in ſumma.& in Spe.de præbẽ.in fi.&
ĵ.de præbẽ.c.is cui.lib.6.per Io.An.vel verbum, donatio,po
nitur hic ꝓ pñtatione . quia vendicabat Comitiſſa iſta ius p̃-
ſentandi in præbendis.& no. in p̃latura.ĵ.de iure pa. c.nobis.
ſm̃ Pe.¶Scđò not.ꝙ qñq; præbendæ ſunt ſacerdotales, hoc
eſt onus ſacerdoti annexum.ĵ.de præbẽ.c.ſignificatũ. vel for
tè numero vacationis. ĵ.de cõceſ.præbẽ.c.ꝓpoſuit. p Io. An.
¶Tertiò no.ꝙ ille, contra quẽ aliquis impetratur in iudicẽ,
pŏt petere remoueri;qa eſt neceſſarius ſibi in teſtem. & intel
lige,ꝙ non poſſum: ſed præmitti debet aliqua cauſæ cogni-
tio. & conſtare debet de hoc per aliquam veroſimilem conie
cturam,ꝙ ſit ſibi neceſſarius. & ꝙ nouerit aliquid de re illa.
3 ¶†Nam in danda dilatione , q̃ aduerſario non p̃iudicat, p̃ce
dere debet aliqualis cauſæ cognitio. 3.q.3.c. ſpatium. multò
fortius in hac remotione, vbi aliquod p̃iudicium præparatur
parti habenti iudicẽ fortè gratũ, vt l. 2.ff.de re.iudi.& in c.cõ
ſuluit.de offi.dele.¶Et aduerte,quia iſta ſubrogatio videtur
habere locum,non ſolũ ſi fuerint plures impetrati, vt erat in
4 caſu huius.c.ſed ẽt ſi vnus tm̃,ſm̃ Io.An.¶ Quartò no.ꝙ ſi ad
uerſarius meus ſubtrahit mihi teſtem per impetrationẽ in iu
dicẽ,nõ prodeſt ſibi.quid aũt, ſi ſubtrahit; quia efficitur eius
inimicus eius culpa.qa eũ vulnerat,vel dat ſibi alapã: an poſ
ſit eum à teſtificando repellere,pp exortam inimicitiam,cui
cauſam præſtitit.dicit Bart. ꝙ hoc committitur iudicis arbi-
trio, vt l. 1.§.fi.ff.de qõni. & qđ hic dr̃ de amotione in iudicã
do,idem intellige,ſi habeo teſtem mihi neceſſarium: & eſt fa
miliaris meus,poſſum ipm̃ remouere à familiaritate.qđ dic,
vt l. 1.§.ſi ſeruus.ff.de quæſtio.vbi not.Bart.quid iuris,ſi quis
erat domeſticus tpe contractus , & non tempore teſtimonij:
vel ecõuerſo,& alle.iſtum tex.¶Quæro,an id,quod hic di-
citur in delegato, habeat locum in ordinario , ſi eſt mihi ne-
ceſſarius in teſtẽ. dicit , ꝙ ſic.quia eadẽ eſt æquitas. Et in ca-
ſu huius.c.ſi iſte decanus voluiſſet cauſam ſubdelegare:an po
5 tuiſſet coram ſubdelegato in teſtem produci. † Et eadem eſt
quæſtio in ordinario,vt in epõ: an poſſit produci in teſtẽ co-
ram eius vicario,vel delegato.Io. quòd non. & idem Gof.&
Innocẽ.dicit Vin.ꝙ ille , qui commiſit vniuerſitatem cauſa-
rum,poterit eſſe teſtis.ff. de iuriſdi.omnium iu.l. eſt receptũ.
alia dic,vt in gl.& vide quod no.Spe.e.ti.§. 1.ver.quid ſi is q.
vbi quærit. ſi maior iudex productus in teſtem coram mino
re deponat falſum.quis eum puniet.facit quod no. de maio.
& obedi.c.cum inferior.

*S V M M AE.*

1 *Fũdatores eccleſiæ,fundationis tempore poſſunt retinere aliquod ius in eccleſia.*
2 *Dolus non videtur remiſſus in generali remiſſione.*
3 *Caſus ſpecialis,in quo ille,qui poſſidet,poteſt agere.*
4 *Notarius ſi negetur,quòd fuerit notarius,quando ſcripſit: quid remedij.*
5 *Denunciatio facta ad domum,an ſufficiat.*

SIgnificauit. Ne ꝓbationis copia pereat,
recipiuntur , & publicantur
teſtes , quos reus producere voluerit. hoc. d. primò
ponitur petitio.ſecundò iudicum datio, ibi[quocirca.]¶Pri
1 mò no.†ꝙ fundatores eccleſiæ,fundationis tempore poſſunt
retinere aliquod ius in eccleſia : imò ex ipſa fundatione ha-
bent ius patronatus.quod in quibus conſiſtat, dic vt infra de
iure pa.c.præterea.il.2.& c.nobis.& de cenſi.c.quanto.Et ad
uerte, quia per iſta verba[dico,quòd per iſtam fundationem
nolo retinere aliquid ius patronatus.]perdit ius patronatus,
ſi eccleſia nõ erat collegiata.de iure pa. c.nobis.& hoc tenet
Ioan.& Vin.poterit tamen iſte fundator agere,ſi bona dilapi
dentur,non obſtante illa remisſione. 16.q.1.cap.conſtitutis.
2 †In generali enim remisſione non videtur remiſſus dolus.ff.
de lib. lega.l. Aurelio. vacante igitur tali eccleſia, collegium
eliget:vel ſi non habet collegium,prouidebit epiſcopus.facit
ſupra de elec.c.1.& de conſe.diſt.1.c.omnis. & quod not.de
iure patro.c.1.lib.6.¶Secundò no.quòd prouidetur, ne pe-
reat probationis copia.concor.ſupra vt lite non conteſt.cap.
quoniam frequenter.in prin.¶Tertiò no. caſum ſpecialem,
3 †quòd ille,qui poſſidet , poteſt agere.regulariter enim con-
tra.quia nunquam actio poſſeſſori datur, vt l. 1.ff.vti poſ.ſed
fallit hic;quia ſubeſt æquitas.poſſet enim eſſe, quòd procedẽ
te tempore(cum patronus habeat inſtrumentum fundatio-
nis eccleſiæ , & rector iſte non habeat inſtrumentum libera-
tionis)poſſet , mortuis teſtibus, qui interfuerunt liberationi,
ipſum,vel eius ſucceſſorem inquietare.ęquum fuit igitur pro
uidere:quia non agit ad rem, quam poſſidet:ſed ad rem,quã
non habet,videlicet inſtrumentum liberationis.ad quod de-
bitor liberatus videtur agere poſſe cõtra creditorem, vt fiat
ſibi inſtrumentum quitationis, ſeu liberationis, vt l.ſicut da-
tam.C.de libe.cã. ¶Et fortè ille rector conſultius iſtam viã
potuiſſet eligere.ſed ideò non elegit : quia fortè patroni non
negabant liberationẽ iſtam.potuiſſet enim iſte petere, quòd
iſti præfigerentur termini ad agendum. & vltra non audire-
tur,vt l.diffamari.C. de inge. manu. ſed hoc non credo in ca
ſu huius c.in quo certum erit de iure patronorũ originaliter:
niſi reus abſolutionẽ,aliàs liberationem ꝓbaret.ꝓbat.n.iſto
mõ extraordinario , non compulſo actore ad agendum.ſi.n.
iſti patroni voluiſſent agere, ceſſaret iſta prouiſio: & deducet
iſta quæſtio liberationis per modum exceptionis . & ea pro-
bata ſequeretur abſolutio diffinitiuæ. ¶Opp.& videt, quòd
iſte text.malè dicat : quia poſſeſſori non datur actio,vt dicta
l.1.ff.vti poſſide. Sol. quandoq; poſſeſſor poteſt agere (puta
interdicto vti poſſidetis,confeſſoria, vel alio iure.) & tũc ceſ
ſat remedium huius c.quandoq; non poteſt agere : & tunc ſi
ſubeſt iuſta cauſa,vel iuſtus timor:& poteſt agere, vt hic.& l.
in lege Aquilia.ff.ad legem Aquil.¶Secundò oppo. & vide-
tur, quòd in caſu,in quo timetur, ne pereat copia probatio-
num,ſit prouiſum per cap.quoniam frequenter. ſupra vt lite
nõ conte.¶Sol.multiplex eſt differentia inter iſtam receptio
nem,& illam, vt no.hic gloſ.& in nouella.vbi dicitur poſt In-
nocen.quòd iſta receptio valet, dum poſſidet ille , qui petiit
ipſam fieri. ſi autem non poſſidet, atteſtationes illæ non pro
derunt ſibi, vt in ſimili dicit tex.in l.ſed ſi poſſeſſori.ff. de iu-
reiuran.



reiurã.atteſtationes.n. receptæ ſm̃ formam illius. c. qm̃ fre-
quenter.non publicantur,vt dicit gl.Sed ſi fuerunt publicatæ
de conſenſu partiũ , facient ppetuã fidẽ in qualibet inſtantia
inter eaſdẽ partes. qđ eſt verũ , cũ receptio facta eſt cauſa à
iure ſtatuta, vt ibi,aliàs nullam fidẽ facerent,quãtũcunq; par
tes conſentirent, ſi fuerint receptæ lite nõ cõteſt. quia ſubſtã
tialia iudicij omitti non poſſunt , ẽt de conſenſu partium , vt
no.ſ.eo.c.cũ cãm.dicam.ĵ.eo.c. Albericus.¶Quartò oppo.
ꝙ iſta prouiſio.ſ.redigendi dicta teſtium in publicam ſcriptu
rã timore mortis teſtis,non ſit plena: qa ita poterit(vt ſic di-
xerim)mori fides ſcripturæ, ſiue vetuſtate conſumatur : vel
ſi poſt centum annos negetur ſcribentem fuiſſe notariũ : er-
go videtur iſta prouiſio minus plena.Sol.dic,ꝙ ẽt in his caſi-
bus iura adhibent remedium . pp vetuſtatẽ. n. & corroſionẽ
4 petitur renouatio.ĵ. de confir.vti.vel inuti.c.cũ dilecta.†Itẽ
ſi negatur,ꝙ fuerit notarius,qui ſcripſit, remediũ adhibetur,
vt patet ex no.per Inn.ĵ.ti.2.c.1. & in c.veniens. de verb.ſig.
5 per Inn.¶Quærunt Doct.†vtrùm ſufficiat denũciare ad do
mum.dicit Inno.ꝙ ſi eſt abſens,expectabitur: ſi nõ imminet
ex dilatione periculum.remittit ad no.in c.fin.de eo,qui mit.
in poſ. vbi dedi remisſionem ad Bart.& ad omnes. de forma
autem huius denunciationis,& aliarum.dic vt in cle.cauſam.
de elec.

*S V M M AE.*

1 *Capitulum nouum poteſt probari etiam per teſtes antiquos poſt publicationem atteſtationum.*
2 *Teſtes ijdem poſſunt recipi , ſi ſuper nouo articulo includatur illud, quod venit in veteri iam publicato.*
3 *Iuſtum pretium rei conſideratur tempore celebrati contractus.*
4 *Valor rei qualiter probetur.*

1 CVm cauſam. †Poſt publicationem
atteſtationũ nouũ ca
pitulum poteſt probari , ẽt per teſtes antiquos.h.
d.Et in prima parte deciſa petitio.in ſecunda commisſio. ibi
[cum igitur.]¶Præmitto ad euidentiam,ꝙ cum quis decipi
tur in contractu emptionis,& venditionis vltra dimidiam iu
ſti pretij, fit reſciſsio.& eſt in electione emptoris, velit redde
re rem,reſtituto pretio ſoluto , vel ſupplere iuſtum pretium,
vt in l.2.C.de reſcin.ven.probauit ergo hic venditor, ꝙ poſ-
ſesſiones venditæ 10.valebãt vltra. 20. ſed non determinaue
runt,quantum vltra. ſed quia emptor volebat ſupplere iuſtũ
pretium,& poſſesſiones retinere,emergit quæſtio de valore.
& ſuper hoc recipi debent teſtes, non obſtante publicatione
teſtium ſuper probatione exceſſus.& iſte eſt caſus . ¶Primò
2 no.†ꝙ ſi ſuper nouo articulo includatur illud, quod venit in
veteri iam publicato: nihilominus poſſint recipi iidẽ teſtes.
3 ¶Secundò no.†quòd iuſtum pretium rei conſideratur tem-
pore celebrati contractus.& ad illud tp̃s debet actor ſe refer
a re, cũ agit;qa deceptus ſit vltra dimidiã iuſti pretij.[a]¶†Qua
4 liter aũt valor rei ꝓbetur , not.hic gl.& plenius in l.pretia re
rũ.ff.ad leg.fal.p Bar.& in d.l.2.C.de reſcin.vẽ. p dñm Bal..

ADDITIO.

a ¶Iuſti pretij.pro hoc facit.l.ſi voluntate.in fi.C. de reſcind. vendi.

*S V M M AE.*

1 *Capitulum poteſt cognoſcere de cauſa matrimoniali, ſede vacãte,vel ex priuilegio.*
2 *Sententia ſine ſcriptis poteſt dari in cauſa matrimoniali.*
3 *Sententia lata contra primum matrimonium prodeſt filiis natis ex ſecundo matrimonio ad probandum,quòd ſint legitimi.*
4 *Ius agendi non poteſt competere,niſi adita hæreditate.*
5 *Inſtrumentum exemplatum quem effectum habeat.*
6 *Citatio partis an requiratur in exemplatione. Et an præſumatur talis citatio præceſſiſſe.nu.8.*
7 *Inſinuatio poteſt fieri nemine citato.& nu.18.*
9 *Decretum iudicis an requiratur in exemplatione.*
10 *Procurator ad plures lites,& coram diuerſis iudicibus,ſi non habet niſi vnum originale inſtrumentum procurationis, nec poteſt dimittere vbiq; originale,quomodo fiet.*
11 *Exemplum propriè quando dicatur,& quando originale.*
depoſuit. hoc d. communis diuiſio. ſecunda ibi
[ verum. ] ¶ Primò no. quòd Papa mandat inquiri de cri-
minibus contra infamatum: nec debet diſſimulare. j̃. de ac-
cu. c. qualiter. il. 2. & 2. q. 1. c. Deus omnipotens. aliàs enim
nō eſt inquirēdum: nec aliquis ſine accuſatione damnādus,

8 vt.ĩ.vt ec.bñfi.c.vt noſtrũ.¶Secundò no.†ꝙ in cauſa inquiſi
tionis publicantur atteſtationes:ſicut in accuſatione,& aliis
proceſsibus. & hæc publicatio eſt vtilis,& neceſſaria quò ad
parté,contra quam inquiritur:ſed eſt ſuperflua quò ad iudi
cem inquirẽtẽ;quia ſemper ſibi fuerunt dicta teſtium publi
cata.quò ad parté ergo inquiſitã requiritur ordo iuris,cũ ꝓ
ceditur per inquiſitionem.facit quod no.de publi.iud.ĩ prin.
2 ¶Tertiò no.†ꝙ teſtes,qui depoſuerunt obſcurè,& confusè,
pñt repeti,vt declarent dicta ſua.de quo.ĩ.dicam. ¶Quartò
3 no.†qualiter atteſtationes receptæ ab eo,cui eſt cõmiſſa cãæ
examinatio,remittantur.quia ſub ſigillis,& fideliter ſunt re-
mittendæ.de quo.ĩ.de fideiuſſo.c.conſtitutus.¶Opp.hic Pa
pa mandat poſt publicationem eoſdem recipi.cõtra de c.fra
ternitatis.& c.cãm q̃.ſ.eo.So.illud verũ regulariter. fallit,cũ
proceditur per viã inquiſitionis:tunc.n.iõ poſt publicationẽ
contestationũ recipiuntur teſtes ex officio;quia in iudice ceſ
ſat ſuſpicio,ſeu timor ſubornationis,cum ſemper fuerint ſibi
4 publicata.& per iſtam rõnẽ diſputauit principaliter Bar.†ꝙ
in cauſa criminali tam ad offenſam, quàm ad defenſam põt
iudex producere teſtes ex officio:cum in dicta cã poſsit ſem
per ſupplere.& ibi ſemper dicta teſtiũ fuerint publicata. ita
dicit in diſputatione,quæ incipit.Iudex maleficiorum.&c.&
l.2.§.ſi publico.ff.de adulte.& l.ſi non defendantur.ff.de pœ
nis.vnde in cauſis electionis,& alijs,vbi iudex poteſt ſupple-
re de facto.de quibus dixi.ſ.de poſtu.c.bonæ.il.1.iudex poſt
publicationem poterit teſtes producere.quam regulam tene
5 menti.¶Hinc ergo ſumpta occaſione.†quæro primò,an iſta
eadem poteſtas,quæ iudici conceditur in teſtibus producen
dis poſt publicationem,concedatur etiam promotori inquiſi
tionis:vt ſcilicet poſsit teſtes producere,publicato proceſſu.
quidam,ꝙ ſic,quia promotor nullum ius habet in inquiſitio
ne.& poteſt ſemper remoueri: nec poteſt appellare propter
ſuum intereſſe.¶Al.j dicunt contrarium.ſ.ꝙ poteſt appella
re.& ius hẽt ĩ inquiſitione.& iõ teſtes nõ põt producere poſt
publicationem.Ho.diſtinguit tria membra.nã qñq; iudex ex
mero ſuo officio inquirit.& tunc regula eſt, quòd poteſt pro
ducere,etiam poſt publicatas atteſtationes:niſi quando in eo
deprehenderetur malitia(puta quia ꝓrogaret malitioſè pro
ceſſum,vt inquiſitum teneat impeditum)quod præſumitur,ſi
parũ,vel nihil expedit:vel longas dilationes aſsignat,& alias
difficultates ingerit.iſto.n.caſu ẽt ſibi ex mero officio inqui
renti præcluditur via ad producendum teſtes poſt publicatio
nẽ,ſm eũ.quod no. ¶Qñq; quis promouet inquiſitionem. &
tũc aut eſt datus à iudice ad ipſam promouendã, & adiuuan
dã:aut eſt datus à ſocijs : aut voluntate ſua ſponte ipſam pro
mouet.primo caſu eſt vera prima opi.ſ.ꝙ poſsit,etiã poſt pu
blicationẽ,producere:quia iſta non eſt pars,quæ ex neceſsi-
tate proſequitur.Secundo, & tertio caſu hẽt locum ſecunda
opi.vt.ſ.producere non poſsit teſtes poſt publicationẽ. ¶In
his tñ duobus caſibus dicit Io. An. ꝙ ſi iudex videt eccleſiæ
expedire,ꝙ iſte nõ ſit prælatus,poteſt ex officio ſuo plenius
inquirere veritatem.vel ſecũdùm Hoſt.facta abſolutione ab
inſtantia à priori proceſſu,iterùm ex officio poterit inquire
re.ĩ.de purga ca.c.cum dilectis.& hoc credo verum ad ſimi-
litudinem aliorum criminum: igitur ad publicum intereſſe,
vt.ff.de publi.iudi.l.defuncto.& l.libellorum.§.vlti.ff. de ac-
6 cu.¶†Quæro.ſecundò probaui per duos teſtes, quomodo
A.promiſit mihi centum Senis in die beatæ Virginis. Ille A.
probat indirectè,quomodo dicta die erat Romæ.an poſt pu
blicationem potero per alios teſtes comprobare dicta prio-
rũ.ſ.quomodo A.erat Senis dicta die?tenet Inno.ꝙ ſic. Non
obſtat,ꝙ poſt publicationem non licet alios producere:quia
dicta regula habet locum,quando vellem principaliter alios
producere ad cõfirmandum dicta priorum, q̃ ſunt ab aduer
ſario reprobati,indirectè potero hoc facere poſt publicatio
nem,ar.in Auth.e.ti.§.ſi verò deducens.& ſ.e.c.ex tenore.&
ibi Io.An.gl.dicit Inn.¶Aduerte tamen, ꝙ licèt admittãtur
ad confirmandum aliorum dicta poſt publicationem:non ta
men debent admitti ad declarãdum aliorum dicta obſcura,
vel confuſa.quod ergo hic dicitur de declaratione (ꝙ poteſt
fieri publicato proceſſu)intelligitur per eoſdem teſtes,q̃ ob-
ſcurè depoſuerũt, nõ ꝑ alios.quod bñ no. ¶Et rõ eſt ĩ prom
ptu.quia declaratio verbi ambigui,vel confuſi conſiſtit in fa
cto.& ſic per alium conſcientia,vel proferentis intentio de-
clarari non põt,ẽt ſi hæres eſſet procu.vel alius,vt l. Pompo
nius ſcribit ſi frumentũ.§.ſi.de rei vẽ.& no. Azo in ti.de reb.
du.poſſes dicere.videtur,ꝙ iſta declaratio non habet locum,
7 †quia ſemper interpretatio verbi dubij prolati à teſte fit cõ-
tra producentẽ,vt.ſ.de proba.c.in præſentia.propter hoc di
cunt quidam,ꝙ interpretatio, de qua loquitur iſtud c. habet
locum,qñ teſtes ita obſcurè depoſuerunt, ꝙ non põt ex eo-
rum dictis percipi intellectus:aliàs fieret interpretatio,vel ſe
cundùm conſuetudinem:vel vbi conſuetudo deficit,in beni-
gniorem partem,& vltimò contra proferentem.Ho. tñ dicit,
quòd primum dictum magis placet,ſ. quòd dictum ſuũ poſ-
ſit,& debeat teſtis declarare,vt dictum eſt.¶Conſulit ex præ
8 dictis Io.An.†quòd nunq̃ iudex inquirens publicet dicta te
ſtium,niſi uideat probatum.vel ſi non eſt probatum, ſperet
habere alios,qui probare poſsint.

*S V M M AE.*

1 *Criminoſus perſeuerans in crimine nõ põt eſſe teſtis,ſed bene poteſt eſ*
*ſe iudex.& nu.8.Et an poſsit eligere.nu.2.*
3 *Teſtimonium criminoſi,nemine ſe opponente,valet.*
4 *Iudex non dẽt ſequi dicta teſtium,qui ſunt infames,vel criminoſi.*
5 *Emendatus de crimine admittitur ad teſtimonium in cauſa ciuili.et in*
*criminali ciuiliter mota.Et qualiter probetur, quòd quis ſit emen*
*datus.nu.13.*
6 *Periurus infamis an poſsit eſſe teſtis.*
7 *Periurus licèt ſit infamis de iure canonico:ſecus eſt de iure ciuili.*
9 *Infamia quandoque comitatur condemnatum emendatum de crimine.*
10 *Repulſus ratione criminis à teſtimonio dicitur grauatus quò ad opi-*
*nionem.& ad teſtimonium in criminali de cetero non admittitur.*
11 *Periurus etiam de crimine emendatus, quare non admittitur ad teſti*
*monium.*
12 *Papa an poſsit ſtatuere,quòd criminoſus,vel periurus ad teſtimoniũ*
*admittatur.*
14 *Sacerdoti an credatur de confeſsione ſine iuramento.*
15 *Teſtis,cui crimen obijcitur:an poſsit repellere obijcientem, prætextu*
*ſimilis criminis,vel maioris.*
16 *Abſolutus ab excommunicatione an admittatur ad teſtimonium.*

TEſtimonium Perſeuerans in crimi-
ne,ẽt in ciuili, repelli-
tur à teſtimonio.emendatus verò non infamis admit
titur in ciuili.in criminali verò repellitur. h. d. ponit tres ca-
ſus,quibus in ciuili:quatuor quibus in criminali teſtis repel-
litur.& ſunt duæ partes.prima tractat de criminoſo perſeue-
rante.ſcda de emẽdato.ibi[ſi verò.]Et ſcda ſubdiuiditur. pri
ma tractat de emẽdato,q̃ ꝓducit̃ in ciuili, aut criminali mo
ta ciuiliter.ſecunda de illo,q̃ producit̃ in criminali mota cri-
1 minaliter.ſcda ibi[in criminali.]¶Primò no.†ꝙ criminoſus
perſeuerans in crimine nõ p̃t eſſe teſtis:ſed bñ p̃t eſſe iudex.
2 3.q.7.in ſumma.& de reſcr.c.ſciſcitatus.ꝑ Inn.†An aũt cri-
minoſus poſsit eligere.dic,ꝙ ſic,iure ſuo, non alieno:vt tanq̃
cõpromiſſarius,q̃ dẽt eſſe fide dignus,vt.ſ.de ele.c. q̃a pp.ſu
per ver.fide digni.ĩ nouella.Et vide qđ no.Io.An.ĩ.de cle.ex.
mi.c.ſi celebrat.¶Scdò no. qđ req̃rit̃,vt teſti ab aduerſa p̃te
3 crimina opponãtur.†ex quo ſeq̃tur,ꝙ nemine opponẽte,va
let teſtimoniũ:nec ꝓducẽs poſsit opponere.ſ.e.c.pñtiũ. ĩ pri
4 ma gl.†iudex tñ poſſet,q̃ nõ dẽt ſequi dicta teſtiũ,qui ſunt in
fames,vel aliter criminoſi,vt.ſ.de proba.c. licèt cãm.& ſ. c.
5 intimauit.ꝑ Inn.¶Tertiò no.†ꝙ ille, q̃ eſt emendatus de cri
mine,admittit̃ ad teſtimonium in cã ciuili.& in criminali ci-
uiliter



uiliter mota. de quo.6.q.1.c.2.& c.quicunque.& hoc regula
riter.fallit in periuro, etiam ſi de crimine remanet infamia.
6 ¶Quartò no.ꝙ periurus infamis an poſsit eſſe teſtis.a ſunt in
a hoc opi.communis eſt opi.ꝙ aut iuramẽtum eſt temerariũ:
& non repellitur à teſtimonio.ſicut nec à dignitate.ĩ.de iu-
reiu.c.ſicut.aut nõ eſt temerarium. & tunc aut eſt illicitum:
& contraueniens non repellitur . aut non eſt illicitum ; &
tunc veniens contra repellitur à teſtimonio. Et idem ſi du
bitetur,an ſit licitum. vt ſ.de ele.c.per venerabilem.§. idem
7 etiam.¶†Et licèt periurus ſit infamis de iure canonico:ſe-
cus eſt de iure ciuili,etiam ſi eſſet condemnatus,vt l. ſi. ff. de
crimi.ſte.facit l.ſi quis maior. C. de tranſac. ¶Quintò not.
8 †ꝙ criminoſi,qui in crimine perſeuerant, repelluntur à te-
ſtimonio à ciuili, & criminali. & intellige de crimine publi-
co,vel priuato:de quo cõdẽnatus eẽt infamis,vt in furto, vi
bonorũ raptorũ,ĩiuriarũ,& ſimi.vt l.athletæ.§.calumniator.
& §.ſi.de his,qui no.infa.Idem dicit Io. An. in condemnato
de crimine priuato: ex quo non irrogatur infamia. cum eñ
ſacerdotem non poſsit accuſare:ergo nec contra ipſum teſti
ficari: quamuis contra laicum admittatur. Idem dicendum,
cum excipitur de crimine.quod non infamat, ſiue condem-
9 natus ſit,ſiue non,ſecundùm Inno.¶Sextò no.†quòd con-
demnatum emendatum de crimine quandoque comitatur
infamia.¶Et no.hic ver. comitatur. infamia enim inhæret
oſsibus:ſicut excommunicatio.vnde quocunque vadant,co
mitatur tales excommunicatio,& infamia: ſicut lepra lepro
ſum.vt no.in l.ex ea.ff.de poſtulan.& ſ.de offi. ordi. c.cũ ab
10 eccleſiarũ ꝑlatis.¶Septimò no.†ꝙ ille, q̃ rõne criminis re-
pellitur à teſtimonio,dr̃ grauatus quò ad opi.& ad teſtimo-
nium de cetero non admittitur in criminali; & tamen nõ eſt
infamis.ſ.de or.cog.c.cum dilectus.Ex quo collige,quòd in
famis de facto non repellitur à teſtimonio in ciuili . de hoc
hic per Io.An.& in Spec.eo.tit.§.1.ver. Item ꝙ eſt infamis.
& per Bar.in l.3.§.duæ cauſæ.ff.de car.edic.& l.Caſsius . de
11 ſenato.& l.1.C.de ſum.triu.& fide ca.¶Quæro primò†qua
re periurus,etiam de crimine emendatus,non admittitur ad
teſtimonium.dicit Io.An.ſuper glo.3.q. ex quo ſemel deie-
rauit,præſumptio eſt,ꝙ iterũ deieraret.de præſump.c.ſcriba.
de ſuſpe.tu.l.ſi.§.quæri poteſt.& C.de ſuſcep.& arch.l.ſi ali-
quid.lib.10.& ſpeciale eſt in iſto crimine plus,quàm in ma-
12 ioribus,vel æqualibus,vt hic per eũ.¶Secũdò quæro.†vtrũ
Papa poſsit ſtatuere,vt criminoſus,vel periurus ad teſtimo-
nium admittatur.dicit,quòd ſic.ĩ.de re iu.c. cum. I. & A. &
de hære.c.accuſatis.§.licèt.lib.6.ſicut diſpenſat in ordinibus
cum eo.de tempo.or.c.dilectus. ſicut etiam legitimat ad ſuc
ceſsionem,& matrimonium.ĩ.qui fil. ſint leg. c. per venera-
bilem.Et ita tenet Gui.in Spec.de teſte.§.1.& 2.ver.ſed quæ
ro,vtrùm Papa.& de hoc etiam no.in c.quicunque.6. quæſt.
13 1.¶Tertiò quæro,†qualiter probatur, quòd quis ſit de cri
mine emendatus.dicit glo.ſi. quòd per ſacerdotem:per ipsũ
namque probabitur confeſsio,& pœnitentiæ iniunctio.exte
rior verò ſatisfactio probatur per familiares,& alios, qui vi
derunt,ſecundùm Hoſti.ſufficit tamen occulta, ſi crimẽ fuit
occultum.ſi verò manifeſtum,debet eſſe manifeſta . ſed non
14 ſolemnis.60.diſt.c.ſed illud.& 50.diſt.c.in capite. †an autẽ
credatur ſacerdoti de confeſsione ſine iuramento . quidam
quòd ſic.alij,quòd non.primi æquius.ſecundi iuſtius,ſecun-
dùm Io.An.de hoc no.2.q.5.c.quanto.& q.7.c.ipſi apoſtoli.
15 &c.¶Quartò quæro†unquid teſtis,cui crimen obijcitur,
poteſt repellere obijcientem, prætextu ſimilis criminis : vel
maioris.tenet,quòd non,& ſubtiliter loquitur.ſuper quo di-
cit Ioan.And.quòd teſtis,cui crimen obijcitur,poteſt oſten-
dere ſe innocentẽ,ne fama ipſius grauetur. ſicut poteſt oſtẽ-
dere chartam ſuæ manumiſsionis,ſi obiicitur , quòd ſit ſer-
uus.in Auth.eo.titu.§.ſi verò dicatur.imò plus,quia ille, qui
produxit,poteſt probare ſuos teſtes honeſtos, quos aduerſa
rius aſſerit malæ famæ.3.q.3.c.de iud. ſimile,qđ no.ſ.e.c.ex
tenore.in gl.ſi.& vide in Spe.de teſt.§.j.ver.item opponitur,
ꝙ eſt criminoſus.& ver.ſe.facit quod in ſimili no.Bar.& Bal.
16 in l.cum mulier.ff.ſol.mat.¶Quintò quæro:†an abſolutus
ab excommunicatione ad teſtimonium admittatur. latè di-
ſputat hic Ioan.An.& concludere videtur,quòd ſola excom
munic.probatio non repellit:ſed probatio criminis,propter
quod excommunicatio fuit inflicta . non enim delictum eſt
proxima,& immediata cauſa excõmunicationis.ſed contu-
macia.Oportet ergo delictum probari, quod neceſſariò ex
communicatio non includit.quia quandoque excommuni-
catio eſt iniuſta , & lata contra legitimè impeditum , vt hic
plenè vide.

ADDITIO.

a ¶ An periurus poſsit eſſe teſtis.vide glo.in l.qui cum vno.§.adulterij. ff.
de re milita.& ibi Bar.Io.de Tur.cre.in c.quicunque.6.q.1.

*S V M M AE.*

1 *Dilatio vltra tertiam regulariter non datur.*
2 *Vltra,verbum denotat exceſſum.*
3 *Teſtificata qui didicit per ſe,vel per alium:an poſsit teſtes vltra pro*
*ducere.Et an admittatur ad quartam dilationẽ.nu.8.& nu.10.*
4 *Impedito,qui teſtes nequiuit producere,ſuccurritur.*
5 *Infinitas ſemper eſt vitanda.*
6 *Malitia excluditur per iuramentum.*
7 *Faciens per alium,per ſeipſum facere videtur.*
9 *Percunctatus,verbum ſignificat diligentem inquiſitionem.*
11 *Pars ſi petit ſuſpendi publicationem teſtium:vel diffinitionem cau-*
*ſæ (quia teſtes ſunt vltra mare capti.vel infirmi &c.) an debeat*
*audiri vltra tempora ſtatuta à iure.*
12 *Iudex ex magna cauſa poteſt vltra ſtatuta tempora aliquam dila-*
*tionem dare,vel prorogare;ſed non immoderatam.*
13 *Proteſtanti , quòd vult producere teſtem vltramarinum, nec poteſt*
*inueniri: vel nũcius nõ põt tranſire:an dabitur milleſima dilatio.*
14 *Dilationes ſunt à iure limitatæ,& qualiter.*
15 *Vult aliquis producere teſtes de tribus locis à iure determinatis: an*
*habebitur conſideratio cuiuslibet loci de per ſe : vel minor dila*
*tio confundetur in maiori.*
16 *Iudex an poſsit abbreuiare tempus dilationum à iure datarum.*
17 *Tempus harum dilationum an ſit vtile,vel continuum.*
18 *Prouincia quæ appelletur in hac materia.*

VLtra tertiam. Exponit formam,ſe
cundùm quã datur
quarta productio teſtium,& aliter non debet da
ri.Et ſunt duæ partes.In prima ponitur regula. in ſecunda ca
ſus exceptus,ibi [niſi.] ¶Primò no.formam iuris,cum pe-
1 titur quarta productio teſtium.¶Secundò no.†regulariter
2 vltra tertiam non eſt danda.†Et iſtud verbum, vltra, deno-
tat exceſſum.3.q.7.c.vltra.& de excep.c.pia.lib.6.¶Tertiò
3 no.†ꝙ ille,qui per ſe,vel per alium didicit; vel ſubtraxit te-
ſtificata,non poteſt teſtes vltra producere. qđ eſt verum ſu-
per veteribus capitulis : ſecus ſi ſuꝑ nouis.præſumitur enim
contra eum,qui ſubtraxit:& contra eum , qui percunctatus
eſt,vt C.de ꝓba.l.ſi de poſſeſsione.& ſ.de cõſue.c.2.¶Quar
4 tò no.†ꝙ ſuccurritur impedito, qui teſtes neq̃t producere.
& intellige [nequiuit] de facto , vt verbum ſonat.vel prius
erant excõicati,modò abſoluti.vel prius inimici,modò ſunt
5 reconciliati.ſecundùm Vin.¶Quartò no.†infinitatem vitã
6 dam.de quo.ĩ.de reſcrip.c.2.¶Quintò no. †ꝙ malitia ex-
cluditur per iuramentum.concor.ſ.eo.c.præſentium.¶Sex
7 tò no. ꝙ†qui per alium facit,per ſeipſum facere videtur , vt
in reg.qui per alium.¶Septimò no. ꝙ ſubuenitur illi. ꝑ quẽ
8 non ſtetit.¶Venio ad quæſtiones. †& primò quæritur : an
is,qui vidit teſtificata(tamen illa plenè non examinauit)pro
hibeatur à quarta productione.Inno.Hoſt.& Abb.dicunt,ꝙ
non:niſi ille diligenter inſpexerit,ar.ff. de rei ven.l.officium.
† & hoc

9 † & hoc denotat verbum,percunctatus.quod ſignificat dili-
10 gentẽ inquiſitionẽ,vt hic latius. ¶ Secundò quæritur† ſi te-
ſtes dixerunt ſibi omnia,q̃ teſtificati fuerunt:an poterit plus
dicere.tenet Io.An.ꝙ ſic:quia per viuam vocẽ non pōt quis
plenè inſtrui.facit.j.de priuil.c.cum perſonæ.li.6.Itẽ poteſt
eſſe,ꝙ teſtis falſum refert.de accu.c.cum inquiſitionis.§.fin.
11 ¶ Tertiò quæritur† ſi pars petit ſuſpendi publicationem te-
ſtium,vel diffinitionem cauſæ(quia teſtes ſunt vltra mare ca
pti:vel infirmi:vel aliter impediti)an debeat audiri vltra tem
pora ſtatuta à iure.tenet,ꝙ non:poterit tamen ei poſt aper-
turam,vel poſt probationem ſniæ, præmiſſa cognitione ſum
maria,ſubueniri per beneficium reſtitutionis in integrum.de
reſti.in inte.c.2.& 3.& c.ex literis.Et ſi dicas. nonne melius
eſſet differre,quàm poſt publicationem,vel diffinitiuam ſen-
tentiam ſubuenire? Reſpondeo,ꝙ non: ne detur materia ma
lignandi.ſi enim propter hoc,& ſimilia differretur. poſſet qs
inuenire tot vias diffugij,ꝙ lites fierent immortales, contra
iura vulgaria.nec eſt petenda ad talia via.de diuor.c.quanto.
§.pe.procedendo verò,modicũ, ſiue nullum fit præiudiciũ:
ex quò per beneficium reſtitutionis ſubuenitur. fatetur ta-
12 men,† ꝙ ex magna cauſa poſſet iudex vltra ſtatuta tempora
aliquam dilationem dare,vel prorogare: ſed non immodera
tam.ff.de re iu.l.2.& de offi.deleg.c.conſuluit.¶ Quartò quę
13 ro† ſi proteſtor,ꝙ producere volo teſtem vltramarinum:nec
poteſt inueniri:vel nuncius non poteſt tranſire. an dabit mil
leſima dilatio? vr̃,ꝙ ſic.s̃.eo.c.in cauſis.vr̃ enim, ꝙ debeat ex
pectari,donec de morte certi ſumus.j.de ſpō. c.in pñtia.Ho
ſti.dicit,ꝙ iudex debet hoc arbitrari,& occurrere malitijs to
to tpe.facit quod no. in c.ſtatutũ.§.pe.de reſcri.li.6. ¶ Quin
tò quæro,ſi iudici,vel commiſſario eſt præfixus terminus re
cipiendi teſtes: vel cauſam terminandi vſque ad duos mẽſes.
& per iudicem ſtetit,ꝙ per ſex,vel ſeptẽ ſeptimanas nihil fa-
ctum eſt:ꝙ diligenter inquiſiti procedere neglexerunt. & in
reſiduo nō pōt perfici,qđ mandatur.quid iuris.dicit Hoſt.ꝙ
nō imputabitur.2.q.6.c.anteriorum.& in Auth. vt ſpōſa. lar
gi.§.hoc quoq; ſcimus.col.9.& de hoc.s̃.de offic.deleg.c. de
cauſis.& c.paſtoralis.Cautum eſt aũt proteſtari,vt d.c.paſto
ralis.ad ſi.facit quod no.j.de app.c.ex rōne.¶ Sextò quæri-
14 tur.† dilationes ſunt à iure limitatæ(quia inter eãdem prouin
ciam tres menſes:de continenti ſex menſes:de vltramonta-
15 na nouem mẽſes.3.q.3.c.ſpatium.)† quæro ergo, ſi quis vult
producere teſtes de omnibus iſtis locis.ſ.de eadem, de conti
nenti,de vltramontana:an habeatur conſideratio cuiuſlibet
de per ſe.vel minor dilatio confundetur in maiori. ¶ Si enim
fiet confuſio,habebis nouẽ menſes,ſi velis producere de om
nib.iſtis locis.ſi diſtinctè,& ſeparatim conſiderentur, habe-
bis tres menſes de prouincia:& nouem de vltramontana:ſex
de continenti.& ſic 18.quid ergo erit? Inno.& Hoſt.ſentiunt,
ꝙ ſeparatim,& diſtinctè conſiderãtur iſtæ dilationes. & ſic
poſſit multum cauſa protelari.quod ne contingat,dat conſi-
lium illi,contra quem productio fieri poteſt:vt petat partem
interrogari,de quo loco, vel partibus vult teſtes producere.
& ſi declaret de certa, nō poterit de alia.qđ aliàs poſſet.Cy.
poſt Pe.in l.j.C.de dila.tenet,ꝙ debeat tẽpus in tempore cō-
putari,& confundi:vt ſi dentur pro teſtibus eius prouinciæ
tres menſes.pro illis de propinqua non dentur ſex: ſed alij
tres.& ſi petatur dilatio ſex menſium pro teſtibus de continẽ
ti:pro teſtibus vltramarinis non habebit nouem menſes: ſed
in illis nouem computabuntur iſti ſex,& ſic tres vltra dabun
tur.tempus ergo in tempore cōfundetur,vt dixi.facit ad not.
s̃.de ele.c.cum in cunctis.in.1.qō.an tempus ſecundæ ſuſpẽ-
ſionis incipiat,finita prima:vel ſimul curſus tpis primæ ſuſ-
penſionis porrigatur ad ſecundã.facit ad id,quod no.de ma-
gi.c.1.in cle.Et iſta opi.Cy.ꝙ in maiori dilatione inſit tẽpus
minoris dilationis,eſt vera,ſecundùm Io.An.quando alia di
latio petitur ſuper eo,quod potuit à principio prouideri. Si
verò ſuper exceptione,vel replicatione improuiſa peteretur
noua dilatio,procederet opi.Inno.& hoc,ſi vt integrum tem
pus detur.facit quod no.in c.cupientes.de elec.li.6.in gl. pe.
16 j.partis.¶ Septimò q̃ro† an iudex iſtas dilationes legales ĩ 6.
vel.9.menſes poſſit abbreuiare.dicunt,ꝙ ſic.tñ ſi ſine cã mi-
norauerit de leui,& ſine magna cauſæ cognitione,poterit pe
tere reſiduũ.vtilius tñ eſſet non abbreuiare:quia ex abbreuia
tione dubitationes occurrunt,& diffugia procurantur.Inci-
pit autem currere dilatio ſtatim,cum aſſignata eſt gñalis.aut
quærẽdo,an iudex poſſit oẽs dilationes legales minuere, vel
augere.dic vt no.in c.Romana.de appel.li.6.& de re iud. l.2.
per Bar.& reg.indultum.de regu.iur.lib.6. facit quod not. in
c.de cauſis.de offi.deleg.vbi omnino vide. ¶ Octauò quæro
17 † an tempus harũ dilationũ eſt vtile,vel continuũ. putat Inn.
ꝙ ſit continuũ:ita ꝙ dies ſolẽnes receptionis teſtium,& ſimi
les computentur,ne deducantur.Ho.remittit ad no.s̃.ti.j.c.
licèt.poſt prin.ver.quia tñ.per Io.An.Nam cum in iure non
dicatur,ſit vtile, vel cōtinuũ.omnis dilatio in dubio eſt conti
nua.niſi dicatur,quòd ſit vtilis.ad hoc allego gl.no.de diuer.
& tẽpo.præſcri.in rub.facit qđ no.de reſt.in integ.c.1.in cle.
18 vbi de tpe vtili,vel continuo.¶ Nonò quæro† quæ appelletur
a prouicia[a] in hac materia.an archiepiſcopalis,ſicut dicit.ff.de
ver.ſig.l.notionẽ.§.1.tenet Inn.ꝙ ſic:licèt appellet cōtinentẽ
prouinciam,Italiam,Galliã,Hiſpaniã,Prouinciã, Siciliã, &
his ſimiles.pro prædictis facit.quia mala videretur limitatio
à iure,ſi intellexiſſet de archiepiſcopalib.quæ qñq; valde pa
rũ diſtant,vt patet.s̃.de offi.dele.c.cum cãm. & ibi per Io. vi
de quod no.C.de præſcrip.lon.tẽp.l.ſi.an autem in exceptio
nibus probandis ſit locus quartæ productioni. vide in Spe. e.
ti.§.qualiter.ver.cum ſuper.& an appelletur propter denega
tionem quartæ,plenè per Io.An.s̃.eo.ti.c.ſignificauerunt. in
glo.quicunque.& in gl.no.quod.

ADDITIO.

1 ¶ Appellatur prouincia.de materia huius q.Vide Bar.in extraua.ad repri
mendam.in conſti.2.quæ incip.Qui ſunt rebelles.

*SVMMAE.*

1 *Accuſatus de crimine regulariter in cauſa criminali à teſtimonio re-*
*pellitur,appellatione pendente.*
2 *Admittitur in exceptis criminibus,qui aliàs non admitteretur.*
3 *Accuſati,accuſatione pendente,non ſolùm ab accuſando:ſed etiam à*
*teſtificando:& ordinum ſuſceptione repelluntur.*
4 *Reus condemnatus de crimine ſi appellet:an poſſit in teſtem recipi.*
5 *Subditi an debeant obedire domino accuſato,& condemnato, pendẽ*
*te appellatione.*
6 *Statuto cauetur,quòd exbanniti poſſint impunè offendi. quidam eſt*
*exbannitus,& appellauit,pendente appellatione:an poſſit impu*
*nè offendi.Et quid ſi non vi appellationis,ſed alia ratione petit bã*
*num caſſari.nu.8.*
7 *Appellatione pendente,nil debere innouari,quomodo intelligatur.*

NOn debet. Ponit regulam, & caſum
exceptũ, quẽ ſecũdò pro
bat per duo ſimilia.ſcđa ibi[cũ ẽt.] ¶ Primò not.
1 reg.† ꝙ accuſatus de crimine,regulariter,& in cauſa crimina
li à teſtimonio eſt repellẽdus,accuſatione pendente. Idẽ er-
go operatur pendentia litis,quod ſnía cōdẽnatoria.¶ Et pōt
eſſe rō,quia pendente accuſatione quis à dignitate repellit,
vt l.reus delatus.ff.de mu.& ho.teſtificari autem eſt dignitas.
32.q.5.c.præceptum.& no.s̃.eo.c.teſtimonium. ¶ Et iſta ra
tio infert,quòd accuſatus de crimine repellitur à cauſa nō ſo
lũ criminaliter mota:ſed ẽt ciuiliter mota.Sic ẽt & in mota
ciuili cauſa.quod tñ Inn.non tenet. imò dicit, quòd iſte text.
2 dẽt intelligi,quòd repellatur à criminaliter intẽtata. ¶ Scđò
no.quòd in exceptis criminib.admittitur, q aliàs repellitur.
& quæ ſint illa excepta,tractat hic Cōpoſ.& Abb. & plenius
3 in Specu.de accu.in fin. ¶ Tertiò no.† quòd accuſati, accu-
ſatione pendente, non ſolùm à teſtificando:ſed etiam ab ac
cuſando



cuſando,& ſuſceptione ordinum repelluntur. teſtimoniũ er
go in criminali:accuſatio: & ordinum ſuſceptio ambulãt pa
ri paſſu,vt dicit gl.ad hoc ſatis.2.q.7.c.ipſi apoſtoli.Et quia
tex.iſte loquitur in accuſato.dubitatur quid iuris, pendente
inquiſitione, vel denunciatione, an poſſit teſtificari. dicunt
quidã,ꝙ idem,vt Inno.& Hoſti.dicit Io.And.ꝙ hoc eſt verũ
in inquiſitione:cum illa non fiat ſuper veritate criminis, non
pręcedente infamia.de accuſa.c.qualiter.Sed in denunciatio
ne videtur diſtinguendum:an denunciatio ſit euangelica,vel
iudicialis:an canonica:an regularis.& ſi eſt iudicialis: an de-
nunciatus ſit infamatus,necne.¶ Oppo.dicitur, ꝙ penden-
te accuſatione,à teſtimonio prohibentur. contra, licèt ali-
quis accuſetur,non ſtatim eſt reus.5.q.vl.c.ſi. ¶ Item pendẽ
te accuſatione,remanet quis in officio ſuo.& ſubditi interim
ei obedire tenentur.j.de accu.c.olim.& 9.quæſt. 4. c.nonne.
¶ Solu.glo. magna tangit iſta contraria. & non ſoluit, qui-
bus contrarijs ſimilia poſſunt addi. Nam lite pendente vide-
tur accuſatus de crimine cenſendus quò ad ſtatum eius: ſi-
cut erat ante litem motam.quia lite pendente nihil eſt inno
uandum j.vt lit.pen.per totum.vnde interim pōt facere te-
ſtamentũ,vt l.ſi quis poſt.ff.de teſta.Item pōt bona ſua, pen
dente accuſatione,adminiſtrare: & debitores ſibi ſoluentes
liberantur,vt l.reo.ff.de ſolu.& l.aufertur.§. in reatu.ff.de iu
re fi.& l.poſt contractum.ff.de dona.vbi plenè per Bar. hæc
omnia iura obſtant ei,quod hic dicitur.¶ Sol.quandoq; quę
ritur: an accuſatus de crimine capitali poſſit ſe immiſcere
publicis actis. & non pōt,vt d.l.reus delatus.ff.de mu.& ho.
Qñq; quæritur, an poſſit eſſe in iudicio nomine alieno:tanq̃
procura.vel tanq̃ teſtis:vel tanquam accuſator.& non poteſt
regulariter, vt hic.& l.reum.C.de procu.& l.is qui reus.ff. de
pu.iud.Quandoque quæritur,an poſſit gerere propria nego
cia.& hoc poteſt.ſcilicet debita ſoluere,& alienare,iuxta ea,
quæ no.in d.l.poſt contractum. & ex hoc ſequitur, quòd li-
cèt quis,accuſatione pendente, non poſſit eligi ad honores,
vt d.l.reus.& c.accuſatum.j.de ſimo.poteſt tamen prælatus
de crimine accuſatus interim miniſtrare. & ſubditi obedire
ſibi interim tenetur. 8. q.4.c.nōne.& quod no.j.de appel c.
ſępe.¶ Secundò oppo.ego dixi, ꝙ accuſatus non poſſit eli-
gi ad honores:nec promoueri ad ordines:vel teſtificari,accu
ſatione pendente.Sed contra. nã facile erit debitori ſubtra-
here creditori copiam teſtium, accuſando ipſos de crimine
capitali.Et ſimiliter erit facile, quem impediri à promotio-
ne,& ab accuſatione. & his fraudibus occurrendum eſt.j.
de diuor.c.quanto. hic autem iura parant dictis fraudibus
viã.quare malè.cōtra l.meminerint.C.vnde vi.¶ Solu. iſtud
contrariũ tangit hic Io.An.& ſoluit,ꝙ hęc calumnia non eſt
præſumenda in accuſatore propter metum pœnæ talionis,
ad quam ſe obligauit. ff. de accu.l.ſi cui. vel ſi eſſet præſum-
ptio,prouideri poteſt,ſm̃ Decre.frequens.de reſti.ſpo.lib. 6.
vel poterit dictum teſtium recipi,ſeruata fide ipſius, in euen
tum finitæ accuſationis ſuæ.ad hoc.s̃.eo.c.ex parte.& l.præ-
4 tor.in prin.ff. de oper.no.nun.¶ Quærit gl.† ſi reus condem
natus eſt de crimine, & appellet:an poſſit in teſtem recipi.
5 dicit glo.ꝙ non,ar.huius.c. ¶ Sed ego quæro: † vtrùm ap-
pellatione pendente,ſubditi debeant ſibi obedire.dic,ꝙ ſic.
vt eſt glo. no.in dicto cap. ſæpe. dic vt ibi dixi limitando
glo. pendentia enim appellationis idem operatur, quod
pendentia primę litis, & non maior eſt effectus, vt d. l. ſi
quis poſt.coniuncta.l.qui à latronibus. §. 1. ff. de teſt. nam
appellatio extinguit pronunciatum,vt ff.ad Turpil. l. 1. in fi.
& l.furti.ff.de his, qui no. infam. ¶ Et prædicta faciunt ad
6 quæſt.† ſtatuto cauetur, ꝙ exbanniti[a] poſſunt impunè of-
a fendi. modò quidam eſt exbannitus, & appellauit. quæri-
tur: an pendente appellatione, poſſit impunè offendi.dicit
Dyn. ꝙ non. quia appellatione pend.iniuriam pati non de-
bet.vt ff.nil no.ap.l. 1. ibi [ nec vllam aliam iniuriam. ] &c.
7 dubium facit.† quia id,quod dicitur [ appellatione penden
te nil innouari debet ] &c. habet locum inter appellantem,
& appellatum:ſed hic loquitur in tertia perſona, cuius reſpe
ctu innouatio non negatur.vt eſt glo.no.in l.creditor.ff.man
da.¶ Sed glo.illa loquitur in tertia perſona.quæ non adhæ-
ret proceſſui.Sed hic tertia perſona adhæret banno: & fun-
8 dat ſe ex eo.& ideò verum dicit Dyn.¶ Quid ergo † ſi non
vi appellationis:ſed alia rōne petit bannitus caſſari bannum
(quia fortè inficit illud)vtrùm hac lite pendente poterit im-
punè offendi:videtur,ꝙ non. quia quacunque ratione deue-
nitur ad reſciſſionem actus:interim ſuſpenditur pronuncia-
tum,vt.C.de tranſac.l.ſi cauſa cognita.pręterea iſta quæſtio
nullitatis videtur præiudicialis banno iam lato:ergo interim
debet ſuper effectu banni ſuperſederi, & præiudicialis exi-
tus expectari,vt c.tuã.s̃.de or.cog.& c.1.eo.tit.¶ Contrariũ
tenet Dy.in l.3.§. ſi ſeruus.ff.de acqui.poſ.Et ibi de iſta quæ
ſtione per Bar.ad hoc vide c.ſolet.de ſenten. excommu. lib.
6.quod optimè facit.

ADDITIO.

a ¶ Quod exbanniti.de iſta.q.vide etiam Pe.de.Anch. in c.ſolet. de ſent.
exc.lib.6.& ibi remittit ad hic no.per eum.

# De teſtibus cogendis, vel non.

QVia officium teſtium quaſi publicum eſt. & ad il-
lud interdum inuiti coguntur. Ideo poſt rubricã
&c. Dama. & Goff. facit ad materiam. 2. q. 6.c.
ſtatuendum.

*SVMMAE.*

1 *Iudicium poteſt eſſe cum filiofami.in cauſa matrimoniali.*
2 *Iudex debet curare,ne teſtes ſe ſubtrahant, & veritatem occultent.*
*Teſtes regulariter ad teſtificandum ſunt cogendi. fallit in caſibus.*
3 *& num.5.*
4 *Delegatus poteſt ſubdelegare examinationem teſtium.*

CAuſam matrimonij In cã matri
moniali cogendi ſunt teſtes. hòc d. communis
1 diuiſio.ſecunda ibi [ ideoque. ] ¶ Primò not.† ꝙ cum filio
familias poteſt eſſe iudicium ĩ cauſa matrimoniali. & in hoc
non requiritur conſenſus patris:ſicut nec in certis alijs,vt in
c.ſi annum.de iudi.li.6.& in l.cum non ſolum.§. neceſſitatẽ.
C.de bo.quę lib.per Ho.& Doc.¶ Secundò no. ꝙ cauſa fuit
hic delegata iudicibus.& mandatur ordinario,quòd cōpel-
lat teſtem.& hoc videtur voluntarium, non de iure.cum illi,
quibus cauſa cōmittitur, potuiſſent facere iſtam coactionẽ,
2 c.1.& c.præterea.s̃.de offi.dele.¶ Tertiò no. † ꝙ curare de
bet iudex,ne teſtes ſe ſubtrahant,& veritatem occultent. pa
ria enim ſunt falſum dicere,& veritatem tacere,vt l.presby.
3 C.de epi.& cle.¶ Quartò no.† ꝙ teſtes regulariter ad teſtifi
candum ſunt cogendi.fallit in quibuſdam perſonis:quæ non
debent cogi.3.q.3.§.ſi aũt dilatio. dicit Ho. quòd illi etiam
in defectu probationis eſſent cogendi.In hoc ergo eſt diffe-
rentia inter priuilegiatos,& alios:quia alii coguntur, priui-
legiati non:niſi in defectum, vbi per alios non poteſt veritas
probari.tunc enim peccatum eſt veritatem tacere,à quo nō
excuſat priuilegium.nec prætextu pietatis.s̃.de conſue.cap.
fin.& de vſur.c.ſuper eo. ¶ Vltimò not. ꝙ ordinarius cogit
teſtes, vt veniant ad teſtificandum coram iudice deleg. vel
4 eius nuncio.Ex quo collige, † ꝙ examinationẽ teſtis poteſt
delegatus ſubdelegare.qđ pōt facere quilibet iudex.s̃.de of
fic.dele.c.ſuper qōnum.§.1.& §.verũ.& in cle.1.de offi.del.
¶ Vlterius no.ꝙ teſtes eoipſo ꝙ timore ſe ſubtrahunt,ad te
ſtificandum ſunt compellendi. & eoipſo ꝙ quis ſe ſubtrahit,
præſum-

præſumitur contra eum, ſecundùm glo. & hoc verum in ciui
libus, in quibus peccatum eſt tacere veritatem in damnum
proximi: niſi hanc præſumptioné elidat alia: puta religioſus
eſt, qui non in damnum proximi: ſed obtuitu religionis iura-
re recuſat. ſ. c. 1. c. nuper. & de iureiur. c. & ſi Chriſtus. In cri-
minalibus verò, vel in alijs, in quibus non eſt peccatum cæla
re, ceſſat iſta præſumptio: & ideò non eſt cogendus, niſi appa
reat manifeſta malitia. j. eo. c. peruenit. il 2. per quod. c. vide
tur dicẽdum, ꝙ etiam in criminalibus: & in cauſis, in quib. te
ſtes nõ cogũtur: cogẽtur deficiẽtib. ꝓbationib. ẽt ſi ſe nõ ſub
trahãt, gr̃a, odio, vel timore, ſm̃ Inn. Nã & eo caſu ſm̃ Ho: co
git clericus. 14. q. 2. c. qcqd. q aliter nõ cogit. 2. q. j. c. ſtatuẽdũ.

*S V M M AE.*

1 *Teſtes cogendi per ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, et depoſitionis.*
2 *Clerici poſſunt compelli ad teſtificandum.*
3 *Citatus non veniens in prima citatione, quòd ſit mulctandus: quomodo intelligatur.*
4 *Iudex excommunicauit teſtes, ſi non venirent in termino: qui venire non potuerunt propter iuſtum impedimentum: an ſint excommunicati.*
5 *Difficultas veniendi coram iudice: an excuſet à ſententia excommunicationis.*

1 CVm ſuper cauſa. †Per excõicationis, ſuſpẽſionis,
& depoſitionis ſn̄iam cogendi ſunt teſtes. h. d. tria
membra facit. primò præcipit. ſcd̃ò punit. tertiò aggrauat. ſe
2 cunda ibi [ſi aũt] tertia ibi [& ſi nec.] ¶Primò no. †ꝙ clerici
dñt compelli ad teſtificandũ. & hoc iõ, quia veritas per alios
3 non poterat liquere, ſm̃ Gof. ¶Scd̃ò no. †ꝙ citatus nõ veniẽs
in prima citatione eſt mulctandus. quod eſt verũ, ſi fuit exp̃ſ
ſum in prima citatione: aliàs ſecus. quia prima cõtumacia nõ
punitur, niſi in expen. ſ. de procu. c. querelam. ¶ Tertiò not.
4 †ꝙ creſcente contumacia, creſcere dẽt & pœna. concor. ſ. de
iudi. c. cum non ab homine. vt lit. conte. c. qm̃ frequenter. in fi.
5 ¶Quærit gl. pone, †ꝙ iudex excommunicauit iſtos, ſi nõ ve
nirent in termino: qui venire non potuerunt, propter iuſtum
impedimentum: an erunt excõicati. hanc q̃õnem format glo.
4. q. 5. c. quiſquis. & in Spe. de cita. §. pe. in fi. j. de ſent. excõ.
c. venerabilibus. §. idẽ. li. 6. gl. tenet hic, ꝙ non eſt excõicatus
quò ad Deum: ſed quò ad Eccleſiã, abſoluitur, probato impe
dimento, ſiue difficultate. Ho. diſtinguit inter impedimẽtum
incommoditatis, & impoſſibilitatis. Primo caſu ligatus eſt,
ſi non fuerit in citatione expreſſa cauſa, propter quã debue-
rit dimittere propria negocia: & dẽt abſolui ſine difficultate.
Secundo caſu non indiget abſolutione: cum præceptum im-
poſſibile non obliget. & ſi hoc intenderet, eſſet error intole-
rabilis. & ſic ſententia nulla. ¶Sufficit ergo relaxatio, vel ab-
ſolutio ad cautelam, ſm̃ Ho. & hæc vera in ſententia excõis.
lata ab alio, quàm à Papa. eius. n. ſententia præciſè ligat. de
offi. dele. c. qui ex parte. ſm̃ Io. An. quod non videtur verũ, cũ
durius agatur cum miniſtro legis, q̃ cum ipſa l. animata. quæ
clementior eſt miniſtro, vt l. Celſus. ff. de arbit. nec eſt veroſi
mile, ꝙ Papa voluerit quẽ ad impoſſibile obligari. poſſet tñ
intelligi dictum eius, ꝙ de impedimento facti, & de incom-
moditate non poſſit alius, quàm ipſe, cognoſcere, & ſententiã
relaxare. ¶Sed idem tunc dicam in alijs, qui ſententiam exc.
6 tulerunt contra tales impeditos. †de difficultate autem an ex
cuſet à ſent. exc. non tangunt hic Doc. pone enim. præcepit
epiſcopus, ꝙ ſoluerem ducentum ſub pœna excom. quæ ſol-
uere non poſſum: an ero excommunicatus? dic, ꝙ quò ad eui
tationem pœnæ, pari paſſu ambulant difficultas, & impoſ-
ſibilitas. ff. de ver. ob. l. continuus. §. cum ita. facit C. de condi.
inſer. l. fi. & quod no. in c. nemo poteſt. de reg. iu. li. 6. per Dy.
& in c. querelam. de iureiur.

*S V M M AE.*

1 *Teſtes in cauſa criminali admonendi ſunt, non cogendi: niſi timore ſe ſubtrahant. & nu. 3.*
2 *Notorium factum non indiget teſtibus: nec exigit iudicium ordinarium.*
4 *Teſtes, quòd ſe ſubtraxerint, quis probare teneatur.*
5 *Actor ſi dicit veritatem per alios liquere non poſſe: reus dicit oppoſitum, quis probabit.*

1 SVper eo. †In cauſa criminali teſtes admonẽ
di ſunt, non cogendi: ne timore ſe
ſubtrahant. h. d. In prima deciſa conſultatio. In ſecũda
rñſio. ſecunda ibi [conſultationi.] In qua diſtinguit, & ſm̃ mẽ
brũ proſequitur, ibi [verũ.] cuius rñſum moderatur ibi [niſi
2 demũ] quærentem inſtruit, ibi [licèt.] ¶Primò not. †ꝙ factũ
notorium non indiget teſtib. nec exigit iudicium ordinariũ.
de quo plenè per Inn. in c. veſtra. j. de coha. cle. & mu. in c. ad
3 noſtram. de iureiu. & in l. hæ quidẽ. C. de accu. ¶Scd̃ò no. ꝙ
in cauſa criminali teſtes non coguntur de iure cano. fallit tñ,
ſi ad teſtificandũ ſe ſubtrahunt. Item cum alij teſtes deficiũt.
4 ¶Quærit glo. quis hoc probabit, †ꝙ ſe ſubtrahant. dic, ꝙ eo
ipſo, ꝙ nolunt teſtificari, præſumitur contra ipſos: & ad hanc
præſumptionem compelluntur. Idem Vin. & Phi. ſ. eo. c. 1. &
5 Ala. hic. Damaſus format aliam q̃õnem †. ſ. cum actor dicit
veritatem per alios liquere non poſſe, reus dicit oppoſitũ. qs
probabit? videtur, ꝙ actor. in contrarium facit, quia qui dicit
per alium poſſe liquere, excipit. ergo probet. ff. de proba. l. in
exceptionibus. & ponit affirmatiuam. ergo probare dicitur.
6. q. vlt. c. actor. & de proba. c. ad noſtram.

*S V M M AE.*

1 *Accuſari poteſt quis de pluribus criminibus in eodem libello.*
2 *Inſtrumentorum appellatione continentur teſtes.*
3 *Teſtes an poſſint produci in termino dato ad producendum inſtrumentum.*
4 *Statuto ſi imponatur pœna fabricanti falſum inſtrumentum: an tale ſtatutum vendicet ſibi locum in eo, qui produxit falſos teſtes: vel falſum libellum confecit.*

PEruenit ad audientiã. Compelli-
tur teſtis fraudem illius detegere, qui ꝓbationis co-
piã ſubtrahit aduerſario. h. d. In prima facti narratio. In ſcd̃a
1 iudicũ inſtructio. ibi [nos igitur.] ¶Primò not. †ꝙ accuſatur
qs de plurib. criminib. in eo. libello: ſicut poſſem petere plu-
res res ex diuerſis cauſis, vt l. hæredes. §. ſi de plurib. ff. famil.
erciſcun. & l. non eſt nouum. ff. de act. emp. &c. ¶Secũdò no.
2 †ꝙ appellatione inſtrumentorum continentur teſtes. cõcor.
ff. de fi. inſtr. l. j. & de ver. ſig. l. in optione. §. inſtrumentorum.
3 facit ad quæſtionẽ. †ꝙ in termino dato ad ꝓducendũ inſtru-
menta, poſſunt produci teſtes: Pe. & Gof. tenent contrariũ. &
dic de iſta q̃õne, vt no. Spe. in ti. de dila. §. iudex. & no. do. Io.
4 de Ligna. ſi ſtatuto † imponatur pœna fabricãti falſum iſtr̃m:
an vẽdicet ſibi locum in eo, qui produxit falſos teſtes, vel fal
ſum libellum confecit. ar. ꝙ ſic, per iſtũ tex. In contrarium fa
cit. quia verba ſtatuti ſumẽda ſunt in propria ſignificatione,
vt l. quicquid aſtringendæ. ff. de ver. obl. Item & ſm̃ vſum cõ-
munem loquendi, vt l. cum delanionis. §. aſinam. ff. de fun. in-
ſtruc. & ad hanc partẽ facit, qđ no. Iac. Bu. in l. j. ff. de fide in-
ſtru. vbi quærit, an appellatione inſtrumenti cõtineãtur acta,
vel ſcripturæ priuatæ. dic vt ibi. facit quod no. in Spe. in ti. de
dila. §. fi. ver. quid ſi actus.

*S V M M AE.*

1 *Teſtes cogendi ſunt ſuper iniuria clericis illata.*
2 *Laici compelluntur ad teſtificandum ſuper rebus eccleſiaſticis.*

Per-



1 PEruenit ad nos. †Super iniuria clericis illata te
2 ſtes cogendi ſunt. h. d. ¶Primò not. †ꝙ ſuper rebus
eccleſiaſticis laici ad teſtificandum compelluntur: ſi aliter li
quere de veritate non poteſt. quod intelligunt aliqui (vt Ala-
nus maximè.) alij, vt Hoſti. hoc intelligunt: quò ad priuilegia
tos. alij, ꝙ hoc eſt indultum in fauorem clericorum. & ne lai-
corum iniuria remaneat impunita, ſm̃ Inn. dicit Hoſt. ꝙ fuit
de intentione Papæ iſto caſu teſtes eſſe cogẽdos. ¶Et aduer
te, quia quæſtio, quæ ex themate elicitur, fuit de illatis iniu-
riis clericis. & reſpõdet tex. de rebus eccleſiaſticis. per quod
datur intelligi, quia cũ perſona eccleſiaſtica læditur, dicitur
agi de re eccleſiaſtica. 11. q. 1. c. ex his. & de ver. ſigni. c. ſuper
quibuſdam.

*S V M M AE.*

1 *Teſtes cogendi ſunt ſuper conſanguinitate probanda. Et etiam in ſpiritualibus nu. 2.*

CEterùm. Quòd ſuper conſanguinitate
probanda cogendi ſunt teſtes.
2 h. d. ¶Primò not. †in ſpiritualibus teſtes eſſe co-
gendos. ſ. ti. 1. ſm̃ Inno. ¶Et hæc gl. Inno. habet locum, qũã-
do ad matrimonium coniungendum, vel diſiungendum pro
batur conſanguinitas.

*S V M M AE.*

1 *Teſtes ſynodales debent computari in diœceſi. Nec debẽt regulariter iurare. nu. 2.*
3 *Teſtis ſynodalis, qui ſemel tulit ſuum teſtimonium, non cogitur ſuper eo teſtificari: nec iurare, niſi nouus articulus emergat.*
4 *Teſtes remouentur à teſtificando propter infamiam.*
5 *Prælatus an propter delictum præcedẽs poſſit remoueri à beneficio.*
6 *Teſtis poteſt ſe incontinenti corrigere, non autem ex interuallo.*
7 *Teſtes qui dicantur variare, qui contradicere, & qui vacillare.*

PRęterea ſi teſtes Teſtis ſynodalis,
qui ſuper matri-
monio coram ordinario depoſuit: coram delegato
iurare ſuper eo non cogitur. h. d. primò propter ſuperuenien
tem infamiam repellitur hic. poteſt tamẽ, ſi ſerrauerit, in con
tinenti, non ex interuallo corrigere dictum ſuũ. ¶Primò no.
coram Capitulo nunciari crimina. quod intellige ſede vacã-
te: vel ſi hoc habet cõſuetudo præſcripta. j. de hære. c. ad abo
lendam. 1. reſponſo. facit. ſ. ti. 1. c. Albericus. ¶Secundò not.
1 †ꝙ in diœceſi debent deputari teſtes ſynodales. hoc eſt qui
conſtituantur in ſynodo per totam prouinciam: vt deferant
crimina publica. & quicquid agitur in diœce. 35. q. 6. c. ep̃s in
ſynodo. & j. de accu. c. ſicut olim. & eſt bonus text. in l. 1. §. q
æs. ff. de offi. præf. vr. & C. de curioſis. l. 1. lib. 12. Et ad talium
officialium denunciationem licitum eſt iudici inquirere: non
tñ eis dẽt de delicto credi, niſi aliter cõſtet de veritate: & pu
niuntur, ſi falſã denunciant, vt l. diuus. ff. de cuſt. re. & l. ea qui
2 dem. C. de accu. ¶Tertiò no. †ꝙ teſtes ſynodales non debẽt
regulariter iurare, cum delicta denunciant. poſtquam enim
ſemel iurauerunt denunciare crimina: non debent ſuper eo-
dem dicere teſtimonium in publico. vel dic, ꝙ teſtimonium
præſtabunt, ſed non iurabunt. ſm̃ Inno. & hic in gl. 2. vel dic,
3 †ꝙ teſtis ſynodalis, qui ſemel tulit ſuum teſtimonium, nõ co
gitur ſuper eo iurare, nec teſtificari, dummodo aliter poſſit
fieri fides: aliàs compelleretur teſtificari: ſed non iurare, niſi
nouus articulus emergat. quo caſu iurare, & teſtificari com-
pellit. & iſte eſt verus intellectus, ſm̃ Hoſt. & Io. An. Et intelli
ge nouum articulum hic, qui non continentur ſub primo iu-
ramento. & quod non pertinebat ad officium denũciandi (pu
ta hæreditatis, vel dotis.) j. qui fi. ſint leg. c. 1. & j. de dona.
4 inter vir. & vxo. c. 3. ¶Quartò no. ꝙ teſtes remouentur ꝓꝑ in
famiã à teſtificando. concor. ſ. c. 1. & c. licèt. & 25. q. 6. c. ep̃s.
& hoc eſt verum in aliis teſtibus indiſtinctè: in quibus atten
ditur inhabilitas tempore teſtimonij, vt l. ad teſtiũ. §. con-
ditionem. ff. de teſta. ¶In iſtis verò ſynodalibus, qui rei
publicæ ſeruiũt, diſtinguitur in text. vt infamia exorta, poſt
quam conſtituti ſunt, reddat ipſos inhabiles, nõ præcedens.
Ratio differentiæ eſt: quia ſuper infamia præcedente, & offi-
cio (ex quò ad ipſum aſſumuntur) vr̃ cum eis diſpenſatum, vt
l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. vel ex eo, ꝙ ſemel appro
batus reprobari non poteſt. 32. q. 5. c. horrendus. hæc ratio
nõ placet, per l. ſed reprobari. ff. de excu. tu. nec ẽt prima, vbi
crimen fuiſſet occultum: ſuper quo non vr̃ ſuperior diſpenſa
re, vt l. tres fratres. ff. de pact. & potius imputandum eſt teſti,
qui hoc tacuit, ar. in eo, quod leg. & no. de cor. viti. c. expoſui
ſti. & quod no. j. de præben. c. cum non ignores. §. fi. in nõto-
rio verò, vel famoſo crimine habet locum prima ratio, cũ vi
deatur diſpenſare, per d. l. quidam conſulebant. ¶Vel dic,
ſm̃ Io. An. hic non ſumi ar. ꝙ ꝓꝑ præcedentem infamiam te-
ſtis non remoueatur ab officio: ſed ꝙ in officio manens non
repellitur à teſtimonio. tex. tamen videtur ſentire, ꝙ ſit diffe
rentia inter præcedentem infamiam, & ſequentem. Si tñ nos
æquiparamus in oĩbus iſtos teſtes ſynodales officialibus, &
iudicibus, eſt vera proxi. opi. Io. An. quia ab executione offi-
cij non remouetur quis prætextu infamiæ. ſ. de reſcrip. c. ſci-
5 ſcitatus. per Inno. ¶Et faciunt hæc ad q̃õnem hanc, qñ præ
latus ꝓꝑ delictum præcedẽs poſſit remoueri à beneficio. ar.
eſt hic, ꝙ non. & de ętа. & qual. c. accepimus. & de purg. ca. c.
fi. & de iureiur. c. quemadmodum. & 8. q. 2. c. dilectiſſimi. ar.
contra in preal. c. cum non ignores. & c. expoſuiſti. ¶Quintò
6 no. †ꝙ teſtis põt ſe incontinenti a corrigere: non aũt ex inter
a uallo. circa quod ex dictis Io. An. ſic diſtingue. ¶Nã aut vult
ſe corrigere, antequam parti, vel alteri loquatur. aut poſtea.
primo caſu, aut aſſignat cauſam probabilem correctionis: &
põt. aut non aſſignat: & non incidit in vacillationem, & varia
tionem, vt ff. eo. l. qui falſa. debẽt ergo iudex attendere mo-
dum, & cauſam correctionis. infra de accuſ. c. cũ dilecti. Aut
non ſe corrigit, ſed addit, antequam exeat p̃ntiam iudicis. &
hoc eſt licitum: aut ſe corrigit, poſtquam potuit loqui parti-
bus ante publicationem, vel poſt. & præſumitur contra eum:
ſtabitur tamen dicto primo: licèt per ſecundum contrarium
aliqualiter dubitetur. Si verò addit, poſtquã potuit loqui cũ
partibus, eſt audiendus: ſed minor fides eis adhibetur, vt in
Authen. de teſti. §. quia verò. vt hic. Et de hac materia vide in
Spec. in ti. de teſti. §. 1. verſi. item cum ſint varij. & ſeq. & per
Bar. in l. repeti. ff. de quæſtio. ¶Oppo. innuitur hic, quòd te-
ſtes propter infamiam exortam poſt ſuſceptũ officium, poſ-
ſunt reuocari. contra de c. ſi peccauerit. 2. q. 1. vbi videtur, ꝙ
mandatum de denunciando delictum proximi omnibus fa-
ctum ſit tam infamibus, quàm aliis. So. no. ſ. de iudi. c. nouit.
7 ¶Quærit Io. An. †qui dicantur variare: b qui contradicere: q
b vacillare. & reſpondet, quòd ille dicitur variare, qui primò
dixit vnum, & poſtea dixit contrarium, nullã variationis cau
ſam aſſignans. contradicere autem dicitur ille, qui dicit duo
incompaſſibilia: vt ſi dicat ſe interfuiſſe contractui tali die, &
loco. & poſtea dixit ſe illa die fuiſſe alibi, vacillare dicitur, q
titubando, & diuinando loquitur. Item qui variè loquitur, vt
ff. de falſis. l. eos qui. & ff. de teſti. l. 2. & l. qui falſa. horum au-
tem teſtimonium non valet, imò punitur, vt C. de teſti. l. nul-
lum, &c. ¶Qualiter autẽ iudex ſe debeat habere circa iſtos
teſtes varios, contrarios, & vacillantes in redigendo in ſcri-
ptis, maximè vacillationem, & titubationẽ. dic vt dixi ſupra
de proba. &c.

ADDITIO.

a ¶Incontinenti. Qualiter teſtis poteſt corrigere dictum ſuum. & qualiter non. vide Sal. in Auth. & qui ſemel. C. de proba.
b ¶Qui dicantur variare. no. qui teſtes dicuntur variare, qui contradicere, & qui vacillare. vide in Spe. ti. de teſt. § 1. ver. quid ſi dicit. vide hic.

 *Teſtes*

S V M M AE.

1 *Teſtes ſunt cogendi, quando agitur de infamia, vel vitio falſitatis.*

1 **SVper his.** † Cum de infamia, vel vitio falſi-
tatis inquirit, cogendi ſunt teſtes.
h.d. iſtud c. & conſequens allegatur per glo. in c. dile-
ctorum. ꝟ. eo. quòd teſtes ſint cogendi in cauſa criminali.
Alij aliter dicunt, vt ibi diſtinguam.

S V M M AE.

1 *Falſis literis qui vtitur per procuratorem, æquè punitur, ſicut ſi vte-
retur per ſeipſum.*

## CVm contra magiſtrum.

Super crimine falſi cogendi ſunt teſtes. h.d. cõis di-
1 uiſio. ſecunda ibi [nos.] ¶ Not. † ꝙ æquè punitur ille, qui
vtitur falſis literis per procuratorem: ſicut ſi vteretur per
ſeipſum, vt in regu. qui per alium. & in l. ita autem. §. geſſiſ-
ſe. ff. de admini. tuto.

S V M M AE.

1 *Teſtes, qui ſe ſubtrahunt à teſtimonio perhibendo, compelluntur per
cenſuram eccleſiaſticam.*

2 *Teſtes an debeant compelli ad teſtimonium perhibendum. pulchra
diſtinctio.*

3 *Teſtes in criminali ſunt compellendi.*

1 **DIlectorum.** Breue ẽ, nec diuidĩ. ¶ Pri-
mò no. † ꝙ teſtes, q ſe ſub
trahunt à teſtimonio perhibẽdo, cõpellunt per cẽ
ſurã eccleſiaſticã. Iudex aũt ſecularis põt cogere, captis pi-
gnorib. & mulcta indicta. Inſti. de ſatiſda. ꝑ to. facit l. ſi qñ. C.
de teſti. ¶ Gl. magna diuiditur principaliter in duas partes.
prima tractat, an teſtes cogant in ciuilib. dic, ꝙ ſic, exceptis
mediatoribus, & priuilegiatis. ¶ Scda tractat de teſtiũ com-
pulſione in criminalibus: an. ſ. ſint cogendi. & primò allegat
pro, & contra. ſcda ibi [ſuper hoc.] hic ponit opi. quæ habet
illos cogi, cum ciuiliter de crimine agit. Tertia ibi [ſed hinc]
illam impugnat. Quarta ibi [ideoq;.] opi. ſuã, quæ eſt, vt nõ
cogantur, ẽt cum de crimine ciuiliter agitur. Quinta ibi [qua
liter] reſpondet ad contraria. opi. ſuã reaſſumẽs. Sexta ibi
[& alij] reaſſumit, & coadiuuat opi. aliam, dicens illam eſſe
æquã. Septima ponit opi. Inn. ex quib. omnibus opi. & alio-
rum, quas hic refert Io. An. dicit ipſe, ꝙ poſsit colligi vtilis
diſtinctio: quã tñ non colligit hic alius. ¶ Ego aũt ex prædi-
2 ctis oĩb. ſic diſtinguo. † cũ quærit, vtrũ teſtes debeãt cõpelli
ad ꝑhibendũ teſtimoniũ, ſic diſtingue: aut loqueris in ciuili:
aut in criminali. primo caſu regulariter cõpellũt teſtes. fallit
in quibuſdã perſonis, de quib. dixi, remittendo. ſ. c. 1. Item
fallit in mediatore, in quo diſtingue. aut partes ambæ con-
ſentiunt: & cogitur mediator teſtificari. aut ambæ diſſen-
tiunt: & non admittitur. aut alter tantùm conſentit: & tunc
admittitur, ſed non compellitur. Ratio. n. eſt, quare non
compellitur, altera parte nolente, vt ibi no. Accur. ſecundo
caſu, cum loqueris in criminib. ſic diſtingue. aut crimen de-
ducitur in iudiciũ per modum intentionis principalis. primo
caſu aut cælãdo crimẽ aduerſarius magnũ dãnũ cõſequit: &
compellitur, vt ꝟ. c. proxi. & ſ. eo. c. ſuper his. Aut non con-
ſequitur enorme damnum: & tunc aut perſeuerat in crimi-
ne. & diſtingue. nam aut eſt de crimine damnatus: & debet
cogi: aut nõ eſt cõdẽnatus: & nõ dẽt cogi. qa cũ pęna illi, cõ-
tra quem obijcitur, non ſequaĩ: meritoriũ eſt cœlare. 2. q. 1.
c. ſi peccauerit. aut perſeuerat in crimine: & tũc aut eſt crimẽ
manifeſtum: aut occultum. & ſi occultum, aut eſt periculũ:
vt hæreſis. & debet cogi. ff. de accu. c. qualiter. ꝟ. de hære. c. ad
abolendã. aut non eſt perículoſum: & non debet cogi in oc-
cultis. Si autem eſt crimen manifeſtum: & compellitur, ſi
in crimine perſeuerat reus, vt quòd Dei timore. &c. ꝟ. de vi.
& ho. cle. c. vt clericorum. ſecundo caſu principali, cum ſcili-
cet crimen deducitur in iudiciũ per modum principalis in-
tentionis. & diſtingue; quia aut agitur de crimine ciuiliter,
aut criminaliter. primo caſu non videtur teſtis cogendus, ſeu
compellendus: niſi cum actor magnum detrimentum pate-
retur, vt ſ. dixi. aut agitur criminaliter: & tunc aut eſt illa
ta iniuria in perſonam eccleſiaſticam: & coguntur ſupra eo.
c. peruenit. aut in laicum: & tũc aut teſtes ſe ſubtrahũt odio,
timore &c. & coguntur. & idẽ ſi apertè impediantur. ſ. eo. c.
ꝑuenit. aut ſe nõ ſubtrahũt, ſed recuſant deponere. & tũc aut
agiĩ ad pænã pecuniariã: aut corporalẽ. primo caſu cogunt.
¶ Secundo caſu aut ille, qui producitur in teſtem, eſt cleri-
cus: & non cõpellitur. aut laicus: & tunc aut aſpirat ad cleri-
catum: & ſimiliter nõ compelliĩ. ꝟ. ne cle. vel mo. c. ſententiã.
aut non aſpirat. & tunc ſecundùm leges ꝑciſẽ cõpellitur. ſecũ
dùm canones diſtingue: aut dicitur de illo crimine condẽna
tus, & ad probãdã infamatiõ ẽ producũt: & coguntur, vt ſ.
dixi. aut nõ eſt condẽnatus: tunc dicunt quidã (vt glo. hic) ꝙ
10 de.¶Quartodecimò no.†ꝙ iudex poteſt interrogare vſque
ad ſententiam,etiã poſtquam fuerit in cauſa concluſum.con-
cordat l.vbicunque.ff. de interroga. actio. Et collige ex hoc,
ꝙ iudex interrogando partes põt ſupplere de facto:ſicut hic
fecit.nõ autem poſſet producere inſtrumenta,vel teſtes, ſi cã
agitatur inter præſentes,vt dixi plenè in c.bonæ.s̃.de poſtu.
¶Quintodecimò collige,coniuncto prin.cum fi. c. ꝙ ſi ille,
qui conuenitur, obijcit compenſationem de maiori ſumma,
quàm ab eo petatur: licèt vſque ad concurrentem ſummam
fiat compenſatio.tamen in quantitate, qua excedit,aduerſa-
rius,contra quem obijcitur compenſatio,ſibi non condemna
tur,vt l.in commodato.§.duob.ff. cõmoda. ¶Sextodecimò
colligitur, ꝙ quandoq; ab vna parte differtur traditio rei in
venditione.& ipſe venditor poteſt ſtatim petere pretium: &
rem venditam,dum vicerit,retinere.quod eſt notãdum.vide
tur enim prima facie dicendum eo ipſo, ꝙ differtur rei tradi
tio: videatur dilata pretii ſolutio. Contrarium tamen in du-
bio eſt dicendum per caſum huius c. & ar.contra l. neceſſa-
riò.§.quod ſi penden.ff.de pericu.& commo.rei vend.¶Vl-
timò hic Inno.& poſt eum Io. An. proſequitur diffusè, & in
11 tricatè illum articulum.† ſi teſtes contradicant inſtrumento:
aut inſtrumentum teſtibus:an teſtes inſtrumẽto præualeãt,
vel econtra.Io.Cal.ponit hic ſuam diſtinctionem.Subſequen
ter dominus Bal.plenè ipſam examinauit in l.1.§.ſi quis. ff.
quemad.te.aper.D.Bal.ponit in l.ſcripturæ.C.de fide inſtru.
& ibi per Cy. Referam primò ſuccinctè diſtinctionem domi
ni Io. Cal. tangendo omnia membra, quæ ponit. dicit ergo,
cum quæritur:an per teſtes reprobetur inſtrumẽtum. & per
quot.diſtingue,aut cõfectũ eſt inſtrm ſuper eo:qđ nõ recipit
probationem in contrarium. & tunc teſtes non rec piuntur
contra tenorem inſtrumenti.quia ibi præſumptio eſt iuris,&
de iure:quæ non recipit probationem in contrarium.vt C.ad
Velleia.l.antiquæ.& C.de rei vxo.ac.l.vnica.& l.ſi.C.arbi.tu.
Aut conficitur ſuper eo,quod recipit probationem in cõtra
rium:& tunc aut reuocatur in dubium, an inſtrumentum ſit
ſumptum, ſiue ſcriptum manu eius, cuius ſcriptum dicitur:
aut reuocatur in dubium veritas inſtrumenti. hoc eſt an ve-
rum ſit, quod ſcriptũ eſt in eo.primo caſu per illũ, qui ſcrip-
ſit,poterit approbari.& ſtabitur dicto eius: vel per compara
tionem literarũ:vel per teſtes,qui dicũt eis præſentibus ſcrip
tum fuiſſe inſtrumentũ.C.de falſis.l. ſi quis decurio.& in Au
then.eo.tit.§.ſi verò moriantur.& §.ſe.& no.C.eo.ti.Auth. ſi
contractus. ſecundo caſu cum reuocatur in dubium veritas
inſtrumenti,& ipſius tenor.& tunc aut vnus teſtis contradi-
cit inſtrumento:aut plures. primo caſu quando vnus: & tunc
aut nõ eſt de deſcriptis in inſtrumento: aut eſt de deſcriptis.
ſi non eſt de deſcriptis in inſtrumento, ipſum non reprobat,
per c.licèt vniuerſis.& c.veniens. il. 1.s̃.tit. 2. quandoque eſt
de deſcriptis in inſtrumento.& tunc aut tot alii remanent de-
ſcripti in inſtrumento:quot ſufficiunt.aut non remanent tot,
quot ſufficiant ad ſubſtantiam inſtrumenti.primo caſu, ſci-
licet quando remanent tot,quot ſufficiunt: tunc vnus non re
probat, etiam ſi alii teſtes ſunt mortui:vel ipſorum copia ha-
beri non posſit.& hoc propter præſumptionẽ. quæ facit pro
tabellione, quæ non tollitur per contradictionẽ vnius in eo
deſcripti:poſtquam alii,qui remanent, ſufficiant ad ſubſtan-
tiam inſtrumenti,vt in c.ad audientiam. de præſcrip.Si autẽ
illi alii deſcripti viuũt,& ipſorũ copia haberi posſit(niſi vnus
contradicat) vtile eſſet ab ipſis requirere veritatẽ inſtrumẽ-
ti.¶Secundo caſu,ſcilicet cum præter iſtum deſcriptum con
tradicentem nõ remanet ſufficiens numerus in inſtrumento:
tũc is,qui contradicit inſtrumẽto,facit vacillare fidẽ ipſius,
vt ff.queadmodum te.aper.l.1.§.fi.& iſtud inſtrumentum nõ
probatur,niſi melius fuerit comprobatum,vt l.iubemus. C.
de proba.¶Alio membro principali( cum ſcilicet plures cõ
tradicunt inſtrumento:)& tunc ſiue iſti,qui cõtradicunt,ſint
de deſcriptis,ſiue de aliis.ſunt variæ opi.Sed ipſe Io.Cal. te-
net,ꝙ duo idonei teſtes,reddentes ſufficientes rationes dicto
rum ſuorum;reprobant inſtrumentum:ex quò aliàs non coa
diuuatur,ſiue loquamur de directa,ſiue de indirecta. & hoc
tenet Inn.& Io.An.ſm̃ eum.cuius quidem domini Io.Cal.hęc
eſt diſtinctio in effectu.& idem dñs Io.de Ligna. ¶In hoc ta
men vltimo membro Ni.Ma.diſputauit,ꝙ eſſet in arbitrio iu
dicis,cui magis eſſet danda fides: vel duobus teſtibus depo-
nentibus contrarium inſtrumento: vt inſpiciat legalitatẽ no-
tarii,& teſtium,qui deponant contrarium,& alias circunſtã-
tias: quib. cõſyderatis qñq; maior eſt duobus teſtibus fides
adhibẽda,quã inſtrumẽto.qñq; ecõtra.& hãc opi.tenet Bar,
in dicta l.1.§.ſi quis.ff.quemadmodũ teſ.aper.& l.optimã.in
fi.C.de contrahen.& cõmit.ſtipu.& dicit, ꝙ aduocati in hoc
debent eſſe multum cauti:vt fauentes inſtrumento faciant ar
ticulos,& probationes de fidelitate notarii,& de bonitate,&
legalitate ipſius.& aduerſa pars faciat de fidelitate, & boni-
tate teſtium contradicentium inſtrumento.¶Dominus Bal.
latius,& ſubtilius in prædicta materia ſic diſtinguit. quòd
aut volo reprobare inſtrumentum circa factũ partium: aut
circa factum tabellionis.Si circa factum partium:& tunc aut
volo probare præſumptionem, quæ oritur ex inſtrumento
propter factum partium.& ſufficiunt duo teſtes,vt l.iuriſgen
tium.§.quod fere.ff.de pac.Aut volo probare cauſam expreſ
ſam in ipſo inſtrumento.& tunc aut dico totum contractum
ſimulatum.& ſufficiunt duo teſtes,vt l.emptione. C. plus va
lere,qđ agi.Aut nõ oppono p modũ ſimulationis: ſed p mo-
dũ impugnationis cauſæ. & loquitur tũc l. generaliter. C. de
non nu.pecu.¶Secundo caſu quando volo reprobare inſtru
mentũ circa factum notarii.& tũc aut ratione erroris,aut ra
tione falſitatis. Si ratione erroris:& tunc aut ciuiliter contra
partem.

partem.aut ciuiliter contra tabellionem. primo caſu aut re-
probo per teſtes inſtrumentum.& non creditur tabellioni,vt
l.j.in fi.ff.quemadmodū teſt.ap.aut per alios teſtes:& tunc re
quiruntur ſaltē tres teſtes ad reprobationē inſtrumenti. Ita
no.gl.in l.in exercendis.C.e.tit.& in §.item verborum.Inſti.
de inuti.ſtipu.& C.de contrahē.ſtip.l.optimā.vel dic de hoc,
vt ibi.vbi diſtinguitur inter reprobationem directam. & req
runtur tres teſtes:& indirectam,vbi ſufficiunt duo,vt ibi no.
¶Si autem volo reprobare inſtrumentum, agendo de falſo
contra notarium:& ſufficiunt duo teſtes,ſecundùm regulam
generalem.condēnato autem tabellione de falſo,non propte
rea eſt generatum præiudicium parti,vt C.e.tit.l.ſi vteris.li-
cet ſit ar.cōtra.ff.ad Sille. l.in cognitione.& C.de aduo.diu.
iudi.l.1.Et iſta ſunt verba prædicti domini Bal.licèt autē præ
dicta diſtinctio,& præcedens ſint vtiles,& complectātur plu
res caſus,& membra:tamen non omnia, quæ ex dictis Inno.
poſſunt hic colligi,& ex dictis Bar.in dicta l.j.§.ſi quis. ¶Et
ideo dicta ipſorum per modum diſtinctionis recolligēdo di-
ſtinguo,& dico ſic. quòd quandoq; reuocatur in dubium:an
illud, quod producitur, ſit inſtrm̄:vel ſcriptū manu illius, q
ſcripſiſſe dicitur.& tunc dēt de hoc ante oīa fieri fides, tāquā
de fundamento,ar.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.& l.j.§.
12 item illud.ff.ad Sill. †vnde ſi ſtatuto cauetur,ꝙ contra inſtru
a mentū guarentigiatum [a] non poſſit opponi aliqua exceptio.
prius conſtare dēt illud eſſe inſtrumentum,vt no.Bart.in l.1.
ff.quod vi aut clam.facit quod no.Io.An.de ele. c.cupientes.
li.6.in gl.quid ſi electus.Quandoq; de hoc cōſtat, ꝙ illud eſt
inſtrm̄,& manu illius,qui ſcripſiſſe dicitur.& tūc aut volo re
probare præſcriptionem,quæ oritur ex inſtrumento. & ſuffi
ciunt duo teſtes.aut volo reprobare cām expreſſam in inſtru
mento:& tunc aut dico contractum ſimulatum.& idem;quia
ſufficiunt duo teſtes,vt dicta l.emptione.C.plus vale.quod a-
gitur.Aut non oppono per modū ſimulationis: ſed per mo-
dū impugnationis cauſæ.& dic,vt l.generaliter.C.de non nu.
pec.Aut volo reprobare inſtrumentum ratione erroris nota
rij:& tunc dic,vt no.in l.ſi librarius.ff.de reg.iu.per Bart.& l.
Imperator.ff.de ſtatu ho.aut volo reprobare inſtrumentum
tanquam confectum contra veritatem facti: & tūc aut inſtru
mentum eſt confectum ſuper materia,ſiue re,quæ nō recipit
reprobationem in contrariū de iure cōi.& tunc aut volo ipsū
reprobare per teſtes:& non poſſum,vt l.fin.C.ar.tu.& l.anti-
quæ.C.ad Velle.& l.1.C.de rei vxo. ac. aut volo ipſum repro
bare per confeſſionem partis:& poſſum;quia contra præſū
ptionem iuris,& de iure admittitur probatio in contrariū p
confeſſionem partis.& ſimiliter cōtra inſtrm̄,vt no.in Auth.
de æqua.do.poſt prin.aut inſtrm̄ nō eſt confectū ſup tali ma
teria,ſiue re:ſed ſuper alia, quæ bene recipit probationē in
contrariū:& tunc aut contra inſtrm̄ nil probatur.& tunc præ
ſumitur pro eo,quantuncunq; pars neget ſic actum fuiſſe, vt
l.cum precibus.C.de proba.& in c.accepimus.s̃.eo.aut con-
tra inſtrm̄ aliquid probatur.& hic aduertendū. Nā qn̄q; om
nes teſtes deſcripti dicunt ſe non fuiſſe pn̄tes in inſtrumēto.
qn̄q; omnes dicunt ſe fuiſſe pn̄tes:ſed aliter ſcriptum, quàm
actum fuiſſe. Quandoque non oēs:ſed vnus, vel duo dicūt ſe
non recordari,vel aliqui ex eis. Qn̄q;plures teſtes non deſcri
pti dicunt contra tenorē inſtrī.primo caſu. ſ. cum oēs dicunt
ſe non fuiſſe præſentes.& tunc aut eſt ſubſcriptum manu ipſo
rum.& hoc conſtat.& magis ſtatur inſtrumento, quàm ipſis
teſtibus,ar.c.ſaluberrimū.1.q.7.Aut non ſunt deſcripti, ſed
oēs dicūt ſe nō fuiſſe præſentes:& ſtatur ipſis teſtibus, vt no.
in d.l.1.§.fi.ff.quemad.teſt.ape.Et reſpōdet ſubtiliter ad id,
quod poſſet obijci.quòd prædicti teſtes non probant, tāquā
ſingulares,contra inſtrumentum. ¶Secundo caſu, cum oēs
dicunt ſe fuiſſe præſentes:ſed aliter ſcriptum, quam actum
fuit inter partes.& iſtud mēbrū nō tangit Inn. ſed diſtingue,
vt.s̃.quia aut eſt ſubſcriptum manu ipſorum:& ſtatur inſtrō.
aliàs caret viribus,vt in proxi.præcedenti membro.¶Tertio
caſu qn̄ non oēs:ſed vnus, vel plures contradicunt his, quæ
ſcripta ſunt in inſtrō:& tunc aut nullus de deſcriptis, vel alijs
coadiuuat inſtrumētū:& tunc ſi ſunt plures contradicentes,
redditur inſtrm̄ falſum.ſecus ſi vnus tm̄,ſm̄ Io. Cal. aut ſunt
alij coadiuuantes inſtrm̄:& tūc aut iuuatur per alios ibi ſcri-
ptos:& tunc videtur recurrendū ad no.in c.in noſtra. s̃. de te
ſti.dumtm̄ ſemper iudex in dubio faueat inſtrumento,ſm̄ In.
q cū in prædicto caſu videat dicere, ꝙ aliqui ſunt fauētes in-
ſtrumento deſcripti,vel non:valebit inſtrm̄, non obſtantib.
pluribus ſe interfuiſſe negantibus,etiam ſi multi eſſent:quaſi
plus affirmantibus,quàm negantibus ſit credendum.& ſi nō
quò ad valorem inſtrumenti, ſaltē quò ad valorem contra-
ctus,ſecundùm In.¶Quarto caſu quādo omnes dicūt ſe nō
recordari. & tunc ſtandum eſt inſtrumento in dubio. j̃. de
verb.ſigni.c.abbate.§.quicquid fuerat. ¶Quinto & vltimo
caſu,cum teſtes non deſcripti contradicunt inſtrumento:tūc
in facto recenti magis ſtatur teſtibus, quàm inſtrō. in facto
antiquo ſtandum eſt magis inſtrumēto, vt l.ſi arbiter.& l.cē
ſus.ff.de proba.alij dicunt,ꝙ aut teſtes reprobant inſtrumen
tum indirectè,aut directè.ſi indirectè: tunc duo teſtes repro
bant inſtrm̄:in quo eſſent deſcripti etiam multi,ſecūdùm Ia.
vt l.optimam.C.de contrahen.ſtip.& hoc eſt verum,niſi per
teſtes deſcriptos.vel alios,qui aſſerunt ſe fuiſſe præſentes,vel
ſubſcriptione teſtiū,vel contrahētiū approbetur,vt in Auth.
e.ti.§.ſi tamen quiſque.ver.ſi verò moriuntur.Alio verò caſu.
cum teſtes reprobant inſtrumentum directè. quia in inſtru-
mento dicitur,ꝙ promiſi.10.libras Venetijs:teſtes dicunt,ꝙ
Peruſij. tunc aut conſtat de vnica promiſſione per confeſſio
nem teſtium.& videtur magis ſtandum teſtibus,quàm inſtru
mento. Quot autem teſtes requirantur,Io.An. plenè hic diſ-
putat ſuper gloſ.& ſequitur opi.Inn.ꝙ per duos teſtes reꝓ-
betur inſtrumētū.¶Alij,vt Nic.Mata.in ſua diſputatione re
linquit arbitrio iudicis:vtrùm magis inſtrumento,vel teſtib.
ſit credendum:vel econtra.& hanc opi.vt dixi, ſequitur Bar.
in l.j.§.2.ff.quemad.teſt.ape.& circa contrarietatem inſtru-
mentorū adinuicem,vel teſtium: vel ſimul inſtrumentorum,
vel teſtium magnam diſtinctionem poſuit Iaco. de Are.in d.
l.in exercendis.C.de fi.inſtru.quam Iac.Bu. breuiter ſic ſum
mat.Nam qn̄q; vna ſcriptura contradicit ſibiipſi:& loquitur
l.vbi repugnantia.ff.de re.iur.aut producuntur ab eadē par-
te plures ſcripturæ contrariæ.& loquitur.l.1.C.eod.titu.& c.
imputari.j̃.e.aut à diuerſis partibus.& loquitur. §.item ver-
borum.Inſti.de inuti.ſtip.& l.optimam.C.de contrahen.ſti-
pu.aut ijdem teſtes contradicunt ſibiipſis. & loquitur l. ſi fi-
lia.ff.de teſti.& l.cum de ætate.ff. de prob. aut teſtes contra-
dicunt inſtrumento.& loquitur hoc c.& l.optimā. de contra
hen.ſtip.& hoc attento:ꝙ ſi poſſunt dicta teſtium ad cōcor-
diam reduci,& ſuſtineri,ſemper ſunt ſuſtinendi. & vide ple-
nam gl.hic de prædictis in c.in noſtra.§.de teſt.dominus Io.
de Ligna.vltra alios tangit hic de ſcriptura priuata, & de li-
bro rationum,an faciat fidem.& tangit ea, quæ plenè Barto.
13 proſequitur in l.nuda ratio.ff.de donati.¶Quærit etiā† vtrū
partes poſſint paciſci,ꝙ debitor nō probet ſolutionem, niſi
per inſtrumentum.Ia.Bu.dicit,ꝙ nō;quia eſſet cōtra bonos
mores,& contra bonum publicum.quia anguſtat facultatem
probandi.& hoc no.Io.An.in c.ſi diligenti.s̃.de fo.cōp.Spec.
no.contrarium in ti.de proba.§.2.ver.quid ſi debitor.nā pa-
ctum,& lex æquiparantur.ff.de pac.l.non impoſſibile. & ſu-
per eo,ſup quo lex diſponit,pōt paciſci.ſed in lege in multis
caſibus ſtatuit,ꝙ requiratur ſcriptura,vt no.in c.j.de cēſi. li.
14 6.¶†Quærit vlterius,an inſtrumentum requirat ſubſcriptio
nem teſtium.diſtinguit ſecundùm Franciſ.Ac.ꝙ aut contra-
ctus ſit cum ſcriptis,aut ſine ſcriptis: & requiritur ſubſcrip-
tio,vt l.contractus.C.eo.ti.aut ſit manu publica. & ſic aut à
peritis literarum:)& non requiritur ſubſcriptio, niſi tabellio
nis,vt d.l.contractus.aut ſit ab imperitis: & tunc procedit di
ſtinctio l.ſi.C.ſi cer.pe.& in §.oportet.in Auth.e.ti.Tertio ca
ſu cum



ſu cum contractus ſit ſine ſcriptis: & tunc manu publica. &
non requiritur ſubſcriptio quò ad formā eius,ſed quò ad cō
parationē fiendam, vt C.eo. l. comparationes. vbi plenè de
materia comparationis literarum,de qua hic per Io. de Lig.
15 ¶Et quia iſtud c.incipit.cum Io.eremita.No.†ꝙ eremita po
teſt habere propriū,& eſſe in iudicio ſine alicuius licentia,&
auctoritate:vnde dicit gl.19.q.3.§.& quæ Paulus.ꝙ teſtamē
tum facere pōt.Et an in vita eremita ſoluat ſpōſalia. vide de
16 conuer.coniu.c. ex parte.il 2.¶ Et an eremita † ſit perſona
b religioſa.dicunt quidam, quòd ſic,quando talis continentiā
promittit.& huiuſmodi vita habet in ſe votum annexum con
tinentiæ.de quo per glo.27.q.2.§.ecce.& per Inno.in c.cum
monaſterium.de elec. & quòd eremitæ gaudeant priuilegio
clericali.16.q.1.c. qui verè. vbi p gl. & epiſcopo ſubſunt.93.
diſt.c.nullam.& ibi per glo.& Doc.& gl. dicit.27.q.1.c.de Iu
deis.eremitam cenſeri perſonam eccleſiaſticam, vel religio
ſam tunc demum, quando deuouet ſe alicui religioni de ap-
probatis. & vide de exceſſi.præ.c. 1.li. 6. & an mendicantes
poſſint eligere vitam eremiticam.dic vt in prædicto.c.

ADDITIONES.

a ¶ Guarentigiatum.Vide Doc.& Fran.de Padua in l.tale pactum. §.qui prouocauit.ff.de pact. Bal.in l.iubemus.§.ſanè 6.q.C.de ſacroſan.eccle. Pau.de Caſt.conſi.71.Ang in l. debitori.ff.de iud.Bal.in l pe.C.de fide-iuſ.Bart.in l.1.C.de confeſ.

b ¶ An eremita. an eremita ſit perſona religioſa. & an percutiens eremitā ſit excommunicatus.Vide ſupra de elec.c.in monaſterium.Pe.de.Anch.

*S V M M AE.*

1 *Defectus literæ non vitiat reſcriptum.*
2 *Error in ſyllaba an vitiet reſcriptum.*

EX parte. Error literæ non vitiat reſcriptū.
h.d. communis diuiſio. ſecunda
1 ibi. [mandamus.] ¶ Primò no. †ꝙ licèt mala la-
tinitas vitiet reſcriptum,vt s̃.de reſcrip. c. ad audientiam.non
2 tamen defectus literæ.¶ † Quid ſi error eſſet in ſyllaba,non
videtur vitiari.ff.de manu.teſta.l.qui habebat.Idē fortè in de
fectu orationis:dummodo deprehendatur intellectus Papæ.
Alii dicūt, ꝙ ſi aliquando ſit defectus in litera, vel dictione:
iudex tamē habebit literas ſuſpectas:niſi vitium ſit occultū.
primum dictum placet Io.An.cum per bullam tollatur ſuſpi
cio.& oculus officialium ſæpe fallatur.vel poſſet diſtingui in-
ter reſcripta gratiæ,& iuſtitiæ,ſecundùm Hoſt. de crimi. fal.
c.penul.remittit tamen ad notata.s̃.c.ex literis. & de reſcri-
ptis.c.ad audientiam.

*S V M M AE.*

1 *Vicarius an poſſit eſſe temporalis.*
2 *Vicarius perpetuus poteſt agere, & conueniri ratione perceptionis, & cuſtodiæ.*
3 *Inſtrumenta communia ſunt edenda.*
4 *Reconuentio poteſt fieri coram delegato.*

G Perpetuus vicarius. Licitè appel
latur à iudice, qui parti hoc petenti non facit edi
communia inſtrumēta.h.d. In prima appellationis narratio.
In ſecunda appellationis commiſſio.Secunda ibi [ideoque.]
1 ¶Primò.no.†ꝙ iudex dr̄ ꝑpetuus, quaſi poſſit eſſe vicarius
temporalis:ſicut poteſt eccleſia commendari ad tempus.21.
q.1.c.qui plures.talis tamen datus ad tempus nō cenſetur vi
carius:nec vicarius vicarium dare poteſt.de offi.vica.c.proui
deas.& eo.tit.c.ad hæc.vbi habetur,quis dicatur vicarius per
2 petuus.¶ Secundò no.ꝙ vicarius perpetuus poteſt agere, &
conueniri ratione perceptionis,& cuſtodiæ.vt ff.de rei vendi.
l.officium.Non tamen præiudicatur domino: niſi ſciat cauſā
ſuā agi.j̃.de re iudi.c.pe.& c.cum ſuper. & de ele.c. querelā.
& j̃.de confir.vti.vel inuti.c.cum dilecta.§.quia verò.¶Ter-
3 tiò no.†ꝙ inſtrumenta communia ſunt edenda.item & pro
pria,cum producuntur tamē ſine die, & cōſule:niſi circa diē
vellet pars redarguere de falſitate.de quo plenè in Spe.in ti.
de inſtru.edi.§.videndum.verſi.ſed cum dies. vſurarij, etiā ſi
non vtantur,coguntur reddere codices rationum,vt in cle.1.
de vſur.& de iſta editione inſtrumentorum dic, vt.s̃.de præ-
ben.c.1.& in d.§.videndum.& per Hoſtien.in ſumma. eo.ti.
§.an inſtrumentum.&in l.1.§.editiones.ff.de eden.¶Vltimò
4 no.† ꝙ coram delegato poteſt fieri reconuentio.de quo in c.
diſpendia.§.reus quoque.de reſcri. li.6. ¶ Quærit Inno. de
tali quæſt.A.petit reuocari ſententiam latam pro B. ſup fun-
do,dicens ipſam nullam,vel iniuſtam, cum appellauerit ab il
la,& petit ipſam exhiberi per dictum B.cum iudex noluerit
ſibi dare:vel perdidit,B.nō vult ipſam exhibere.quæritur,an
teneatur. dicit Inno.ꝙ ſic,ar.hic,& C.de eden.l.is apud quē.
Si autē exhibere nolit,contumaciter pronunciabit dictus iu-
dex,quòd dictæ ſententiæ nō adhibeatur fides in poſterum,
vt ff.de interro.ac.l.qui alienum.de quo plenè hic in nouella.

*S V M M AE.*

1 *Reo an liceat producere inſtrumenta contraria.*
2 *Scriptura ſi contradicit ſcripturæ, quid iuris.*

IMputari. Breue eſt.primò ponit dictum.ſecū
dò rationē dicti,ibi [cum in ipsū.]
1 ¶Opponit Io.An.& videtur, † ꝙ liceat reo producere
inſtrumenta cōtraria:ſicut licet ſibi contrarijs defenſionibus
vti.in re.nullus pluribus.de re.iur.li.6.Hoſt.& Goſ.videntur
hoc fateri,& dicūt,ꝙ iſtud c.intelligitur,ī actore producente
contraria inſtrumenta:non in reo,qui hoc poteſt.Io. An. te-
net idem in reo.& dicit,ꝙ faciliùs ſuſtineri poteſt reum con
traria allegantem,quàm probātem cōtraria: vnde & reo præ
iudicant duo inſtrumenta, quæ adinuicem non compatiūtur,
ſecundùm Io. An. ¶ Et vide de materia huius c. vt no. Spe.
in tit.de inſtru.edi.§. poſtremò aliàs inſtrumentum. ver. ſed
pone producto.& l.ſcriptura.C.eo.ti.& s̃.eo.tit.c.cum Io. Et
2 ꝓ ītellectu huius c.dic breuiter,ſm̄ Io.de Lig.†ꝙ ſi ſcriptura
cōtradicit ſcripturæ:aut cōtrarietas reperit ī eadē ſcriptura:
aut in diuerſis. ¶ Primo caſu aut pt̄ illa contrarietas ſaluari:
& ſaluanda eſt,ad ſimilitudinem teſtium.aut non poteſt:& re
pellitur,vt l. vbi repugnantia.ff. de re.iur. ¶ Secundo caſu, cū
reperitur contrarietas in diuerſis ſcripturis: & tunc aut pro-
ducuntur ab eadem parte: aut à diuerſis.primo caſu ſibijn-
uicem derogāt,& neutri datur fides:& imputatur aduerſario
producenti,vt hic:ſiue ſit actor,ſiue reus,qui produxit,ſecun
dùm Io.An.Si autem à diuerſis partibus producātur:aut vna
eſt maioris auctoritatis,quā altera:& illi ſtatur,quæ eſt maio
ris auctoritatis.& ſi vna eſt publica, altera priuata, præfera-
tur publica,vt in l.ſcripturas.qui po.in pig.ha.aut ſunt eiuſdē
auctoritatis(quia ambæ ſunt publicæ.) & tunc conſyderandæ
ſunt in illis inſtrumentis,quæ conſiderantur in teſtibus ſibi in
uicem aduerſantibus:vbi conſideratur numerus, & auctori-
tas:& qui dicant veriſimiliora negotio,vt s̃.de teſti. c. in no-
ſtra.hæc eadem erant conſideranda in inſtrumentis pari ra-
tione.Si autem omnia ſunt paria: tunc fertur ſententia cōtra
illū,qui neceſſariò habuit probare, deinde ipſe dominus. Io.
de Lig.tangit hic diſtinctionem Pe.vtrùm allegans contraria
debeat audiri.de quo articulo dic,vt l.1.C.de furtis.& p Dy.
in c.nullus pluribus.de reg.iu.lib.6.&c.

*S V M M AE.*

1 *Promiſſio indiſcreta, quæ reperitur in inſtrumento, ſine cautione non obligat promiſſorem efficaciter.*
2 *Confeſſio facta verbotenus, præſente parte, obligat confitentem. & hoc ſi facta eſt in iudicio.*
3 *Confeſſioni emiſſæ cum cauſa ſtatur, niſi probetur contrarium. fallit in caſibus.*

Cauſa

4 *Cauſa an requiratur in confeſsione: vel promiſsione.*
5 *Confeſsio facta parte abſente, an præiudicet parti.*

SI cautio. Si in inſtrumento debiti exprimitur
cauſa, condemnatur debitor, niſi pro
bet indebitum: ſi non exprimatur, neceſſe eſt, vt credi-
tor probet illud eſſe debitum. hoc dicit communis diuiſio. Se
1 cunda ibi [ſed ſi cauſam.] ¶ Primò no. † ꝙ promiſsio indiſcre
ta. i. ſine cauſa, quæ deprehenditur in inſtrumento, ſiue cau-
tione non obligat promiſſorem efficaciter. ſi aũt non in in-
ſtrumento, ſed verbo tonus, præſente parte, confiteatur qs ſe
teneri mihi in cẽtum: an obligetur. Ho. dicit, ꝙ ſic. & aliud ſit
in inſtrumento: quod facit tabellio, ſicut placet. de conuerſi.
coniuga. c. dudũ. aliud in cõfitente, qui poteſt loqui apertius,
& cauſam exprimere: ſibi igitur nocere debet verbũ dubiũ,
& non parti, vt l. veteribus. ff. de pac. Remittit ad ſummã de-
confeſ. c. fi. Ego credo opi. Ho. veram, ſi confeſsio eſt facta in
iudicio: in quo quaſi contrahitur, vt l. de ætate. §. qui interro-
gatus. ff. de interro. ac. vel ex eo, ꝙ confeſſio facta in iudicio
habet vim condemnationis, in quo cauſa non requiritur, vt
2 in ca. ſicut nobis. de re iud. † Si autem confeſsio facta eſt ex̃
iudiciũ: nõ credo, ꝙ efficacius obliget cõfeſsio, quàm cautio
ſine cauſa. licèt. n. notarius loquatur, vt placet, in prima, vel
tertia perſona, vt dicto c. dudum. tamen tenor facti trahit ori
ginem à partibus: nec præſumendum eſt notarium omiſiſſe
cauſam in inſtrumento, ſi fuiſſet à partibus expreſſa. eſt enim
cautio contractus probatio, non cõtractus, vt l. qui chirogra
phum. ff. de leg. 3. nec debet eſſe maioris efficaciæ confeſsio
3 nõ redacta in ſcripturã: q̃ ſi redacta fuerit. ¶ Scd'ò no. † ꝙ ſta
tur confeſsioni emulæ cum cã: niſi probetur contrariũ. Fallit
in caſibus, de quib. in pe. gl. quæ dicit, ꝙ debet opponi ĩ. bien
niũ, & nõ poſt. quod eſt verũ: niſi prælatus noĩe eccleſiæ, vel
pro ipſius eccleſiæ negocijs expediendis confiteretur ſe mu-
tuum recepiſſe. hic. n. poſt biẽniũ, & in perpetuum cõpeteret
contra creditorem dicta exceptio: niſi ipſe probet in vtilita-
tem eccleſiæ pecuniam fuiſſe conuerſam. 17. q. 2. c. hoc ius. &
infra de ſoluti. c. vlti. vbi de hoc. Aduerte etiam, ꝙ licèt poſt
biennium ſit præcluſa via opponendi iſtam exceptionem nõ
numeratæ pecuniæ. poſſet tamen de dolo, vel fraude excipi,
etiam poſt bienniũ. qua probata, transfertur onus probandi
in aduerſarij partem, ſm̃ Ho. & ita no. Dy. in c. locupletari. de
4 reg. iuris. li. 6. ¶ Quærit hic primò Io. An. † Vtrùm quod hic
dicitur, ſit verum regulariter, videlicet ꝙ in confeſsione, vel
promiſsione requiratur cauſa: & minus plenè loquitur. & qa
materia eſt longa, remitto ad no. in l. generaliter. & ibi Sali-
ce. C. de non nu. pec. per Cy. vbi plenè proſequitur in contra
ctibus, vltimis voluntatibus, & iudicijs. facit quod no. in l. Lu
5 cius. §. quiſquis. ff. de leg. 2. ¶ Quærit glo. † ſi quis confiteatur
parte abſente: an talis confeſsio præiudicet confitenti. tenet,
ꝙ non. Bart. examinat pleniſsimè hanc quæſtionem in l. non
ſolũ. §. ſi liberationis verba. ff. de li. le. facit qđ no. in l. poſtq̃
a liti. a C. de pact. & l. 1. C. de confeſ. & in c. veniens. s̃. de renun.
per Inno.

ADDITIO.

a ¶ In l. poſtquam liti. & ibi Pet. de Anch. tangit Salic. in l. generaliter. C. de non nu. pec.

SVMMAE.

1 *Notæ, & protocolla poſſunt legari.*
2 *Tabellionem, ſiue notarium quis poſſit creare.*
3 *Contractus ſi reperitur nimis abbreuiatus in protocollo notarij, quid iuris.*
4 *Exemplatio coram quo debeat fieri: & an ſint vocandi illi, quos res tangit.*

CVm P. tabellio. Auctoritate ordi-
narij poteſt nota-
rius notas notarij mortui in publicam formam redi
gere. h. d. nõ diuiditur. ¶ Primò no. ꝙ iſta Decre. dirigitur P.
1 tabellioni, de quo in ſubſcriptione. † & fortè ideò; qa ſibi fue
runt legatæ notę, & protocolla iſtius P. quod eſſe poteſt, vt. ff.
de edẽ. l. quidã. §. nihil intereſt. & tunc eſt etiam neceſſaria iu
dicis auctori. de qua dicit tex. facit C. de eden. l. procurator.
2 de admi. tu. l. chirographis. ¶ Quærit Inno. quis poſsit creare
tabellionem. quam tractat Spe. in ti. de inſtr. edi. §. reſtat. ver.
ſed quis poteſt facere tabellionem. tenet hic Inn. ꝙ ſolus Pa-
pa, & Imperator, & habentes ab eis priuilegium, & etiã con
ſuetudo: ita reges, qui habent ſupremum, & merum imperiũ.
ĩ. qui filij ſint leg. c. per venerabilem. §. j. & per Hoſt. in ſum-
ma. e. tit. §. quibus inſtrumentis. ver. dicitur aũt publicum. &
ſeq. & vide quod not. Specu. eo. tit. §. poſtremò. vbi quærit, an
tabellio creatus ab inferiore poſsit extra territoriũ illius in-
ſtrumenta conficere: vel notarius Imperialis poſsit ſuper re-
bus eccleſiaſticis conficere inſtrumenta: vel econtra eccleſia
ſticus ſuper rebus temporalibus. dic vt ibi. & in. §. reſtat. e. ti.
& ibi. §. oſtenſo. ver. quid ſi abbreuiatura. & ver. ſe. vbi quæri
3 tur, † quid iuris, ſi in protocollo notarij reperitur contractus
nimis abbreuiatus. de quo hic per Io. An. qui dicit, ꝙ poterit
percipi tenor ex alijs inſtrumentis eiuſdem notarij: & ſm̃ illa
extendi dictam abbreuiaturam. & hoc tene menti. Multoties
. n. contingit, ꝙ notarii, qui ſunt pigri in ſcribendo, ponunt ni
mis abbreuiatè in ſuis protocollis contractus. Communiter
enim ſolent dicere, promiſit, &c. pro quibus omnibus, &c. iu
rauit, &c. quid autem iſta, &c. importent. dic vt in Spec. de in-
ſtru. edit. §. oſtenſo. & §. inſtrumentum. §. quid ſi. & per Bart.
4 in l. Gallus. ff. de li. & poſthu. ¶ † Quæritur hic per Doc. an in
a iſta exemplatione a ſint vocandi illi, quos res tangit. dicunt, ꝙ
ſic. & requiruntur alia, de quibus hic in nouella. Coram quo
fiat iſta exemplatio. dic vt in dicto. §. oſtenſo. ver. fiebat autẽ.
& §. poſtquam. ver. ſed nunquid. vbi no. an in inſtrumento cõ
ficiẽdo requirat̃ mãdatũ partiũ. de quo in dicto. §. inſtrumen
tum. ver. itẽ opponitur. & ibi no. an notarius, dum viuit, poſ-
ſit alteri committere completionẽ inſtrumenti. de quo in gl.

ADDITIO.

a ¶ Exemplatione. Vide Sali. in l. contractus. in 6. q. C. eo. titu. vbi plenè, & pulchrè.

SVMMAE.

1 *Inſtrumenta, vel teſtamenta cum quibus ſolemnitatibus debeant publicari, & in formam publicam redigi.*
2 *Teſtamentum factum ſolemniter per notarium, an indigeat publicatione.*
3 *Teſtamentum publicatum quem effectum habeat.*
4 *Pars, quæ debet vocari in publicatione teſtamenti inſtrumenti: ſi eſt in remotis partibus: & charta, quæ petitur publicari, & redigi in publicam formam, vetuſtate conſumatur: & periculum eſt in mora, quid iuris.*
5 *Partes omnes, quarum intereſt, ſi conſentiant, quòd tabellio aliquam priuatam ſcripturam publicet: ita quòd à principio adhibeatur fides. quid iuris.*

SI inſtrumenta. Inſtrumentum extractũ
per tabellionem aucto-
ritate ordinarij, eandem vim habet cum originali. hoc
d. ſe ſummat, ponens petitionem: præſentationem: examina-
tionem: præceptum: & effectum. Innocen. & Ioan. And. poſt
1 eum plenè proſequitur. † cum quibus ſolemnitatibus debeãt
inſtrumenta (aliàs teſtamẽta) publicari: & in formam publi
cam redigi. ¶ Primò dicit, quòd debeat adiri iudex compe-
tens. ¶ Secundò, quòd ille, qui petit hoc, de calumnia iurare
debet. ¶ Tertiò vocantur illi, quos res tangit. ¶ Quartò te-
ſtes



ſtes inſcripti in eodem producentur. aliàs producerentur, ſi
coram teſtibus, & ſine ſcriptura teſtamentum factum dica-
tur. ¶ Item eſt fienda publicatio coram officiarijs laicis, non
2 clericis: quod tamen limita, vt hic in nouella. † quid autem ſi
tale teſtamẽtum factum eſt per notarium: an indiget tali pu-
blicatione? aliqui, quòd ſic. aliqui contra. quod eſt verius, ſe-
3 cundùm Inn. ¶ † Quæritur de effectu publicationis huius te
ſtamenti. dic, ꝙ poſt publicationem ponendus eſt hæres, qui
publicari fecit, in poſſeſsionem hæreditatis. ĩ. de verbo. ſign.
c. dilecto. per Hoſt. item faciet perpetuam fidem. vt l. 2. C. de
4 teſta. ¶ Secundò quæritur. dictum eſt, † ꝙ ſunt vocandi, quo-
rum intereſt. quid ſi ſint in remotis partibus, & hæc charta,
quę publicari petitur, & redigi in publicam formam, vetuſta
te cõſumatur. & periculum eſt in mora. dic, quòd ipſo abſen
te, fieri poterit, ſaluo iure ipſius, vt. s̃. vt lite non conteſt. in c.
5 quoniam frequenter. in princi. ¶ Tertiò quæritur. † Si partes,
& omnes, quorum intereſt, cõſentiant, quòd tabellio aliquã
priuatam ſcripturam publicet: ita quòd tali ſcripturæ adhi-
beatur fides: ac ſi à principio manu publica facta eſſet: nun-
quid talis ſcriptura faciet perpetuam fidem, ſaltem inter il-
las partes, quæ conſenſerunt? dic, quòd ſic, vi pacti ſolem-
nis, non vi ſcripturæ. In contrarium facit quod no. in c. cum.
P. tabellio. s̃. proximo. vbi dicit idem Inn. quòd non poſſunt
conuenire partes nudo pacto, quòd credatur inſtrumentis
confectis manu alicuius priuati: ſicut non poſſent priuato iu
riſdictionem conferre, vt l. priuatorum conſenſus. C. de iuriſ.
omnium iudi. dic, vt in Specu. de inſtru. edi. §. reſtat. ¶ Vlti-
mò quærit hic Inno. vtrùm publicatio, de qua loquitur hoc
c. habeat locum in omnib. inſtrumentis publicis: priuilegijs:
breuiaturis: dictis teſtium: ſententijs: actis: & omnibus, quæ
poſſunt vetuſtate conſumi. dicit, quòd ſic.

# De præſumptionibus.

QVIA Præſumptiones interdum ſolemnẽ pro
bationem faciunt: quandoque alias proba-
tiones adiuuant: quandoq; plenè probant,
vt violentæ. Ideo poſt tractatum de pro-
bationibus. de teſtibus: & de fide inſtrumẽ.
inſeritur hæc rub. ad materiam facit 18. di
ſtinct. c. peruenit. ĩ. de ſpon. c. is, qui fidem. cum alijs hic mul
tis ſimilibus allegatis in glo.

SVMMAE.

1 *Noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſagittas in mortem: licèt mors non fuerit ſubſecuta.*
2 *Animus delinquentis præſumitur ex qualitate inſtrumenti.*
3 *Fraus, & praua intentio per exteriora probantur.*
4 *Malum, & damnum illatum ſemper præſumitur malo animo factum.*
5 *Offendens alium verbo, vel opere (quamuis proteſtetur, quòd non animo iniuriandi, vel occidendi) talis proteſtatio nihil operatur.*

1 SIcut. No. † ꝙ noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſa-
gittas in mortem: licèt mors nõ fuerit ſubſe-
cuta. de pœni. di. 1. c. ſi quis cum telo. quia in maleficijs
voluntas ſpectatur, non exitus, l. diuus. ff. de ſica. & punitur af
fectus: licèt non ſubſequatur effectus, vt l. ſi quis non dicam.
2 de epiſcopis. & cleri. ¶ Secũdò no. † quòd ex qualitate inſtru
menti præſumitur animus delinquentis. proijciendo enim lã
ceas, & ſagittas, præſumitur animus occidendi, vt hic. ſecus
ſi pugno, vel calce, vt l. j. §. diuus. ff. de ſica. & l. ſi non conuicij.
3 C. de iniur. ¶ Tertiò no. † ꝙ fraus, & praua intentio per exte-
4 riora probantur. vnde dicit Inno. † malum, & damnum illa-
tum ſemper præſumitur malo animo factum: niſi probetur
contrarium, vt ff. ad legem Aquili. l. itẽ ſi obſtetrix. imò plus.
5 † vbi verbo, vel opere quis offendit: aliũ, & proteſtatur, ꝙ nõ
animo iniuriandi, vel occidendi: talis proteſtatio nihil opera
tur. facit c. fina. de homici. lib. 6. & quod no. Bar. in l. non ſo-
lùm. §. ſed vt probari. ff. de noui ope. nun.

SVMMAE.

1 *Iudex pro habenda veritate debet fingere, quod non eſſet facturus.*
2 *Iudex exequitur præcepta ſua per miniſtros.*
3 *Ceſsio litis facta ob timorem, & intuitu pietatis, non præiudicat.*
4 *Infans, ſuper quo iſtæ duæ mulieres litigabant: ſi vtraque deceſsit lite pendente: cui ſuccedet? vtrùm vtrique: neutri: aut alteri.*

AFferte mihi. Ex violẽta præſumptio
ne fertur diffinitiua. h.
d. Et prima pars ponit factum, ex quo. ſecunda
1 diffinit. ibi [reſpondet.] ¶ Primò no. † quòd iudex debet pro
habenda veritate fingere, quod non eſſet facturus. & alibi di
cit l. non eſſe cõſtantis iudicis, cuius animi motum vultus de
tegit. vt l. obſeruandum. ff. de offic. prę. & in iſtis dubijs
ſupplendo de facto, ſuum officium eſt latiſsimum, vt. s̃. titu.
2 proxi. c. cum Ioannes. ¶ Secundò no. † quòd iudex exequitur
per miniſtros præcepta ſua. dum dicit [diuidite.] facit. C. de
3 execu. rei iudi. l. executorem. ¶ Tertiò no. † ꝙ ſicut confeſsio
extorta formidine tormentorum non nocet confitenti: ita ẽt
litis ceſsio facta ob timorem, & intuitu pietatis non præiudi
cat. quod eſt no. dicit enim mulier vera mater, da illi. & ſic li-
ti videbatur ceſsiſſe. & tamen ſibi non pręiudicat. quia emiſ-
ſa ob timorem: ne filius eius diuideretur. ¶ Quartò no. ꝙ ex
falſa vnica pręſumptione iudex fert ſententiam in cauſa. quia
fuit violenta præſumptio. & condemnauit in ciuili ad reſtitu
tionem, non criminaliter, mulierẽ, quæ ſubtraxit. quod qua-
4 re fecit, dicam infra eod. c. quia veroſimile. ¶ Querit glo. † ſi
lite pendẽte vtraque mulier deceſsit, cui ſuccedet iſte infans:
vtrùm vtrique, neutri, vel alteri. Lau. dicit, quòd ſuccedet illi,
quæ eum poſsidebat: ſiue ei, quæ erat in poſſeſsione filiatio-
nis. Si autẽ neutra, & volebat alteri ſuccedere: oportet quòd
probet ſe filium: aliàs repellitur. Si autem ambas hæreditates
poſsidet. dic vt hic per Io. An. & plenè in diſputatione Iac. de
Bel. quam poſuit in l. j. C. quorum bonorum.

SVMMAE.

1 *Præſumptio bonitatis reſultat ex bona vita, & conuerſatione ſapiẽtum.*
2 *Intrinſeca probant mores hominum.*

1 EX ſtudijs. Verba ſunt Salomonis Prouer.
20. cap. ¶ Primò not. † quòd ex
bona vita, & conuerſatione ſapientum reſultat præ-
ſumptio bonitatis. vnde quidam poeta Græcus ait. Primum
eſſe beatum, qui per ſe ſapit. ſecundum, qui ſapientem au-
dit. illum autem, qui vtroque caret, inutilem eſſe tam ſibi,
2 quàm omnibus. † probant ergo intrinſeca mores hominum.
vt l. non codicillum. C. de codicil. quandoq; tamen homines
mutant mores in melius. vnde Tullius de Catilina. Multos
vidi, & audiui. qui cum totam adoleſcentiam voluptatibus
dediſſent: ſe ad bonam frugem recepiſſe: & graues, & il-
luſtres homines fuiſſe. multa exempla ponit Valerius libro
6. cap. fina.

SVMMAE.

1 *Contumax præſumitur fouere iniuſtam cauſam.*
2 *Iura præſumunt contra petentem plures dilationes.*

NVllus. Præſumitur contra illum, qui dila-
tionibus ſubterfugit iudicium. po-
ne caſum p̃ c. veritatis. s̃. de dolo, & cõtu. ¶ Pri-
1 mò no. † quòd præſumitur contra contumacem, vt foueat in

2 iuſtam cauſam ¶ Secundò not.† ꝙ contra petentem plures
dilationes iura præſumunt: & videtur confiteri.vt hic. non ta
men eſt adeo vehemens præſumptio, quòd ad condemnatio
nem ſufficiat:ſed contra tales in ciuili,& criminali multis mo
dis iura prouident.facit.c.2.de conſecra. diſt. 6. & c. quoniã
frequenter.§.in aliis.vt lite non conteſt.& de dolo., & contu.
c.veritatis.cum multis ſimilibus.

*S V M M AE.*

1 *Qui redarguitur de pluribus,& in delatione criminum aliqua præ-*
*termittit,quicquid tacuerit,confitetur.*
2 *Tacens conſentire videtur.*
3 *Propoſitis duabus quæſtionibus,ſi reſpon detur vni negatiuè,& al-*
*tera relinquitur inſoluta: videtur ſolui negatiuè.*

NOnne. Qui tacet,conſentire præſumitur.
1 ¶Primò no.† ꝙ qui redarguit de
pluribus, & in delatione criminum aliqua præter
mittit:quid quid tacuerit,confitetur.verba ſunt Hiero.contra
2 Ioannem epiſcopũ.¶Secundò no.† ꝙ tacẽs conſentire videt.
de qua materia plenè in l.quæ dotis.ff.ſo.ma.per Bar. Et ſi ta
cens cõſentire videtur:multò fortius agens.& ſic facit ad quę
ſtionem epiſcopi,cuius conſtitutio prohibet alienationẽ fie-
ri ſine ſua licentia: cum ſi fiat,in eo videatur cõſenſiſſe:& licẽ
tiam dediſſe.de qua in regu. qui tacet.in mercuriali.& ad ma
teriam vide in mercuria.in regula. is qui tacet. ¶ Tertiò no.
3 † quòd propoſitis duab. quæſtionibus,ſi reſpondetur vni ne
gatiuè, & altera relinquitur inſoluta: videtur ſolui negatiuè.
ar.contra.ff.de cura.furi.l.conſilio.& quod no.ſ.de offi.delé.
c.prudentiam.1.reſponſo.

*S V M M AE.*

1 *Papa debet diuidere,& partiri ſolicitudinem ſui officij inter plures.*
2 *Papa committit in vna prouincia alij vices ſuas.*
3 *Ceſſio,ſiue commiſſio alicuius adminiſtrationis non videtur in dubio*
*fieri loco,ſed perſonæ.*
4 *Commiſſio facta ſub nomine dignitatis,an tranſeat in ſucceſſorem.*
5 *Præſumptio fit de preterito in præſens. maximè concurrente præſum*
*ptione naturę.*

MAndata Ex præteritis pſumimus cir-
ca futura.h.d. præmittit exor
dium.& deinde ſubdit narrationem.ibi: [proin
de.] quam demum determinat. ibi [ quas non loco ] ſubiun
1 git rationem,ibi [ quia ] ¶ Primò no.† ꝙ Papa debet diui-
dere,& partiri ſolicitudinẽ ſui officii inter plures.idem facit
Imperator,vt l.præcipimus.C.de appel.idem paterfamilias,
diuidendo fundum in partes gratia melioris, & commodio-
ris culturæ , vt l.Caius.ff.de leg.2.facit.89.di.c.1.& c.ad hęc.
2 ¶ Secũdò no.† ꝙ Papa committit in vna prouincia alij vices
ſuas.facit C.de offi.eius,qui vi.alte.ge.l. 2. Cum ergo archi-
epiſcopus propter diffuſam prouinciam : vel epiſcopus pro-
pter diffuſam diœceſim plures vicegerentes conſtituit:an ad
conſtituentem , vel ſuperiorem eius appellabitur. vide quod
3 no.in c.2.de reſcrip.in Clemen. ¶ Tertiò not.† ꝙ ceſſio,ſiue
cõmiſſio alicuius adminiſtrationis non videtur in dubio fieri
loco,ſed perſonæ.concor.ſ.de offi.dele.c.vlti. & plenè. ĵ. de
inſti.c.cũ veniſſent.& per Bar.de ſerui. l. pater filiæ. ff. & per
Dyn. in c. priuilegium. in mercu. & in Spe. de inſtru. edi. §.
nunc autẽ. ver.quid ſi Papa.¶ Et aduerte,quia per iſtum tex.
limitatur quod no.Doc.in c.quoniam abbas.ſ.de offi.deleg.
4 † vbi commiſſio facta ſub noĩe dignitatis trãſit in ſucceſſorẽ.
illud eñ eſt verũ , qñ fit cõmiſſio dignitati : quæ ſtat per ſe.
ſecus ſi eſt dignitas acceſſoria, & dependens ab alia.vt vica-
rii.cõmiſſio eñ facta alicui,vt vicario,non tranſit in futurum
vicarium,ſi moritur, vel promouetur.vt not. Doc. in l. quod
principi.& l.ſi Auguſtæ.ff.de le. 2. vt tranſlatio in ſucceſſorẽ
huius maximi epiſcopi.quia fuit electa induſtria. ſed quia cõ
miſſio fuit facta tanquam vicario,ſiue vicegerenti.& hæc eſt
5 ſubtilis ratio ad hunc tex.quod dictum not. ¶ Quartò not.
ꝙ præſumimus de præterito in præſens,maximè concurren
te præſumptione naturæ.quæ eſt, vt quilibet præſumatur bo
nus.quod dic,vt in c.& ſi fortè.de elec.li.6. itẽ econuerſo , ſi
in præteritum fuit malus, & hodie præſumatur. vt in reg. ſe-
mel malus.per Dy.& in l.ſi prius.ff.de no.ope.nun.Illa autẽ,
quæ extra perſonam ex accidenti proueniunt (vt diuitię:pau
pertas: & ſimilia ) an præſumantur de præterito in præſenti:
dicam.ĵ.eo.c.ſcribam.

*S V M M AE.*

1 *Vicini præſumuntur ſcire,quæ inter eos aguntur.*

QVoſdam. Ratione vicinitatis præſumi-
tur ſciri,qđ agitur.h.d.¶ Pri-
1 mò no. † ꝙ vicini præſumuntur ſcire , q̃ inter eos
aguntur:vnde illud,de quo fama viget in ciuitate,nõ eſt licitũ
ignorare.nec præſumitur ignorantia. qđ eſt verũ:niſi eſſet ab
ſens,vel infirmus.vt in c.cũ tua.qui ma. accu. poſ. facit quod
no.Bar.ff.de acqui.hære.in l.is,qui poteſt.vbi autem non pro
batur fama loci,ignorantia probatur per iuramẽtũ. vt in re.
præſumitur.& vide quod no.23.q.1.c.nuncius &c.

*S V M M AE.*

1 *Præſumptio iuris,& de iure quæ dicatur:& quid operetur.*

QVanto. Tangit gl. de præſumptione iuris
tantum, & de præſumptione iuris,
& de iure. de qua materia dic.2.q.1.c.ſemper.& in
1 Spe.eo.ti.§.2.& Inn.ĵ.eo.c.quia veroſimile.& hic no.† ꝙ præ
ſumptio iuris, & de iure eſt, quæ non admittit probationem
in contrarium.quod eſt verum:niſi per confeſſionem partis,
vt in Auth.de æquali.do.in prin.pſumptioni.n.iuris tantũ ſta
tur,donec contrarium probetur.ĵ.de ſpon.c. is qui fidẽ.pro
babilis verò quandoque inducit ſemiprobationem.ĵ. de ſen.
exc.c.inquiſitio.¶ Quandoque ſufficit ad purgationem indu
cendam.2.q.1.c. presbyter. quandoque requirit probationẽ
contra ſe.ff.quod metus cauſa.l.non eſt veroſimile. qñq; con
tra ſe nullã pbationẽ admittit:niſi fama, vel alia circũſtãtia.
ſiue contra ipſam.ĵ.c.quia veroſimile. quandoque ſecum ad
ducit ſententiam.ĵ.eo.c.illud.& c.ſeq.

*S V M M AE.*

1 *Præſumptio ex præterito an fiat circa præſens,vel circa futurum:Et*
*an de præſenti in præteritum.nu.2.*

SCribam. Breue eſt,innuens, ꝙ ex pręteritis
præſumitur circa futura.& quia gl.
1 tangit,† an ex pręterito pręſumatur circa pręſens:vel
circa futurũ.iõ latius ſic diſtingue.nã quędã ſunt,ex quib. ne
ceſſariò ſequitur,ꝙ ſi fuit in pręteritũ:ergo & in pñs:vt ſi fuit
parẽtela olim , pſumitur parentela hodie. qa ẽ immutabilis.
vt l.ius agnationis.ff.de pac.& in l.nõ nudis.& l.non epiſtolis
C.de probat.& in multis aliis.vt ſi probo quẽ deceſſiſſe:præ-
ſumitur mortuus hodie,niſi miraculosè.vt ff.de legi.l.nam ad
ea.& in iſtis non ſolùm pręſumitur : ſed imò neceſſariò pro-
batur.quędam ſunt,quę ſolo curſu temporis neceſſariò mu-
tantur:vt ætas.tunc qui ſemel fuit minor: non pręſumitur ho
die eſſe,vt C.de proba.l.cum te.& idẽ in fructibus, qui neceſ
ſariò corrumpuntur,vt l.1.ff.de glan.leg.Quædam ſunt,quæ
mutantur cõtingenter:& cõtingẽter durant.& hic eſt dubiũ.
& dic,ꝙ aut mutãtur cõtingẽter ſine aliquo facto naturæ: &
tunc ex præterito l.nil pręſumit in præſens.ſ.nec durare, nec
mutatũ eſſe,vt in numero tutelarũ.& ideo ei, q dicit, incũbit
onus



onus probandi,vt l.ſpadonem.§.quia ſolutus. ff.excu. tu. vñ
qui dicit tutelam finitam,dẽt probare,vt l.minor.ff.de mino
ri.facit l.ex facto.§.pe.ff.ad Treb.Quædã ſunt, quæ mutãtur
contingenter(tñ facto noſtro interueniente ) & tũc procedit
l.ſiue poſſidetis.C.de prob.nã qđ ſemel fuit,ſemper eſſe præ
ſumitur,vt ibi.Quædam ſunt, quæ contingenter mutantur fa
cto alterius.exemplum Titius hẽt te obligatum.ꝙ tu libere
ris ab eo,nõ põt contingere facto tuo, nec meo.Et iõ iſto ca
ſu lex nihil præſumit.ſed ei,qui dicit, incumbit onus proban
di,vt no.Cy.in l.2.C.de iure emphi.& Inn. in c. ſuper his. de
2 accu.¶ Sed hic quæritur.† quid econuerſo:an de præſenti in
præteritũ.diſtingue.nam quãdoq; de pñti volumus præſume
re in præteritũ iſtud idẽ.qñq; volumus præſumere aliud. pri
mo caſu:aut pñs tps hẽt ſe in præteritũ,in quo volo præſume
re,ſicut finis & initium:& tũc de pñti præſumimus in præteri
tum.vt l.Iulianus.§.proinde.ff.ad Macedo.vbi filius, ſi vertit
in rem patris pecuniam mutuatam,præſumitur ab initio illo
animo recepiſſe. vt.C.de agri.& cen.l.litib. vbi ſi colonus rñ-
det mihi de fructibus:præſumitur meo noĩe collegiſſe. qñq;
præſens ſtatus non habet ſe ad præteritum eo mõ: & tũc aut
illud,quod eſt præſens,habet in præterito neceſſario contra
riam veritatem.& tunc non præſumimus de præſenti in præ
teritũ,vt l.3.ff.de probatio.aut non hẽt. & tũc aut pñs ſtatus
habet ſe ad non eſſe:aut ad eſſe.primo caſu ex præſenti præ-
ſumimus in præteritum,vt l.3.C.de proba.aut hẽt ſe ad eſſe.
& tunc ex præſenti non præſumimus in præteritũ.exemplũ,
ſi ego hodie poſsideo,non præſumor olim poſſediſſe.vt l.ſup
longi.C.de præſcrip.lon.tẽ.Et ſi hodie ſum dominus, nõ præ
ſumor olim fuiſſe dominus,vt l.ſi mater.§.eandẽ. ff. de exce.
rei iud.& quod.ſ.dixi.qñ ſe habet ad non eſſe: intellige ſim-
pliciter.nam ſi habet ſe ad non eſſe per modum cuiuſdã pri-
uationis.vt ſi diceretur me liberatum fuiſſe . tunc non præſu-
meretur in præteritum.imò infertur contrarium.quia ad po
ſitionem priuationis ſequitur poſitio habitus. vt l. decem. ff.
de verb.obli.¶ Secundo caſu quando ex præſenti volo præſu
mere aliquid in præteritum:& tunc qñq; præſens infert præ-
teritum ex neceſsitate.exemplum. aliqua peperit hodie , ex
hoc infertur de neceſsitate,ꝙ infra tps.ſ.quod intra.11.men
ſes præteritos cognouerit hominem.in Auth.de reſti.& ea,q̃
parit.§.vtrùm ſi quidem. & idem in ſimilibus : vt ſi puer pe-
nes me creuit,& in domo,præſumitur præſtiterim alimenta.
C.de ali.pu.præſt.l.ſi. Qñq; præſens non infert præteritũ de
neceſsitate.& tunc de præſenti non præſumitur in præteritũ
regulariter:vt faciat plenam probationem,vt C. de proba. l.
matrem.& l.natales.fallit,vt l.ſi quæ adulteri.C. de adul. põt
tamen contingere,ꝙ ex præſenti reſultat præſumptio in præ
teritum.vt l.in ciuili.C. de fur. In his autem , quæ mutantur
curſu temporis:non præſumitur de præſenti in pręteritum.vt
l.ſpadonem.§.qui abſolutus.ff.de excu.tu.Et prædicta faciũt
ad qõnem,quam ponit Dy.in l.1.§.magiſtratus.ff. de mag.
3 ¶ Quęrit.n.ibi.† ſi quis mihi vendidit rem,iam ſunt.20.anni,
qui modò damnatur de hæreſi.nunquid poterit iſta res mihi
auferri,quaſi ex præſenti præſumatur tunc fuiſſe hæreticum.
ex prædictis collige,ꝙ non:quia præſens conuerſatio.ſ.in hæ
reſi(de qua damnatus eſt)habet contra ſe præteriti temporis
contrariam veritatẽ. quia neceſſarium eſt dare tẽpus aliqđ,
ſaltẽ dũ erat pupillus.ĩ quo talis nõ erat hæreticus. & hoc ſẽ
tit Old.aliter Pe.in l.ſi verò.§.qui pro.ff.qui ſatiſd.co.& hoc
tene menti.an ſi mali mores,ſiue malitia in præſenti inferant
præſumptionem in præteritum.econuerſo.n.certũ eſt, ꝙ ſic.
vt qui ſemel fuit malus,ſemper præſumatur malus.vt in reg.
qui ſemel malus,per Dy.& alios. Et prædicta recollegi ex di
ctis domini Bar.& dicit Bal.in l.3.C.de probatio.

*S V M M AE.*

1 *Probare volens,quod non eſt veroſimile,non eſt admittendus:niſi ſit*
*aliud,quod huiuſmodi probationem adiuuet.*
2 *Iudex dẽt multũ temperare ſententiam,vbi præſumptionibus agitur.*

QVia. Efficacior probatio requiritur ab eo , q
pbare vult:quod nõ eſt veroſimile. h.d.
1 ¶ Primò no. † ꝙ vbi quis vult probare aliquid, qđ
non eſt ueroſimile:nõ eſt ſuper hoc admittenda eius proba-
tio:niſi ſit aliud,quod hmõi præſumptionem elidat,puta fa
ma loci:vel bonitas teſtium:vel aliqua alia rõnabilis circũſtã
tia.ad idem.ſ.de probat.c.in noſtra.& de no.ope.nũ.c.2. ſm
2 Inn.qui no.hic inter alia,† ꝙ vbi ex præſumptionib.procedi-
tur,multum debet iudex temperare ſñiam.& maximè,ne cõ
demnet,niſi raro,vel modicè ad pœnam nec corporalẽ , nec
pecuniariam,quod bene colligitur ex ſñia Salomonis. ſ. e.c.
2.vbi licèt ex præſumptione adiudicaret vni mulieri vnum fi
lium:non tñ voluit condemnare aliam ad mortem:ad quã iu
ſtiſsimè erat condemnanda,ſi legitimè eſſet probatum cõtra
eam,ꝙ filium alterius clam ſurripuiſſet. quod verbum nota.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium,quod non poteſt verè probari:poteſt probari per plu-*
*res præſumptiones.& nu.7.*
2 *Cohabitatio longi temporis ſufficit ad probandum matrimonium de*
*iure canonico.*
3 *Denominatio in inſtrumento, qua aliqui denominantur maritus , &*
*vxor,non ſufficit ad probandum matrimonium.*
4 *Præſumptiones contrariæ diſſenſui non eliduntur: licèt probetur ex-*
*preſsè diſſenſum præceſsiſſe.*
5 *Delatio annuli inducit aliqualem præſumptionem pro matrimonio.*
6 *Præſumptio vna eliditur per aliam.*
8 *Cohabitatio decem , vel viginti annorum,ſiue plurium,fama viciniæ*
*concurrente:an ſufficiat ad probandum matrimonium. & quid in*
*ſpirituali matrimonio.*

ILludquoq; Per noĩationem,cohabitatio
nẽ,& famã pbatur cõiugiũ:
maximè ſi non appareant inſtr̃a contraria.h.d. cõis diui-
1 ſio.ſecũda ibi[verũ.]¶ Primò no.† ꝙ matrimoniũ , quod nõ
põt verè probari:poteſt probari per plures præſumptiones,
2 quæ hic concurrunt.¶ Secundò no.† ꝙ ſola cohabitatio lon-
gi temporis nõ ſufficit ad probãdum matrimoniũ de iure ca
nonico:ſecus de iure ciuili,ſm quod in liberę mulieris cõſue
tudine præſumitur matrimoniũ.vt.ff.de ritu nup. l. in liberæ.
3 & 30.q.5.c.j.¶ Tertiò no.† ꝙ ſola denoĩatio in inſtr̃o nõ ſuf-
ficit:vt per eam illi,qui noĩantur,vt maritus & vxor, pro tali
bus habeantur.facit l.Herennius.ff.de decuri.Ratio eſt; quia
illa verba non principaliter,ſed incidẽter emittũtur in inſtr̃o:
iõ tãquam verba enunciatiua fidẽ non faciunt,vt in c.cum in
iure.de offi.delega.facit l.ex his verbis.C.de teſt.milita. & l.
hac ſcriptura.ff.de dona.per Bar.& in c.1.de prob.in cle. vbi
oĩno vide.Reſultat tñ ex tali noĩatione præſumptio in hoc ca
ſu.quia inſtr̃m faciebat mẽtionẽ de dona.propter nup.q̃ niſi
inter coniuges nõ vendicat ſibi locũ,vt in iurib.alle. in gl.no.
Et iſtud inſtr̃m videbatur facere inter eos plenã fidem. qa e-
miſſum ſuper acceſſorio ad matrimonium,ſine quo vires hr̃e
non poterat,ar.l.illud.ff.de acq.hær. coniuncta.l.optimã.C.
de contrahẽ.ſtip.ſed iõ nõ facit plenam fidẽ.quia in numero
requiruntur verba cõſenſum exprimẽtia de pñti.ĵ.de ſpõ.&
4 o.tuæ.& de ſpõ.duo.c.pe.¶ Quartò no.† ꝙ licèt probetur ex
preſsè diſſenſum præceſsiſſe: tñ pręſumptiones contrarię diſ
ſenſui nõ eliduntur.licèt.n.ſit pſumptio,ꝙ quis duret in eadẽ
voluntate,vt in c.maiores.de bap.tñ hęc pręſumptio ex facto
5 cõtrario ſubſecuto eliditur,vt hic patet.¶ Quintò no.† ꝙ de
latio annuli aliqualẽ pręſumptionem pro numero iducit. de
quo in gl.annulus aũt qñq; eſt ſignum dignitatis. quandoq;
ſignũ vanitatis,vt.ĵ.e. de vi.& hone.cle.c. vt clericorũ. Qñq;
eſt ſignũ inueſtiturę,vt.ĵ.de his,quæ fiunt à præla.c.ex ore li
6 bertatis.ff.de iure an.aure.l.2. ¶ Sextò not. † ꝙ vna præſum-
ptio eliditur p aliã,vt.ĵ.c.literas.& ff.de in inte.reſt.l. diuus.
7 ¶ Septimò not.† quòd etiam ſi concurrant omnia prædicta,

cohabitatio,nominatio,donationis aſsignatio,& annulorum
delatio : non tamen iudicatur pro numero:niſi fama viciniæ
concurrat:ſed cum ea,& aliis,quę ſequuntur in tex.& de com
muni mēſa,& lecto ſufficeret numerus. ¶ Hinc ſumpta occa
8 ſione quęrit poſt Inn. & Hoſt.Io.An.†nunquid cohabitatio.
10. vel 20. annorum,ſiue plurium, fama vicinię cōcurrente,
ſufficiat ad probandum matrimoniū . Eadem eſt quæſtio de
matrimonio ſpūali.ſi quis vt rector,clericus,vel vt canonicus
ſtetit in aliqua eccleſia.& fama vicinię habeat,ꝙ talis erat:nū
quid ſufficiat.dicit ꝙ ex hoc non ſolum in poſſeſſorio.vt in.c.
ex parte.de reſti.ſpoli.ſed ēt in petitorio obtinebit.vt ſ.eo.c.
quia veroſimile.contra tñ hoc facit.quia in rebus prophanis
probatio poſſeſsionis præteritę:& fama ſui petitorij nō ſuffi-
cit,niſi probetur certum dominiū:vt ff.de rei vē.l.in rē actio.
& hoc de rebus prophanis ꝙ non ſufficit, tenet hic Inn. licèt
contrariū notauerit.ſ.de reſt.ſpo.c.ſæpe contingit.¶ Sed qui
tenēt idē,qđ primo dixi, reſpōdēt, ꝙ in rebus prophanis nō
inquirit iudex:ſicut in iſtis ſpūalibus : vel quærit ſæpe titulū à
poſſeſſore.& in coniugatis ēt inquirit,ſi legitimè ſunt coniun
cti,& conſanguinei mulieris non paterentur,ꝙ pro concubi-
na maneret. ¶ Ex his tñ quæ diffuſius proſequitur,ſic diſtin-
gue.aut eſt quæſtio inter ipſos,qui coniugati dicuntur:vel cū
eo,qui dicit ſe rectorem.aut de matrimonio,vel ipſorum offi
cio vertitur contentio inter alios.primo caſu aut factū eſt re-
cēs:aut antiquū.ſi recens debet verè , vel præſumptiuè proba
ri:puta quia fama concurrit:comedit vt vxor ad menſam. ad
eccleſiam incedit ornata:& ita ſe noīat. Si autem eſt factum
antiquum,ſufficit ſola fama cū quaſi poſſeſsione:niſi fortè in
his duobus caſibus præiudicaretur alteri matrimonio cōtra-
cto in facie eccleſiæ: quia tunc iſtæ præſumptiones fortè non
ſufficient ad dictum matrimoniū dirimendum. qđ tāgit Inn.
nec firmat . ¶ Scđo caſu principali cum inter alias perſonas
eſt qō de matrimonio duorū ſine alicuius officio:vt iter illos,
q ſe aſſerunt natos ex dicto matrimonio eſſe legitimos : vel
de ordinibus à tali collatis.& iſtis ſufficit probari quaſi poſ-
ſeſsionem.de verb.ſig.c.veniens.& ſ.de reſti.ſpo.c.ex parte.
& vtrobique per Inn.& in Spec.de probat.penul.colum. ver.
verum licèt.vſque ad ver. qualiter.facit qđ no.Io.An.de con
ceſ.pben.c.qa in cūctis.in gl.dicit Ho.ver.quid ſi duo.li. 6. fa
cit qđ no.Doc.in l.ſi ſolēnibus.C.de fide inſtr.vbi no.an qua
ſi poſſeſsio priuilegii releuet quē ab onere pbandi. ad hoc vi
de c.cū perſonæ.de priuile.lib.6.& 100.di. c. cōtra morem.

*S V M M AE.*

1 *Vir poteſt accuſare mulierem de adulterio, & inceſtu.*
2 *Carnalis copula præſumptiuè probatur, ſicut et filiatio.*
3 *Secreta loca ſemper ſunt ſuſpecta:ſimiliter & tenebræ.*
4 *Teſtimonium de credulitate valet:& quare.*
5 *Damnari an quis poſſit ex violenta præſumptione.*
6 *Mulier,quæ commiſit inceſtum, prohibetur contrahere:niſi timeatur de incontinentia.*

LIteris. Per uiolentam præſumptionem proba
tur carnalis copula.h. d. communis di-
1 uiſio.ſecunda ibi [ conſultatio. ] ¶ Primò not. † ꝙ
vir accuſat vxorem de adulterio, & inceſtu. quod contingit,
quando nupta ab aliquo conſanguineo viri patitur ſe cogno
ſci.quo caſu,quādo criminaliter ageretur: deberet is acrius,
qui deliquit , puniri, vt l. ſi vt adulterium cum inceſtu. ff. de
adul.In iſto autem c.non agebatur criminaliter:ſed ciuiliter,
ad ſeparationem thori. ad quam accuſationem non admitti-
tur quis,niſi maritus.32.q.1.c.ſi quis vxorem.& q.5.c. præ-
cepit Dominus.ad criminalem autem accuſationem adulte-
rii an alius admittatur.dic vt l.ſi maritus.ff.de adul. ¶ Secun
2 dò no.† ꝙ carnalis copula præſumptiuè probatur, ſicut filia-
tio. vt l.Lucius.ff.de condi.& demonſtra. Ratio eſt,quia illæ,
quæ non poſſunt verè probari:ſufficit ſi probentur per conie
cturas,& indicia : vt in carnali copula, & filiatione apparet.
& in factis antiquis,quæ non patent viſui:vt Chriſtum cruci-
fixum:vel Iuſtinianum Imperatorem fuiſſe,vt no.Inno. ſ. de
de iura.calum.c.cum in cauſa.& l. 2.§. in ſumma. ff. de aqua
plu.arcen.& alibi dicit Io.An. quando in delictis occultis , ſi
fama conſentit vnius teſtis dicto,& aliis adminiculis,& pro-
babilibus reſultat plena probatio, vt no.ſ.de cenſi.c.præte-
rea.vel fortè eſt ratio,quare ex his, de quibus in tex. reſul-
tat certa probatio.quia communiter ſic contingit.& eſt arg.
à communiter accidentibus. ex ſolitudine enim:nuditate : &
loco.ſ.lecto:& tempore:ſexuum diuerſitate:potius præſumi-
tur, ꝙ ibi ſtent cauſa fornicationis, quàm pro agendo pœni-
tentiam.facit quod no.in dicto c.præterea.& l.neque natales.
3 C.de probatio . per Iaco. Butri. † Secreta enim loca ſemper
ſunt ſuſpecta:ſimiliter, & tenebræ.hinc dicitur oculus adulte
rii ſeruat caliginem.Iob.24.facit quod not. de coha.cleri. &
4 mulie.c.ſi quiſquam.& 18.q.2.c.diffiniunt.¶ Tertiò no. † ꝙ
non valet teſtimonium de credulitate.& hoc ideò,quia credu
litas eſt coniuncta ſenſui. & idem , quod veritas, operatur.
Scire enim dicimur,quod violenter opinamur, vt dicto c. cū
in cauſa.per Inno.& in dicta l. 2.§.Labeo. de aqua plu. arcē.
vbi vide Abba.& quod no. Cy. in l. Titium. in quinta quæſt.
5 C.de cenſi.vbi alleg. iſtud.c.¶ Quartò nota, † quòd damna
tur quis ex violenta præſumptione. Et aduerte quia hic plu-
res præſumptiones,& indicia cōcurrebant. vna autē præſum
ptio an ſufficiat.dic, ꝙ ſic, quando eſt multum proxima fa-
cto.vt ſ.eo.c.afferte.de quo dic per Bar.in l.fina.ff.de quæſti.
vbi per exempla declarat,ex quibus indicia, & præſumptio-
nes oriantur in aliis negotiis , quàm carnalis copulæ . Specu.
6 ponit etiam multa eo.tit.§.1. ¶ Vltimò not. † quòd mulier,
quæ commiſit inceſtum,prohibetur contrahere.concor. 35.
q.3.c.de propinquis.& 27. q. 2. c. qui dormierunt. & c. qui
ſponſam.tenet tamen matrimonium. de eo, qui cog.conſan.
vxo.ſuæ.c.tranſmiſſæ.& ſi timetur de incontinētia , debet ſi-
bi dari licētia contrahendi.23.q.2.c.in adoleſcentia. & quod
no.j.qui cle.vel vo.c.veniens.

*S V M M AE.*

1 *Sponſalia de præſenti ſoluuntur propter fornicationem præſumptiuè probatam cum conſanguinea ſponſæ.*
2 *Tertius pro iure ſuo non comparens impedit contrahere volentes.*
3 *Mariti confeſsio,& teſtimonium cum alijs adminiculis recipitur contra matrimonium.*

TErtio loco. Dicit in ſumma idem, qđ
in c.prox.communis diui-
1 ſio.ſecunda.ibi [ nos autem.] ¶ Primò no.† quòd
ſponſalia de præſenti ſoluuntur propter fornicationem præ-
ſumptiuè probatam cum conſanguinea ſponſę. & hoc facit
pro opi.Ioan.An.ſ.de cenſi.c.præterea. vbi tenet , ꝙ quò ad
matrimonium dirimēdum ratione impedimenti carnalis co
pulæ:ſufficit probare carnalem copulā ipſam præſumptiuè.
& idem vbicunque,& ad quēcunque effectum de carnali co-
2 pulā dubitatur,vt ibi per eū.¶ Secundò no.† ꝙ tertius p ſuo
iure nō cōparens(vt erat iſta neptis ) impedit cōtrahere vo-
lentes.& ſic admittitur ad cōtradicendū auctui ille, cuius nō
intereſt. & etiam allegans turpitudinem ſuā:ſicut erat iſta ne
ptis.& vtrūq; cōtingit pp periculū aīæ:aliàs ille,cuius nō in-
tereſt,ad cōtradicēdū nō admittit regulariter. 2. q.6.c.ſolēt.
& qđ no.ī l.Titia.ff.ſolu.ma.& p Inn.de re iud.c.cū ſup.& de
ſpō.c.veniēs.& j.de do.c.iter dilectos.vbi de materia.an alle
gans turpitudinē ſuā audiatur.¶ Tertiò no.pbationes vali-
das ad pbationē carnalis copulæ:nō tñ ita ppinquas fornica
tioni,ſiue veneri.vt in c.pcedēti. & iō hic exprimitur de fama
coadiuuāte:nō aūt ibi.cōiūgari.n. adiuicē pſumptionē facit,
præcipuè ſolū cū ſola.qđ eſt ſuſpectū. 81.diſt. c.in omnibus.
& ſimi



& ſimiliter reperi per iura. Et dicit Inn. ꝙ ex hoc reſultat vio
lenta præſumptio efficax ad ſententiam. ſic ſ.c.proxi.35. q.
6.ab iſto.quod quidam negant,dicentes hoc nō ſufficere, ni
3 ſi coadiuuent alia indicia,de quibus in tex.¶ Quartò no. † ꝙ
recipitur confeſsio,& teſtimonium mariti contra matrimo-
nium: qui tamen nō admittitur ſine alijs adminiculis.an au-
tem credatur dicto eius cum fama.quidam ꝙ ſic.35.q.6.c.ſi
duo.alij cōtra.ſ. ꝙ non ſufficit , niſi concurrant alia admini-
cula,vt hic erat.Non ob.c.ſi duo. quia aliud , quando vir , &
vxor confitentur impedimentū, vt ibi.aliud quādo alter tan-
tùm,vt in c.ſuper eo.de eo qui cog.conſan.vx.ſuæ. & ibi per
Io.An. de intellectu.c.ſi duo.

*S V M M AE.*

1 *Epiſcopus ſi inquietat aliquos de crimine:& Papa cauſam ipſam alteri committit:debet epiſcopus intereſſe:& defendere factū ſuum.*
2 *Cauſa poteſt compromitti in illos, qui poſſunt cognoſcere de dicta cauſa,tanquam iudices.*
3 *Iudex, qui cognoſcit de cauſa, tanquam arbiter poteſt in dicta cauſa reſeruare poteſtatem iudicandi, vt iudex.*
4 *Compromiſſum ſi factum eſt, tanquam in arbitrum & arbitratorem: & incœpit cognoſcere tanquam arbiter : an poſſit redire ad viam arbitratoris.*
5 *Compromitti poteſt de cauſa criminali ciuiliter mota.*
6 *Socius admittitur contra ſocium in cauſa hæreſis:& frater cōtra fratrem.& nu. 13.*
7 *Suſpicio oritur contra eum, qui primò dixit vnum, deinde negat ſe id dixiſſe.*
8 *Dicenti duo contraria ſucceſsiuè in quo credere debeat iudex.*
*Et quid ſi in diuerſis inſtantijs.nu.9.*
10 *Condemnari nemo debet de crimine graui propter vehementem ſuſpicionem.*
11 *Iudex eccleſiaſticus in criminibus eccleſiaſticis poteſt condemnare laicum ad pœnam pecuniariam.& cui applicabitur illa pecunia.*
12 *Abiurans hæreſim, ſi reperitur relapſus ex pluribus coiecturis:debet tanquam hæreticus condemnari.*
14 *Præter, dictio aliquando ſtat excluſiuè, aliquando incluſiuè.*
15 *Compromiſſum ſi fuerit in iudicem:& laudo dato, partes eandem ſententiam coram eo deducunt per viam iudicij:an poterit pronunciare contrarium eius, quod primò vt arbiter pronunciauit.*

LIteras. Propter ſuſpicionem , etiam vehemētē,
non debet quis de graui crimine con-
dēnari.cōis diuiſio.in prima iudicū cōſultatio.in ſcđa
rñſio.ibi [nos verò.] q̄ ſubdiuiditur in duas.prima ponit mo
tiuum mādantis.ſecūdò mādatū.ibi [in quo certa.] ¶ Primò
1 no.† ꝙ ſi eps̄ inquietat aliquos de crimine, & Papa cām ipsā
alteri cōmittit,dēt eps̄ intereſſe, & defendere factū ſuū.Idem
qñq;,ſi ab eius ſnīa appellat,pōt cām defendere.& vocari de
2 bet,vt in c.venerabilib.de ſnīa exco.li. 6.¶ Scđò no.† ꝙ pōt
cā compromitti in illos,qui pñt cognoſcere de dicta cā,tanq̄
3 iudices.de quo in gl.† & ꝙ iudex, qui cognoſcit de cā tāquā
arbiter:pōt in dicta cā reſeruare ſibi ptātē iudicādi,vt iudex.
4 qđ facit ad qōnē.† ſi cōpromiſſum eſt factū tanq̄ in arbitrū,
& arbitratorē.& incœpit cognoſcere tanq̄ arbiter.ſ.iuris or-
dine:an poſsit redire ad viam arbitratoris.ar.eſt hic, ꝙ ſic.de
quo dic in l.1.in fi.ff.de teſta.mil.per Dy.Bal. Bar.& Doct.fa
5 cit quod no.in l. 2.ff.de iud.¶ Tertiò no. † ꝙ de cauſa crimi-
nali ciuiliter mota pōt cōpromitti.de quo in gl. j. ¶ Quartò
6 no.† ꝙ in crimine hæreſis ſocius admittitur contra talem , &
7 frater contra fratrem.de quo in gloſ. 3.¶ Quintò not.† quòd
oritur ſuſpicio contra eū,qui primò dicit vnū: deinde negat
ſe id dixiſſe.concor.j.vt ec.benefi.c.vno.§.omnibus.¶ Sextò
8 no.† ꝙ qñ quis dicit duo cōtraria ſucceſsiuè:dēt iudex conie
cturare,cuius dicto adhæreat,primo,an ſcđo:& illud ſeq,qđ
vr̄ ſibi magis veroſimile.pſumitur.n.ex iſto.c. ꝙ q reuertitur
ad fidē,nō mētiatur in Deū.quia nō pſumitur(maximè tūc)
īmemor æternæ ſalutis.1.q.7.c.ſancimus.¶ Et tene mēti, ꝙ il
la,q̄ conſiſtunt in aīo,nō pñt probari directè : ſed probantur
ex indicijs perſpicuis.leuia ergo indicia non ſufficerent ad p
bationē, vt hic.& l.dolum.C.de dolo.vbi no.de illo,q inuita-
uit aliquē ad prādiū,& dedit loco aquæ vinū albū, vt immi-
ſceret cum rubeo:& ſic inebriauit eum.pſumit.n. dolo indu-
9 ctus,ſi contraxit ſecū.qđ dic,vt ibi.¶ Septimò no.† ꝙ ſi in di
uerſis inſtantijs quis dicit contraria,ſtatur primo dicto:nō ſe
cūdo.de quo in gl.& dixi.ſ.de teſti.c.ſicut nobis.& c.cum in
tua.de proba.c.per tuas.¶ Octauò no. ꝙ ſi talis dicit in ſcđo
iudicio cōtrariū eius,qđ dixerat in primo:ex iſta noua cōtra
rietate vr̄, ꝙ poſsit puniri ſine alio proceſſu ex crimine,quod
reſultat ex tali vacillatione.Reſultat.n.hoc crimen hęreſis ex
tali varietate:nō tñ ad plenū ex hoc hæreſis probatur. Iō nō
fuit cōdēnatus.à cōtrario ergo fuiſſet,ſi plena probatio reſul
10 taſſet.¶ Nonò no.† ꝙ pp vehemētē ſuſpicionē non dēt qs de
crimine graui condemnari.vñ eſt ar.ſm̄ Io.An. ꝙ pp præſum
ptionē præcedētium minarum,vel iniuriarum, vel inimicitia
rū,non ſit quis condēnandus de homicidio:quod neſcitur , à
quo factum ſit.de quo in Spe.e.ti.§.2.ver.ſed pone; ꝙ mina-
11 tus.& ſeq.& p Bal.in l.ſi.de hære.inſt.ff.¶ Decimò no. † ꝙ iu
dex eccleſiaſticus in criminib. eccleſiaſticis pōt laicū condē
nare ad pœnā pecuniariam.ſimile.j.de ſnīa ex.c.grauē. §. fi.
An aūt hanc pœnā,& alias poſsit eps̄ ſibi imburſare.ſ.de of.
or.c.irrefragabili.ī nouella.& de pœnis.c.licèt. ¶ Vndecimò
no. ꝙ eps̄ dēt hr̄e oculos erga Deū.de quo dubitat, an ſit ve-
rè pœnitēs,vel fictè.de quo ait Tullius li.2. de offi. & Seneca
de clemētia ad Neronē.Nemo pōt diu ferre pſonā fictā. oīa
.n.ficta celeriter,tanq̄ flores, decidūt: nec ſimulatū qcquam
12 pōt eſſe diuturnum.¶ Duodecimò no.† ꝙ ille,q abiurata hę
reſi reperitur relapſus ex plurib.coniecturis:dēt tanq̄ hære-
ticus condēnari.vlterius.n.ſibi non parcitur.de quo dic, vt in
c.ad abolendam.& c.pe.j.de hære.& c.accuſatus.e.ti.li.6.Et
de iuramento præſtando ab his,qui conuertuntur ab hæreſi.
dic de cōſec.di.2.c.ego Berengarius.¶ Venio ad aliquas op-
poſitiones gl.& primò dr̄ hic , ꝙ iudex poteſt eſſe arbiter in
cauſa,de qua poteſt cognoſcere tanq̄ iudex.contra.ff. de ar-
bi.l.ſed ſi in ſeruum.§.penul.& 3.q.7.c.tua.So. vt vtrobique
no.& l.prætor.ff.de tut.& cura.da.ab his.& ſ.de arbi.c. cum
tpe.& ſolutionē,quā hic dat gl.tenent Ioa.Vin. Tan. & Phil.
¶ Secundò opp.hic agebatur in cauſa criminali , ſcilicet de
crimine hæreſis.ergo nō potuit compromitti,vt.ff.de arbi.l.
non diſtinguemus.§.Iulianus.So.glo.remittit ad no. in c. fin.
ſ.de in integ.reſti.Gof.dicit, ꝙ hic agebatur ciuiliter de cri
mine:quo caſu poteſt de crimine compromitti.quod no. fa-
cit quod no.ſ.de iudi.c.atſi clerici.¶ Tertiò opp.dicitur hic,
13 † quòd frater infamauit fratrem de hæreſi.ſed videtur, ꝙ non
potuerit ipsū accuſare,vel teſtificari de crimine.C.q acc.non
poſ.l.magnū.So.vt in gl.3.& l.parētes.C.de teſti.& in Spe. de
teſti.§.j.ver.ſed nūquid frater.¶ Quartò opp.dr̄ hic, ꝙ pp ve
hementē ſuſpicionē non dēt aliquis de hæreſi &c. ſed cōtra.
C.de hære.l.2.So.ut in gl.& clarius ī nouella. ¶ Quintò opp.
dr̄ hic [ præter iuratoriā,dēt præſtare ſecuritatē.] &c.& ſic in
nuit, ꝙ ēt dēat præſtare iuratoriā.Sed cōtra.ſemel periuri ite
14 rum ad iurandū non dñt admitti. 25.q.5.c.paruuli.Sol. † iſta
a dictio,præter.ᵃpōt intelligi excluſiuè,hoc eſt ꝙ nō iuret: ſed
aliam ſecuritatem præſtet.& tunc non obſtat contrariū , ſed
concordat.& ita intelligit gl.nr̄a.idem tangit Phi.& Gof.ſed
Inn.& Ho.Gui.Na.Pe.& Abb.intelligūt, ꝙ iurare dēat.& ſic
intelligunt iſtam dictionem,præter, incluſiuè : quaſi debeat
præſtare iuratoriam,& aliam ſimilem.15.q.2.c.Ebrō.Et re
ſponde ad cōtrarium, vt hic per eos.de iſta dictione, præter,
quando ponatur incluſiuè,vel excluſiuè.dic vt l.j.in fin. ff.de
pig.ac.& l.Seio.§.vxori.ff.de annu.leg.& de elec.c.dudum.in
15 nouella.ad fi.tex.¶ † Quærunt Doct.ſi fuit in iudicem com-
promiſſum,& lato laudo partes eandā ſnīam corā eo dedu-
cunt per viā iud.cij:an poterit pronunciarę cōtrariū eius, qđ

primò vt arbiter pronunciauit, dicunt, ꝙ ſic. nam ex noua cã
retractatur ſententia. C. de temp. appel. l. per hanc. Et iudex
quandoque à quo audit cauſam appellationis cum alio. ff. qũ.
appel. ſit. l. 1. §. ſed ſi præſens. Et no. vnum, quod hic dicit Ho
ſti. ꝙ in compromiſſo facto, tanquam in bonum virũ, & ami-
cabilem compoſitorem, valet adiectio pœnę: ſicut ſi compro
mitteretur in arbitrum. In dubio verò ſi pœna adiicitur: vide
tur eligi in arbitrum, vt no. in l. 2. ff. de iudi. facit quod not. in
c. Quintauallis. j. ti. proxi. per Inno. per hoc etiam probatur,
quod no. Inno. & Doc. s. de teſti. c. veniens. il 2. vbi atteſtatio
nes receptæ in vno iudicio non probãt in alio, ſi varietur mo
dus agendi inter eaſdem perſonas. Iſtud eſt verum, niſi con-
tra ipſum certantem. quia ad conuincendum ipſum de periu
rio, vel mendacio, & ad pœnam eius ſemper atteſtationes in
vno iudicio ſufficiũt contra eum in alio, ſi dicat contrarium
quò ad pœnam ſibi imponendam. & hoc probat hæc litera.

ADDITIO.

a ¶ Dictio. præter. vide Bar. in l. 1. ff. de pig. ac Ol. conſi. 149. Bal. in l. 1. §.
ſed & res. per quos fiat inueſti. Car. in clem. 1. de ſum. Trini. & in cle. 1. §.
penul. de hæredi. Ant. de Bu. in c. prouideas. ver. dictio, præter. de offi. vi
ca. Panor. in c. cum ab omni. de vita & hone. cleri.

SVMMAE.

1 *Pallium datur epiſcopo, non ratione dignitatis. ſed ratione prærogatiuæ perſonæ.*
2 *Bonus in iuuentute præſumitur bonus in ſenectute.*
3 *Libidinis vitium, quod in iuuentute cõtrahitur, in ſenectute frigeſcit.*
4 *Præſumitur pro aliquo ratione dignitatis, & literaturæ.*
5 *Crimen prælati poteſt denunciari ſuperiori per laicum, & literas.*

CVm in iuuentute. In ſenectu
te non pręſumitur incõtinens ille, qui in iuuentute cõtinuit.
h. d. & præmittit exordium circa excuſationem epiſcopi. ſecũ
da ibi. [ licèt. ] ponit delationem ipſius. tertia ibi [ quia ta-
men. ] ponit delationis repulſionem, & cauſam. quinta ibi [ q
1 nobis ] inquiſitoris relationem. ¶ Primò no. † ꝙ epiſcopo da
tur pallium. quod eſt verum, ratione prærogatiuæ perſonę,
non dignitatis. vt s. de vſu, & aucto. pal. c. niſi. nec tali ornamẽ
to debent ornari moribus indecori. 100. diſt. c. contra mo-
2 rem. ¶ Secundò no. † quòd ille, qui in iuuentute fuit bonus,
pſumitur, ꝙ ẽt in ſenectute. & licèt quilibet præſumatur bo-
nus, & dignus, vt l. cum quidam. ff. de leg. 2. & l. cum pater. §.
rogo. eo. tit. tamen admittitur accuſatio, & denunciatio in cõ
trarium: niſi quando illud, quod obiicitur de præſenti, aliter
in præterium apparet. ſicut erat hic. tunc enim de facili non
dẽt recipi denunciatio, & informatio cõtra eũ. & hoc vult di-
cere iſte tex. in criminali. quia in ciuili eſt idem: vt non reci-
piatur illius petitio, qui habet præſumptionem in contrariũ,
3 niſi iuxta no. s. c. quia veroſimile. ¶ Tertiò no. † ꝙ libidinis
vitium, quod in iuuentute contrahitur, in ſenectute frequen-
tius ſeparatur. ſecus in peccato auaritię: quod magis creſcit
in ſenectute. vnde Terren. Commodi enim hoc ſolum ſene-
ctus affert hominibus: attentiores ſumus ad rem omnes, quã
ſat eſt. Et Tul. lib. 1. de of. Luxuria cum iuuenili ętati ſit tur-
pis: ſenectuti turpisſima. Et Sen. declamatione. 2. Adoleſcẽs
luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit. & alibi. Cũ cetera
vitia in homine ſeneſcant: ſola auaritia iuueniſcet. ¶ Quartò
no. quòd cum certis perſonis iura præſumunt nihil ſæui cri-
minis ppetrari: vnde accuſatio adulterij, vel inceſtus prætex-
tu proximitatis excluditur: verũtamẽ, ſi poſtea appareret de
copula, præſumitur in præteritum cognouiſſe, vt. l. ſi qui adul
4 terii. C. de adul. ¶ Quintò not. † quòd præſumitur pro aliquo
ratione dignitatis, & literaturæ. vnde Hiero. ad Ruſti. Non
eſt facilè malum de ætate perfecta credendum, quam præte-
rita vita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. ¶ Sextò
5 no. † quòd crimen prælati poteſt denunciari Superiori p lai-
cum, & literas. de quo. 3. q. 9. c. j. & 2. & s. de teſt. c. de cetero.
hic autem hæc denunciatio non fuit admiſſa. quia præſum-
ptio erat in contrarium. ¶ Septimò no. ꝙ committitur inqui
ſitio: licèt præſumatur, ꝙ promotor calumnioſè crimina nun
ciauerit. & intellige, ꝙ hic fuit commiſſa inquiſitio præpara-
toria inquiſitioni faciendæ ſuper veritate: ſi apparuiſſet infa-
mia. & ſic de credulitate. & opi. iſtorum nõ de veritate inqui-
rebatur. vel fiebat indagatio, ſecundùm Io. An.

SVMMAE.

1 *Scholaris poteſt impetrare literas ſuper beneficio obtinendo.*
2 *Exceptio legitima contra literas impetratas eſt, ſi non ſufficiunt facultates eccleſiæ.*
3 *Idoneitas eſt multiplex.*
4 *Papa ſi mandat alicui prouideri, ſi eſt idoneus: an valeat prouiſio facta non idoneo.*
5 *Prouiſio executionis quando eſt nulla ex defectu conditionis, vel perſonæ, cui debeat fieri prouiſio: an poteſtas prouidendi deuoluatur ad ordinarium: vel ad Papam. aliam quæſtionem nu. 6.*
7 *Executores ad prouidendum non habent in totũ naturã executorum.*
8 *Executor ſi aſſumpſit partes iudicis, & non admittit legitimas exceptiones: an poterit appellari.*
9 *Prouiſor, ꝙ procedat cũ cauſæ cognitione, vel ſine, an ſit differentia.*
10 *Exceptio, quòd non ſufficiunt facultates: vel quòd non ſit idoneus: an veniat diſcutienda in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ.*

DVdum archidiaco. Is, pro
quo beneficiando ſcribitur cum clauſula ( ſi idoneus fue
rit ) non tenetur ſe probare idoneum: cum idoneus præſuma
tur. h. d. prima pars ponit partis querelam. ſecunda dat iudi-
1 cem, ibi [ cauſa nobis. ] ¶ Primò nota, † ꝙ ſcholaris poteſt
impetrare literas ſuper beneficio obtinendo. de quo remittit
Hoſt. ad no. s. de tranſac. c. ex literis. Et an poſſit contra illũ
opponi, ꝙ non ſit clericus. vide in Spe. de reſcrip. c. præſenta-
tione. §. ratione impetrantis autem. ver. ſed vbi ſcribitur pro
2 ſcholari. ¶ Secundò no. † quòd legitima eſt exceptio contra
literas, ſi non ſufficiunt eccleſiæ facultates. intelligitur etiam,
ſi non exprimatur: ſicut etiam & plures aliæ. vt patet. s. de re
ſcri. c. cum adeo. & c. cauſam. & j. de inſtitu. c. 2. ¶ Tertiò no.
quòd prædicta exceptio. ſ. quomodo ſufficiant eccleſię facul
tates: & ꝙ non ſit perſona idonea: opponitur in vi delationis
contra literas, vt probat text. qui dixit [ archidia. declinans
3 examen. ] de quo. j. dicam. ¶ Quartò no. † ꝙ præſumitur qui
libet bonus, & idoneus. & diſtingue idoneitatem intrinſecam
per exercitium ( vt eſt ſcientia, & artificium: ) & illam, q̃ pro-
uenit à natura. prima enim non præſumitur: qa anima infun-
ditur in corpore, velut tabula raſa, vt probatur. 3. de anima.
ſecunda, quę prouenit ex natura, præſumitur: vt ꝙ quilibet
ſit idoneus, bonus, & diſcretus, vt hic. Illa aũt, quæ ſunt extra
hominem ( vt diuitiæ, paupertas: ) an pręſumantur. dic, vt l. 1.
§. probatio. ff. de magiſtra. conuo. & l. ſi verò. §. qui p rei qua-
litate. ff. qui ſatiſ. cog. facit quod no. in c. ſi fortè. de elec. lib. 6.
vbi omnino vide. & l. ſi prius. ff. de ope. no. nun. per Bar. & in
re. ſemel malus. per Dy. do. Io. An. reaſſumit longam gl. Inn.
prout iacet. idẽ facit in cle. vna. de offi. dele. & Archid. 18. q.
2. c. dudum. Ego autem ordino ipſam per ſex qõnes. ¶ Quæ-
4 ro ergo primò. † ſi Papa mãdat alicui puideri, ſi eſt idoneus:
an valeat prouiſio facta non idoneo: videtur ꝙ nõ, quia omiſ
ſio formæ traditæ iure ſcripto vitiat proceſſum, vt in c. cũ dile
cta. s. de reſcrip. & c. Piſanis. de reſti. ſpo. Item defectus cõdõ
nis vitiat diſpõnẽ, vt l. cedere diẽ. ff. de ver. ſig. cũ ergo hic de
ficiat cõditio: ergo & diſpoſitio. cõtrariũ tenet In. Nõ. ob. cõ-
traria; qa hñt locũ, qñ illa, q̃ exprimuntur, nõ inſunt tacitè: vt
puideat, ſi eſt doctor in ſacra pagina: vel ciuis Senarũ: harũ
eñ conditionũ defectus, & ſimiliũ, q̃ tacitè nõ inſunt, vitiant
diſpoſi-



diſpõnem. vt in contrarijs. q̃dam uerò ſunt, que tacitè inſũt.
vt ſi eſt idoneus ſcientia, moribus, & ætate. vt in c. cum in cũ-
ctis. & c. dudũ. s. de elec. & de reſcrip. c. cum adeo. & eo. ti. c.
ſi eo tpe. lib. 6. & iſta, ſi exprimũtur, non inducunt cõditio-
nem, ſed monitionẽ. qđ optimè probat l. inuito. §. ſub condi
tione. ff. de tute. & hoc eſt, quod alibi dicit Inn. ꝙ ſi Papa de-
legat cãm ſub conditione, ſi impetrãs debitũ pbauerit: ualet
ſentẽtia, ẽt ſi impetrans non pbauit, vt no. s. de offi. dele. c.
prudẽtiam. & ex hoc patet, ꝙ ſi illa, quę tacitè inſunt, in diſ-
põne exprimãt, nihil operantur: nec maiorem habent effica-
ciã, quàm ſi non eſſent expſſa. de quo plenè p Bar. in l. 3. ff. de
leg. j. & ibi p Old. cõſi. 2. & cõſ. 39. vbi de illa clauſula [ ſi eum
vitæ laudabilis eſſe reperit. ] de qua in cle. j. de cõceſ. præb. &
dixi plenè de iſto ar. s. de reſcri. in c. ſuper literis, in 2 oppo.
¶ Secundò q̃ro. vbi puiſio executionis eſt nulla ex defectu
5 cõditionis, vel perſonæ, cui debet fieri prouiſio: an ptãs pro-
uidẽdi deuoluet ad ordinariũ, vel ad Papã. dicit Inn. ꝙ qñq;
non tenet collatio executoris pṗter iuriſdictionis defectum;
quia lr̃æ ſunt ſubreptitiæ: vel deficit cõditio, ſub qua proui-
deri mandat. & tunc reuertitur ad ordinariũ collatorem. Si
aũt eſt alius defectus ( puta quia executor deliquit: neglexit:
vel formã mandati exceſsit. ) tunc deuoluit ad Papã. de quo
plenè in c. inter dilectos. de exceſ. pla. p Inn. & in cle. ſi de be-
6 neficio. de præb. ¶ Tertiò quæro. † ſiue prędicta clauſula ſo-
net in conditionẽ, ſiue in mõitionẽ: an talis executor poſsit aſ
ſumere ptes iudicis, vel prouidere ſine cauſæ cognitione, ne-
mine citato. diſtingue, ꝙ aut merum miniſterium eſt ſibi cõ-
miſsũ. & nõ põt aſſumere partẽ iudicis: aut nõ nudũ miniſteri
um, & ſonat dicta clauſula in conditionem: & tunc aut tollit,
vel lædit ius alicuius: & tunc ſine cauſæ cognitione, & ſine ci
tatione põt prouideri. fatet tamen, quòd ſi non læditur ius al
terius, & prouidet contra formam reſcripti ( puta conditio-
ne non adimpleta ) prouiſio eſt nulla, tanquàm obreptitia.
vt in c. cum olim. in fi. j. de re iudi. Hoſt. tamen hic, & Io. An.
videntur tenere, ꝙ ſiue verba ſonent in monitionẽ: ſiue in cõ-
ditionem, ſemper etiã nulla cauſę cognitione præmiſſa, tenet
puiſio facta à delegato. qa in hac prouſione nõ fungitur vice
iudicis, ſed prouiſoris. s. de elec. c. venerabilis. ver. exercuit.
ſecus videt, ſi ſub eadẽ conditione cõmittatur aliqua cã aua
dienda, & decidenda. qđ dic vt s. de fo. com. c. licèt. ſemper
tñ ſi monitio, vel conditio nõ eſt vera: caſſabit, ſiue caſſum
nũciabitur qcquid fuerit per prouiſionẽ hmõi attentatũ: tã-
quàm per obreptionem obtentum, vt d. c. cum olim. §. fi. Et
7 no. hunc articulum. nam ex prædictis apparet, † ꝙ executo-
res ad prouidendũ nõ in totum habẽt merã naturã executo
ris. qa meri executores nullã habent cognitionẽ, iuxta no. p
Inn. in c. ex ratione. de appel. & c. de cetero. de re iud. Iſti aũt
ſi uolunt ſeruare ordinem iudiciariũ, pñt: nõ autẽ, ꝙ teneant.
nec in examinatione conditionis, ſiue clauſulæ debet or-
do iuris obſeruari: vel lis cõteſtari: vel alius ordo iudiciarius
obſeruari. qđ hodie eſt regulare in omnibus cauſis beneficia
libus, per cle. diſp. de iud. ¶ Sed hic incidẽter quæritur. † Exe
8 cutor aſſumpſit ſibi partes iudicis, & nõ admittit legitimas
exceptiones: an poterit appellari. & videtur, ꝙ ſic. quaſi ſe ad
hoc aſtrinxerit. Alij cõtra, quia ante examinationem ad ſu-
am tantùm cognitionem facit, & in ea ſummariè procedit,
arg. l. à diuo Pio. §. ſi rerum. ff. de re iudi. licèt enim cogno-
ſcat de exceptionibus, & iuribus partis: tamen pnũciare nõ
debet. & ſic fallit in ipſis regula l. de qua re. ff. de iudi. ¶ Qua
9 rtò quærit. an ſit differẽtia, prouiſor procedat cum cauſæ co
gnitione vel ſine. dic, ꝙ ſic, quò ad præiudicium generãdum.
quando eñ cum cauſæ cognitione procedit, præiudicat pſẽ-
tibus, & citatis: vel etiã non citatis, ſi ſciebant dictam cauſã
agitari, & non cõtradixerunt. hi enim non debebũt vlterius
audiri, vt patet ex eo, quod leg. & not. s. de elec. c. cum dile-
ctus. §. j. & 24. q. 3. c. de illicita. & l. ſæpe. ff. de re iudic.
Quãdo autẽ ſine cauſæ cognitione pcedit, nulli piudiciũ ge-
neratur. facit quod no. Inn. in ſimili. j. de appel. c. conſtitu-
10 tus. & s. de elec. c. ꝙ ſicut. ¶ Quintò quærit. † Vtrùm exce-
ptio, ꝙ non ſufficiunt facultates: vel ꝙ non ſit idoneus, veni-
at diſcutienda in vi dilatoriæ, vel perẽptoriæ cõtra literas,
& iuriſdictionẽ. Inn. dicit, ꝙ in vi peremptoriæ venit diſcuti-
enda: & expedit cum negotio principali. Hoſt. ꝙ in vi dilato
rię. Do. Io. de Lig. dicit, ꝙ ſi Papa dat executionẽ ad proui-
dẽdum, ſi non ſufficiunt facultates, lr̃æ ſunt ſubreptitię. & ſic
opponit ad proceſſum. & elidit lr̃as, & gratiã. & in hoc ſit ve
ra opi. Hoſt. ſi autẽ faciat gratiã, & dat executionẽ: tunc eſt
pemptoria; qa elidit gr̃am, & nõ literas executorias. s. de reſ
cri. c. cõſtitutũ. & in c. exceptionis perẽptorię. de lit. cõt. li. 6.
¶ Sextò quærit. dr̃ in tex. ꝙ pbr̃ excepit contra ſcholarem,
ꝙ non ſufficiebant eccleſiæ facultates. & ſic eccleſia nõ eſſet
ſoluendo. ſed quis pbabit? glo. dicit, ꝙ pbr̃. Sed quomõ hoc,
cum ſit negatiua. dicit glo. notabiliter, ꝙ oſtendendo facul-
tates, & redditus eccleſiæ. quam glo. ſingulariter no. cui cõ-
cor. quod leg. & not. in l. cum de lege. ff. de prob. ¶ Et hoc
eſt vtile ad alia, vbicunq; in defectu facultatis vnius habetur
recurſus contra alium: vt in defectu principalis contra fide-
iuſſorem: vel pignoris poſſeſſorem: qũo probetur principa-
lem non eſſe ſoluendo, vel eius bona non ſufficere ad quan-
titatem debiti. de quo etiam vide p Bar. in l. in illa ſti. ſi Cal.
de verb. oblig. plenè de probatione negatiuę loco, & tempo
re non coarctatæ. vt ꝙ talis non deliquerit: ꝙ collectas non
ſoluerit. & onera criminis non ſuſtinuerit. vel ꝙ tutor inuẽta
rium non fecit. de quo ibi plenè per eum.

## De iureiurando.

ISTA rubrica continuatur ad præcedentia
in hunc modum. Dictum eſt ſupra de pba
tio. ad faciliorẽ expeditionẽ litiũ introdu-
ctionẽ. ſed qa iuramẽtum maximum reme
diũ eſt litium dirimendarum, vt l. 1. ff. eo.
tit. & quia in defectum probationum quã-
doq; ad iuramentum decurritur. ideò ſubijcitur hæc rub. q̃
cõtinuatio nimis eſt ſtricta quò ad titulũ. de iuramẽto eñ li
tis deciſorio, ſiue pbatorio non tangit in iſto tit. niſi in c. vlt.
tractatur eñ in proſecutione tituli principaliter de iuramẽ-
to interpoſito in contractibus: ſed fortè iuriſlator habuit cõ
ſiderationem, ꝙ iuramentum, maximè litis deciſorium, eſt
ſpecies pbationis, vt not. Inn. in c. vlt. s. quod metus cã. iõ
( vt compleat tractatum probationum ) hanc rubricã ſubie-
cit principaliter: licèt de alijs effectibus iuramenti fuerit p-
ſecutus. facit quod not Bar. in l. ſi quis pro oe. ff. de fideiuſ.
vbi de pluribus ſpeciebus iuramenti. de materia rubricę ha-
betur. 22. q. j. per totum. 15. q. 5. per totum. repetitur in 6.
& Clemen. & multa iura huius voluminis conueniunt huic
rubricę. quod proſequere, ut in nouella.

SVMMAE.

1 *Iuramentum homini præſtitum debet ab homine relaxari.*
2 *Cogi poteſt quis ad relationem iuramenti.*
3 *Creditor poteſt ſponte remittere obligationem iuramenti liciti.*
4 *Debitor ſi iurauit non petere relationẽ iuramenti, poterit denunciare ieiici. Et quid ſi iurauit non denunciare. num. 5.*

EX adminiſtratione. Non ſũ-
matur.
1 ¶ Primò not. † ꝙ iuramẽtũ homini pręſtitum debet
ab homine relaxari: vt ſic ab eod. dependeat diſtractus, à
quo contractus, vt in Auth. contra. C. de diuor. & in reg.
nihil tam naturale. ¶ Secundò. not. † quòd debet quis
2 cogi ad factum, ſcilicet ad relationem iuramenti. quid
autem ſi non paret coactioni. dicam. j. c. de uictore. Et
3 aduerte, quia tex. loquitur de relatione coacta. † an autem.

ſponte poſſit creditor remittere debitori obligatonē iuramē
ti liciti.dic,ꝙ ſic.vt ſ.de offi.dele.c.P.& G. vbi videas p Inn.
¶ Quærit glo.quid ſi debitor iurauit non petere relaxationē
iuramenti.dic, ꝙ poterit denunciare iudici : vt ſic licèt pars
excludatur: tamē eidem per iudicis officiũ ſuccurratur. quia
tunc competit, cum deficit actio : ſed ſubeſt æquitas actionē
dari.ſimile in l.ſi.ff.de peti.hære.& l. Quintus.§. Pomponius.
ff.de annu.le.¶ Quid aũt ſi iurauit non denunciare.dicit glo.
alibi,ꝙ non valet tale pactum.quia inducit hominem ad pec
candum.Tenetur.n.frater denunciare crimen fratris.vt in c.
nouit.ſ.de iudi.Ita no.j.eo.c.ad noſtram. ſecundò facit.l.cō
uenire.ff.de pac.

S V M M AE.

1 *Prælatus ſi iurat non repetere res eccleſiæ: an poſſit repetere, non ob ſtante iuramento.*
2 *Abſolutio, vel diſpenſatio nunquam datur contra proprium iuramē tum: ſed contra alienum ſic.*

PEruenit. Non valet iuramētum præſtitũ
à prælato de non repetendis re-
bus eccleſiæ.h.d. cōis diuiſio.ſecũda ibi [cognita.]
1 ¶ † Circa materiam c.ſ.cum p̄latus iurat nō repetere res ec-
cleſiæ : an poſſit repetere, nō obſtanto iuramento. diſtingue
aut prælatus fuit vi, vel dolo ſpoliatus , & iurare compulſus:
& non eſt ligatus, vt hic in glo.aut iurauit ſine violentia , vel
dolo:& tunc ſuperior facit illũ,qui iurauit, abſolui: vel dabit
curatorem bonis.ſ.eo.c.debitores.& c.ad noſtram. eod.ti.c.
cum veniſſent.de inſt.facit l.atqui natura.§.cum me abſente.
ff.de neg.geſt. ſed tamē vt melius per prælatũ, quàm per aliũ
poſſit recuperari:dabitur ſibi licentia repetendi . quia iura-
mentum ſeruari non poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. vt j.
eo.c.tua. ſm̃ Inno. & hæc vera , cum iurauit non repetere res
eccleſiæ.ſi autem proprias,tenetur iuramētum ſeruare. ſ.qđ
metus cauſa.c.ad audientiam.& c.ad aures. & hæc procedũt
in prælato. idem in tutore iurante non repetere res pupilli,ſe
cundùm Inno.¶ Vltimò no.hic vnũ ver.quod hic dicit Inno.
2 † ꝙ contra proprium iuramentum nunquam datur abſolu-
tio,vel diſpenſatio:ſed contra alienum , ſic.ff.de iureiur.l.nã
poſtea.§.ſi minor.

S V M M AE.

1 *Voto non dicitur contrauenire, qui facit melius, quàm debeat auctoritate Superioris.*
2 *Votum primum, ſi eſt noxium, ſecundum vtile, licet propria auctoritate mutare.*
3 *Periurus non poteſt dici, qui fidem frangenti non implet promiſſionē ſuo iuramento firmatam.*

PEruenit. Se ſummat, duo dicens. ſecunda
1 ibi [nec tu.] ¶ Primò no. † ꝙ qui
facit melius,q̃ debeat, non dicitur facere contra vo
tum.qđ intellige,ſi facit auctoritate Superioris.aliàs auctori
tate ꝓpria conditio debentis in alia,q̃ debeatur,melior fieri
non poteſt,vt l.diligenter.ff.manda. & l.is cui. ff.quemad.ſer
2 ui.amit.facit qđ not.in c.ex multa.de voto. † Si autem primũ
votum eſſet noxium, ſecundum vtile:tunc licet ꝓpria aucto-
3 ritate mutare.22.q.4.c.mulier &c.¶ Secundò no. † quòd nō
poteſt dici periurus, qui frangenti fidem non implet promiſ
ſionem ſuo iuramento firmatam.32.q.vlti.c.ſi. vnde ſi aufers
mihi feudum ,pro quo tenebar te ſequi in exercitum nō ſe-
quar.infra de loca.c.potuit. & l.quæro. §.vlt.ff.locati. fallit ſi
eſt actus in contrario : vt in treugis. ſi tamen me damnificas
infra tempus treugæ: ergo vſq; ad tempus treugarum te dã-
nificare non debeo: & ſi me defendere liceat, ar.ff.pro ſocio.
l.actione.§.diximus.Hoſti.ponit caſum in eo , qui iurauit ali
cui ſeruire vſque ad tempus pro certo ſalario , ſibi quolibet
menſe ſoluendo:ſi ceſſat in ſolutione,quæritur , an ſine metu
puniri poſſit,& à ſeruitio deſiſtere,& religionem intrare.re-
ſpondetur,quòd ſic, duplici ratione , ſecundùm Hoſti.

S V M M AE.

1 *Iuramentum vni factum non extenditur ad ſuos ſucceſſores in dignitate.*
2 *Effectus iuramenti non extenditur ad ſucceſſorem non habentem legitimum ingreſſum.*
3 *Subditus non debet intereſſe in conſilio, vel in facto, in quo tractatur de morte, vel de captione domini ſui.*
4 *Notificari aliquid per ſe: per literas: vel per nuncium paria ſunt.*
5 *Superiorem ſuum quis tenetur iuuare, ſaluo ordine ſuo.*
6 *Vocatus ad ſynodum debet venire: niſi fuerit impeditus: & ſufficit: nec requiritur trina monitio.*
7 *Subditi tenentur recipere, & tractare legatum ſedis apoſtoli æ honorificè, ſi cognoſcant eum.*
8 *Immunitas, & reuerentia, quæ debetur legato in eundo: debetur etiã in redeundo.*

EGo. N. Forma iuramenti. 7. capitula conti-
nens,ſecundùm quã iurãt Papę ep̄i,
qui ſunt exēpti.& eſt ſimile in Auth. iuſiur.qđ p̄ſta.
ab his colla.2.De multiplici iuramento vide in Spe. eo.titu.
§.1.ver.illud autem.De forma iuramenti Imperatoris no.in
c.ne Roma.eo.ti.§.1.in cle.De forma iuramenti:qđ p̄lati p̄-
ſtant ſuo maiori,no.Guil.de mō.Lau.in c. quia contingit.de
reli.domi.in cle.vide ēt de iſtis formis in Spe. de feriis. §.pe.
& per Roſ.in libello iuris ciuilis, vbi declarat verba huius.c.
¶ Scđò not.ꝙ hic iuratur Papæ , & ſucceſſoribus ſuis.ex quo
1 collige,† ꝙ iuramentum vni factum nō extenditur ad ſucceſ-
ſores in dignitate,niſi expreſsè dicatur.de quo.j.e.c.verita-
2 tis.¶ Tertiò no.† ꝙ effectus iuramenti nō extenditur ad ſuc
ceſſorem non habentem canonicum ingreſſum. an autem ſi-
bi de iuribus dignitatis debeat reſpondere. ſi eſt in quaſi poſ
ſeſſione dignitatis.quod dic,vt ſupra de reſti.ſpo.c.in literis.
3 ¶ Quartò not. † quòd ſubditus non debet intereſſe in conſi-
lio , vel in facto , quòd eius ſuperior vitam perdat, vel capia
tur.tales enim tenentur crimine lęſæ maieſtatis.vt l.vlti.C.ad
l.Iul.ma. ¶ Quintò not.† quòd paria ſunt aliquid notificari
per ſe,per literas,& per nuncium.literæ enim idem, quod lo
cutio,operantur.vt no.in c.cōſtitutionē.de ſententia exco.li.
6.de ver.obl.l.1.& per Docto.& per Bar.in l.cōſenſu. de act.
& obli.facit.c.vbi periculũ.§. qui verò cōtra fecerit. de elec.
5 li.6.¶ Sextò no. † quòd quis tenetur iuuare ſuum ſuperiorē,
ſaluo ordine ſuo.ſimiliter vaſallus dominum. An autem te-
neatur vitam domini præponere vitæ ſuæ.not. in l. 1. §. & ait
ſextus.ff.ad Sil.& in 10.coll. qui.mo.feu.amit.in prin.& ff.de
6 ope.lib.l.ad eum.in ſi.¶ Septimò not. † quòd vocatus ad ſy-
nodum debet venire,niſi fuerit impeditus.& ſufficit vna : nec
requiritur trina vocatio. 18. di.c.ſi epiſcopus. & de priuile.c.
7 quoniam.per Vin.¶ Octauò no. † quòd ſubditi tenentur re-
cipere,& tractare legatum ſedis apoſtolicæ honorificè, ſi co
gnoſcunt eum. quod intellige per literas:nec tenentur crede
re aſſerenti ſe legatum:niſi eſſet Cardinalis , vel perſona no-
bilisſima.quod dic,vt ſupra de offi.dele.c.cum in iure.¶ No
8 nò no.† quòd immunitas,& reuerentia , quæ debetur legato
in eundo:debetur etiam in redeundo. vnde ſi alicui detur ſe-
curitas veniendi : videtur data in dubio ſecuritas recedendi,
vt no.Bar.in l. 1.ff.ad Iul.ma.¶ Decimò colligitur in ſi.quòd
epiſcopus corporaliter iurat. quod ſecus videtur in iuramen
to teſtis,& iuramento calumniæ. 11.q. 1.c. non flagitetur. Et
vide quod no.de elec.c.vt circa.lib.6.& in c.1.de hære.in cle.
vbi omnino vide.

NVllus. Glo.enumerat caſus, in quibus cle
rici tenentur iurare.& ponit verſus
de quibus.2.q.5.c.1.& 1.q.8.ca.quoties.il.1.

*Promiſ-*



S V M M AE.

1 *Promiſſio de ſoluendis vſuris non obligat promiſſorem. Obligat tamen iuramentum.num. 2.*
3 *Tranſgreſſor iuramenti plus peccat, quàm tranſgreſſor promiſſionis.*
4 *Debitor an poſſit petere abſolutionem à iuramento ante ſolutionem.*
5 *Creditor ſi non poteſt induci ad relaxationem iuramenti, quid iuris.*
6 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in iuramentis extortis dolo, vel metu.*
7 *Promiſſio facta, ſi eſt ipſo iure nulla: firmata tamen iuramento an teneat.*
8 *Pars an ſit vocanda in relaxatione iuramenti de non repetendis vſuris.*

DEbitores. Tria dicit. ſecundum ibi [ſi
verò.] tertium ibi [& cum
vſurę.]& hoc intendit. ¶ Non tenet promiſſio de
ſoluendo vſuras:niſi quis iuret: tunc ſeruandum eſt iuramē-
tum.ſed poſt ſolutionem repetere poteſt per cenſuram eccle
1 ſiaſticam. h.d.¶ Primò not.† ꝙ promiſſio de ſoluendis vſu-
2 ris a non obligat promiſſorem(quia ſuper re à iure reproba-
ta)vnde non contrahitur obligatio naturalis,vel ciuilis, vt l.ſi
2 non ſortem.in princ.¶ Secundò not. † ꝙ licèt qs vigore ſim-
plicis promiſſionis non teneatur ad ſolutionem vſurarum .
tamen tenetur vigore iuramenti . vnde licèt inter ſimpli-
cem loquelam, & iuramentum non faciat Deus differentiã.
3 22.q.5.c. iuramenti.Eccleſia tamen facit.† vnde plus peccat
trangreſſor iuramenti.qđ patet ex maiori pœnitentia, 24.q.j.
c. non afferamus. & eſt ſimile in voto ſolēni,& ſimplici.j.qui
cle.vel vo. c.conſuluit.& c.rurſus. glo. magna opponit forti-
ter contra iſtud.c. quatuor modis.& duæ oppoſitiones con-
cernunt creditorem,ꝙ non poſſit petere vſuras. aliæ duæ cō
cernunt debitorem,ꝙ ſi ſoluit,non poteſt repetere &c.¶ Op
ponitur ergo primò,& videtur, ꝙ creditor poſſit petere vſu-
ras. nam ſi debitor ſoluit, habet actionem ad repetendum,
vt in 3. reſponſo. ergo multò fortius exceptionem, ſi ab eo
petantur. quia cui datur actio: multò magis exceptio,vt l.1.
§.plane.ff.de ſuperſi. Item creditori agenti videtur obſtare
excep.dolo facis,quòd petis, quod reſtituturus es. vt l.dolo.
ff.de excep.do.& his rõnibus videtur , ꝙ creditor non poſſit
petere: cuius contrarium ſentit tex. Item ꝙ debitor ſoluen-
do non poſſit repetere: probatur ex reg. cuius per errorem.
ff. de reg.iur.& l. 1.ff.de condi.inde. Item nullum videt̄ cō-
ſilium iſtius tex. ꝙ ſoluat, & repetat.quia talis ſolutio momē
tanea non liberat debitorem. vt l. qui ſic ſoluit.ff.de ſolu.er-
go ſi hic erat debitor obligatus ratione iuramenti:talis ſolu-
tio non videtur ſoluere illud vinculum, vt d.l.qui ſic ſoluit. &
iſtæ ſunt oppoſitiones glo.difficiles,& pulchræ.& ſolue, vt in
ea.Goff.ſoluit,ꝙ debitor repetit auxilio,& auctoritate iuris.
Hoſt.ſoluit in ſum. de uſu.§.ſi.verſi.ſed qũo. & dicit, ꝙ ſp̃ale
eſt in vſura,quòd repetatur propter periculũ animæ ipſius re
cipientis. & propter odium ipſius creditoris:& propter fauo
rem ſeruantis iuramentum, vel promiſſum.poſſes rñdere cō
trarijs aliter.& primò nō ob.cōtrarium de reg. cui damus .
q̃ concernit ipſum creditorem,& non tertium, cui quæſitum
eſt ius ex contractu. ſicut hic quęrit̄ ius Deo ex iuramēto. &
hoc dicit litera [cogendi Dño]&c. non obſt. reg. dolo facis
ea ratione. conſequitur enim creditor ratione promiſſionis
Deo factę, quod per ſe conſequi non poſſet. ſicut alibi.ff. de
libe.leg.l.is qui duos.Non obſt.tertia oppo. ꝙ ſoluens indę-
bitum ſcienter non repetat.loquitur enim dicta regula: quã
do non poteſt eſſe alia prę́ſumptio,videlicet in caſu noſtro.ſ.
metu iuramenti:quia tunc non p̄ſumitur donatio. vt l.ſi cum
aurum.ff.de ſolu. Non obſt.l. qui ſic ſoluit. quia fallit in caſu
iſto:ſicut in multis alijs,vt ibi not.¶ Secundò opp.& videtur,
ꝙ poſtq̃ obligatio non contrahitur ſuper vſuris ſimiliter nō
obligat ad iuramentum interpoſitum de vſuris ſoluēdis: qa
ſi non tenet principale, nec acceſſoriũ.vt in reg. cũ principa-
lis.& in c.ſi diligenti.de fo.comp.¶ Sol.vt not Accur.in l. pa-
cta,q̃ cōtra.C.de pac.& in c.pleriq;.ſ.đ pac.p Io. An.& Inn.
& vide qđ no.in l. qđ de bonis.§.j.ff.ad leg.fal. ¶ Venio ad
qōnes ſuccinctè,& primò quæro.ſi debitor iurauit nō repe-
tere,vel nō denũciare:an poſſit repetere.dic , vt in c.ad no-
ſtrã.il 2.vbi etiã no.qũo iudex ex officio pōt ꝓuidere ſoluen
4 ti.¶ Secũdò quærit̄ † vtrũ ante ſolutionē poſſit petere debi-
tor abſolutionē à iuramento.glo.tenet hic, ꝙ ſic.quã bñ no.
5 ¶ † Quid autem iſto caſu ſi creditor induci non pōt ad iſtã
relaxationē,ſiue ad liberationē à iuramēto.dic,ꝙ iudex po-
terit ex officio relaxare. ad eũ enim ſpectat relaxare illicita
iuramēta.j.eo.c.cũ quidã.&.15.q.6.c.auctoritatē. & c. ſeq.
6 per quæ patet ſecundũ Innocē. † ꝙ poteſt ep̄s diſpenſare in
iuramentis extortis dolo , vi , vel metu. quinimo q̃nque in
iuramentis illicitis p̄ſtitis ex cã diſpēſat. ea.cauſa &.q.c.nos
ſanctorum.& c.iuratos.imo quia epiſcopus licitè poteſt prę
ſtita in melius commutare:ſicut iuramentum præſtitũ itine
randi ad ſanctum Iacobũ poteſt commutare in itinere vltra
marino.j.de voto.c.j.&.2.& aduerte, quia tex.loquit̄ in pro
7 miſſione de ſoluendis vſuris iuramento firmata. ¶ † Quid
autē ſi alia promiſſio eſt ipſo iure nulla,ſed firmata iuramē-
to.puta,dicit ſtatutum,ꝙ filiusfa.non poſſit contrahere ſine
conſenſu patris:& non valet ipſo iure contractus.pone ergo
ꝙ filiusfa.iurauit patris nō accedente conſenſu:an poſſit pe-
tere relaxationē:& creditor relaxare cogat̄.do.Fede.de Sen.
8 conſuluit,ꝙ ſic,conſil.264.&c.¶ Tertiò quęrit.† an in rela-
xatione iuramēti de non repetendis vſuris ſit pars vocanda.
do.Old.cōſuluit per hæc verba.ad duplicē finem poteſt peti
b relaxari iuramentum b ſuper vſuris contractui interpoſitum.
ad vnũ.ſ.vt per hoc obligatio, quę contracta erat:vel videba
tur contracta ſuper vſuris,ſi ex toto tollat̄:tũc locum habet
partis vocatio:ſolēnis examinatio:& cōpulſio creditoris ad
relaxandum iuramentũ,cũ conſtabit de veritate vſurarij cō
tractus.ad ſcđm effectum poteſt peti:non quòd debitũ vſu-
rarium per hoc tollendum ſit:ſed ad habilitandum perſonã:
vt non obſtante iuramento, poſſit detegere fraudē contra-
ctus.& hic ille ordo non requirit̄. quia de grãdi p̄iudicio cre
ditoris nō agit̄. remanet em̃ omne ius ſibi ſaluum ad debitũ
defendendũ.imò ille ordo hic locũ habere non poſſet. non
em̃ pōt cogi creditor relaxare iuramentum:niſi cōſtet prius
debitũ eſſe vſurarium. qđ conſtare non p̄t,obſtante iuramē-
to.qđ impedit debitorem fraudē detegere:niſi prius illud iu
ramentum,q̃tũ ad hoc,tollat̄.ſi iō ibi ille ordo locũ non ha-
bet:potiſſimè vbi abſens eſt creditor:qui ſuper hoc moneri
non pōt.& ſine ordine tali pōt iſtud decenter concedi.quia
iuri partis nō detrahit̄.ſicut dicit̄ de liberto , qui petit veniã
à p̄tore:vt poſſit patronũ in ius vocare.&de filio emãcipato,
qui petit decerni bonorum poſ.cauſa litis agnoſcendę.i.ſibi
dari licentiã , vt poſſit proponere querelã inoffi. teſtamenti
cōtra teſtm̃ patris.& adde qđ no.Io.An.in addi. Spec. ſuper
rub.hoc eodem titulo.

ADDITIONES.

a ¶ Soluendis vſuris.An valeat ſtatutum ſuper vſuris non repetendis, etiã cum iuramento . vide Pe.de Anch. in cle. 1.de vſur.
b ¶ Iuramentũ.vide Albe.C.de vſu.ſuper rubr.q.ſi.& Io.An.in addi. Spec. extra eo.ti.Pan. ſupra c. 1. circa ſi. de ferra. ti. forma iuramenti, quod præſtatur à parte parti. ſuper ver. iuramentum veritatis.

S V M M AE.

1 *Fructus, qui percipiuntur per creditores à re pignorata extenuant ſortem, regulariter.*
2 *Promittens ſoluere cum iuramento, non liberatur à iuramento, compenſando.*
3 *Iuramentũ debet impleri in forma ſpecifica: & nō per æquipollens.*
4 *Excommunicatus iniuſtè, debet abſolui, præſtita cautione de parendo mandatis.*
5 *Iudex eccleſiaſticus ratione iuramenti cognoſcit de re temporali, & inter laicos.*
6 *Creditor habet actionem ad pignus, ſi uiolenter ab ipſo per debitorē auferatur.*

Ad

AD noſtram Si debitor iurauit credi-
tori rem pignoratam nõ
repetere:niſi prius debitum ſoluat:iuramentũ ſer
uare compellitur.h.d.cõis diuiſio.ſecunda ibi[ideoq;.]¶Pri
1 mò no.†ꝙ regulariter fructus,qui percipiuntur per credito-
res à re pignorata,extenuant ſortem.& ex hoc nitebatur pi-
gnus repetere,ẽt aliter debito non ſoluto: ſed hoc ſibi nõ ꝓ-
deſt,pp iuramentum,qđ operatur,vt debeat verè ſoluere, vt
promiſit,non per modum compenſationis fructuum perce-
2 ptorum.quod bene no.†Nã ille,qui ꝓmittit ſoluere cum iu-
ramento, non vr̃, ꝙ compenſando liberet à iuramento. licèt
alibi cõpenſare, & ſoluere idẽ ſint,vt.j̈.de excep.c. cum inter
3 priorẽ.†Debet ergo iuramentũ adimpleri in forma,non per
æquipollens , vt l.Iulius.ff.de condi. & demon.vbi iuſſus 10.
dare per modũ conditionis , non implet cõditionẽ cõpenſan
do.facit l.amplius.ff.rem ratã ha.¶Scđò no. ꝙ iſte P. fuit in-
iuſtè excõicatus.& tñ Papa mandat excõicanti, ꝙ eum abſol
uat contra c.interpoſita.j̈.de app.Sol.vt hic no.Io.And.poſt
4 Inno.¶Tertiò no.†ꝙ iniuſtè excommunicatus debet abſol-
ui,præſtita cautione de parendo mandatis,contra c.1.§.ſu-
perior.de ſen.excom.lib.6.So.vt hic no. Io.An. ſuper gloſ.2.
5 ¶Quartò no.†ꝙ iudex eccleſiaſticus rõne iuramenti cogno
ſcit de re tpali, & inter laicos.de quo.j̈.de fo. compe. c. cum
6 C.laicus.li.6.¶Quintò no. †quòd creditor habet ad pignus
actionem,ſi violenter ab ipſo per debitorem auferatur : an
autem cadat à iure ſuo.dic vt no.in l.ſi quis in tantam.C. vn-
de vi.¶Sextò no.in ver.cum autem.quòd ſicut ratione iura-
menti iudex eccleſiaſticus eſt competens reſpectu iurantis:
ita etiam reſpectu eius,cui iuratum eſt.vt ſi eius iudicio pare
re cogatur.quod no.

*S V M M Æ.*

1 *Contra iuramentum proprium,regulariter nemo poteſt venire.*
2 *Iuramentum,quod non vergit in interitum ſalutis æternæ,ſemper eſt ſeruandum.Et quid ſi non vergit in interitum ſalutis æternæ , ſed temporalis vitæ,an obliget,nu.5.*
3 *Conditor conſtitutionis non debet viam periuriis aperire.*
4 *Obligatio extorta per metum,non eſt nulla ipſo iure.*
6 *Verbum,ſalutis æternæ,quomodo intelligatur:& quomodo,diſpendium.*
7 *Iurans non exire domum vſq; ad decem dies:ſi citatur à iudice,exire poterit.*
8 *Imperator an poſſit diſpenſare in iuramento.*
9 *Iuramentum aſſertorium quid dicatur:& quid promiſſorium.*

SI verò Si iuramentum p metum extortum ſer
uari poteſt ſine periculo aïæ , ſeruandũ
eſt.Romana tñ Eccleſia à tali iuramento conſueuit ab
1 ſoluere.h.d.cõis diuiſio.ſecunda ibi[tibi diximus.]¶Primò
no.de iuramento per metum extorto an obliget. de quo j̈.di
cam.& in c.abbas.s̈.quod metus cã.¶Secundò no. ꝙ regula
riter nullus põt venire contra iuramẽtum proprium.de quo.
s̈.de elec.c.venerabilem.& j̈.dicam.¶Tertiò no.aliam regu
2 lam,†ꝙ iuramentum , quod non vergit in interitum ſalutis
ęternæ,ſemper eſt ſeruandum.qũo ãt intelligatur hoc verbũ,
3 interitum ſalutis æternæ.j̈.declarabo.¶Vltimò no.†ꝙ con-
ditor conſtõnis non debet viam periuriis aperire. ſimile in l.
1.C.ſi aduer.ven.concor.ẽt l.2.C.de indi.vidui.& l.memine-
rint.C.vñ.vi.¶Opponitur.dr̃ hic, ꝙ nõ eſt licitum venire cõ
tra iuramentũ extortũ per metum, ꝓpria auctoritate. ſed cõ
tra de reg.non eſt obligatoriũ.de reg.iu.li.6.Iuramentũ.n.ꝑ-
ſtitum,& extortum per metũ non eſt dubiũ, ꝙ eſt contra bo
nos mores.ergo vr̃, ꝙ poſſit deſeri propria auctoritate , vt l.
4 quæ ſub conditione.§.vlti.s̈.de condi.inſti. So.†obligatio ex
torta per metum,non eſt nulla ipſo iure, vt patet in toto ti.ff.
quod met.cã.requiritur.n. reſciſſio per illum tit.& præcipuè
in l.metum.§.volenti.eo.ti.Si ergo obligatio eſt aliqua,niſi re
ſcindatur.ergo & eius quæſtio,ſi accedit ad obligationem , ſ.
iuramentũ,peti debet abſolutio .& ſic acceſſorium ſequitur
naturam principalis.qđ dic, vt d.c. venerabilem. & d.l.q̃ ſub
conditione.§.vlti.& per prædicta patet vera opinio gl.hic,ꝙ
iuramentum per metum extortum obliget. licèt Bazianus,&
Tan.contra.quorum opi.poſſet eſſe vera in foro pœnitentia
li.vbi referenti de animo creditur, nõ ſic de iudiciali. de ſpõ.
c.tua.tñ Io.An.in illa qõne an obliget,vel non, iuramentum
metu extortum.dicit tenendum, quod dicit c.verum.j̈. eo. &
Idem Per.& Abb. verumtamen permiſſi ſunt in eadem eccle
ſia miniſtrare,&c.innuit, ꝙ diſpenſatio admittitur ad ius pri
ſtinum, qui metu compulſi abiurant illud. quod tamen ver-
bum expone, vt hic in nouella ſuper ver. permiſſi. ¶Quærit
gl.2.de una quæſt.dr̃.in tex.ꝙ iuramentum eſt ſeruandum,ni
5 ſi vergat in interitum ſalutis æternę &c.†Sed pone, ꝙ nõ ver
git in interitũ ſalutis æternæ:ſed temporalis vitæ: an obliget,
ſi non ſeruatur.gl.dicit,ꝙ non.ſi directè iuramentum implẽ-
do incurrit quis mortis periculum. ſecus ſi occaſionaliter. vt
in exemplo gl.Io.An.ſentit, ꝙ ſi veroſimiliter,inſpecta condi
tione perſonæ , quis morando in malo aere mortis periculũ
incurreret:excuſatur,ſi iuramentum non adimplet. & in hoc
ſtatur iudicio medicorũ.facit l.de ætate.& quod ibi per Bar.
ff.ad Trebel.de iſta etiam aeris intemperie no.in c.cum dile-
6 cti.ſupra de dolo,& contu. †iſtum articulum.ſ.quomodo in-
telligatur ver.ſalutis æternæ.dominus Io.de Ligna. latius ꝓ-
ſolum. §. ſtatus. & l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. facit
quod no. in l. amplius. ff. rem ra. ha. & quod dixi in c. ſi diligẽ
2 ti. ſ. de foro. compe. ¶ Secundò hic colligitur, † ꝙ vſurarius
poteſt facere teſtamentum. quod eſt verum: niſi ſit vſurarius
manifeſtus. tunc enim non poteſt, niſi ſeruata forma c. quãq̃.
de vſur. lib. 6. de quo latius. ſ. de do. & contu. c. veritatis. per
3 Inno. & in nouella. ¶ Tertiò † coram iudice ſeculari poteſt ꝓ
poni querimonia, ſiue petitio vſurarum. de quo dic, vt 14. q.
4. c. quid dicam. per Archi. & in cle. diſpendioſam. in gl. cum
repetuntur. de iudi. & ff. ſo. ma. l. Titia. per Bar. & Bal. ¶ Quar
4 tò colligitur. † ꝙ ſi quis ſoluit vſuras vſurario cum promiſsio
ne de non repetendo ( licèt creditor poſtea mandet vſuras
reſtitui in teſtamento ) iſtud legatum non extenditur ad iſtũ,
qui ſpecialiter iuri ſuo renunciauit. qđ poteſt; quia in eo huic
non ſubuenitur per actionem ex teſtamento: ſed per officiũ
iudicis, vt probat tex. Idem ſi quis mandet creditoribus ſatis
fieri. non. n. intelligitur de eo, cui iam teſtator ſatisfecit, vt l.
Lucius. in prin. ff. de lega. 2. Item non intelligitur de naturali
debito tm̃: ſed de eo, quod põt exigi cum effectu. vt l. ſi is cui
§. Flauius. ff. de ſolu. ¶ Et aduertendum de iuribus huius gña
5 lis relicti. † Scilicet dãno hrdes meos, vt vſuras reſtituant illis,
qui probauerint ſe ſoluiſſe. videtur. n. legatum nullũ: ſicut cũ
debitor legat debitum creditori, vt l. ſi creditori. ff. de le. j. Sed
forte eſt vtile legatum in caſu huius. c. quia licèt quis iuret nõ
repetere: non videtur per tale pactum extincta obligatio om
ni iure, ſed parata exceptio contra petentem: quæ tollitur vi-
gore teſtamenti. & ideò vtile eſt legatum. vt d. l. ſi creditori. fa
cit quod no. Inn. ſ. de reſcri. c. conſtitutus. & ſm̃ hoc, quod di
xi in quarto notabili, non ꝓcedit, videlicet, ꝙ repetãtur iſtæ
vſuræ per officium iudicis. quia imò petentur per vigorem te
6 ſtamenti. & hoc ſentit glo. 3. ¶ Quintò no. † ꝙ ille, qui iurauit
aliquid, tenetur ad obſeruantiam hæredibus eius, cui præſti-
7 tum eſt iuramentum. de quo ſ. eo. c. veritatis. ¶ Sextò no. † ꝙ
ſuper vſuris (vt reſtituantur) poteſt iudex procedere per inq-
ſitionem, & teſtes citare, & monere per generale proclama,
vt compareant ad teſtificãdũ. Ex quo collige, ꝙ ſicut quãdo
aduerſarius eſt incertus, ſufficit generalis citatio, vt in Auth.
ſi omnes. C. ſi vt ſe ab here. abſti. Ita ẽt, quia teſtes ſunt incer
ti, vt hic, poſsint generaliter citari. quod not. ¶ Septimò not.
8 † ꝙ hæres tenetur ex delicto defuncti. quod patet, quia tene-
tur ad reſtitutionem vſurarum. de quo plenè, vt in c. vl. de ſe-
pul. & l. j. de priua. delic. per Bar. ¶ Octauò, & vltimò not. ꝙ
cauſa vſurarum eſt de foro eccleſiaſtico. de quo. ſ. de fo. cõp.
c. cum ſit generale. &c. Opponitur. dicitur hic, ꝙ iudex pro-
ponit edictum publicum in eccleſia &c. & ſic innuit, ꝙ ex of
cio poſsit iudex inquirere ſuper reſtitutione vſurarũ. Sed con
tra. non poteſt iudex impendere ſuum officium nõ petitum,
vt l. 4. §. vl. ff. de dam. infec. & dixi. ſ. de poſtu. c. bonæ. il. j. hic
autem dicitur, ꝙ nemine petente, iudex procedit. quare ma-
9 lè. Solu. huius timore Inn. † hic tractat, quando ſit permiſſum
iudici inquirere ad priuatũ intereſſe. dic ergo latius poſt cũ;
ꝙ aut quæris, an poſsit inquirere ſuper criminibus puniẽdis.
& dic, vt in c. qualiter, & quando. de accu. & l. 2. §. ſi publico.
ff. de adul. per Bar. Aut quæris, an poſsit inquirere ſuper inte
reſſe alterius priuati, non ſuper punitione delictorum: & tũc
aut quæris, an poſsit inquirere de iuribus principis: & poteſt,
vt l. penul. C. de bo. vacan. lib. 10. & c. cum dilecta. §. volẽtes.
de confirma. vti. vel inuti. Quandoque quæris, an poſsit in-
quirere de iuribus priuati. & tunc aut illis, contra quos in-
quiritur, impingitur crimen vſurarum: vel aliud concernens
intereſſe priuatum. & tunc Papa poteſt hoc facere ex plenitu
dine poteſtatis. & etiam epiſcopi, ad pœnitentiam peragen-
dam. & ſic loquitur de offi. ordi. c. 1. licèt tunc in conſequen-
tiam veniat reſtitutio intereſſe priuati: quia aliàs non eſſet pe
nitentia fructuoſa, niſi reſtitueret alienum. 14. q. 6. c. 1. & de
vſur. c. quia fruſtra. in glo. hic apparet. in nouella. Quandoq;
tamen in modum inquiſitionis agitur ad conſequendum pri
uatum intereſſe. De quo. ſ. de iudic. c. nouit. in nouella. & ge-
neraliter vbicunque agitur de correctione criminum: vel im
minet periculum animarum, fit inquiſitio ex puro, & mero
officio iudicis, nullo conquerente, & nulla infamia præceden
te, ſm̃ Ho. vnde poteſt inquirere de conſanguinitate inter cõ
iuges: & de quolibet alio impedimento canonico. & ſic intelli
gitur de offic. ordi. c. 1. facit quod plenè no. in l. ſi vacantia. C.
de bo. vacan. in repetitione domini Angeli de Peruſio. vbi ple
nè. de ſtatu autem, & moribus eccleſiarum an poſsit epiſco-
pus, vel inferior à Papa inquirere, tenet Inno. ꝙ non poteſt
alius, niſi Papa. ſed ſibi licet ex plenitudine poteſtatis: de quo
ſ. de teſti. c. cum olim. & de foro compet. c. vlti. lib. 6. in gl. li-
cèt cauſam.

ADDITIO.

a ¶ Prohibeatur excipere. vide Sali. in l. ſi quis maior. C. de tranſa.

*SVMMAE.*

1 *Iuramentum præſtitum intelligitur ſecundùm communem interpretationem iuris communis.*
2 *Promiſsio quantumcunque verbis generalibus concepta, & iuramento firmata, recipit interpretationem ſecundùm ius commune.*

3 *Omiſſio ordinis talis qualis an vitiet.*
4 *Iuramentum per metum extortum ſuper re licita an obliget.*
5 *Pars an debeat citari in notorijs, & ſententia ferri.*

AD noſtram noueris. Iudex,
qui iurauit in omni cauſa ordinem iudiciarium
obſeruare, in notorijs ordinem iudiciarium non ſeruabit. cō
1 munis diuiſio. ſecunda ibi [verùm.] ¶ Primò no. † ꝙ iuramē
tum pręſtitum intelligitur ſecundùm communem interpre-
tationem iuris communis, & ſecūdum ſubiectam materiam,
ſecundùm quam ſunt intelligendi ſermones, vt l. ſi ita ſtipula
tus. ff. de vſur. & l. ſi vno. ff. loca. ¶ Secundò no. reg. quòd ma-
nifeſta accuſatione non indigent: nec in eis eſt ordo iudicia-
rius ſeruandus. concor. 2. q. 1. c. de manifeſta. ¶ Tertiò no.
2 † ꝙ promiſſio, quantuncunque verbis generalibus cōcepta,
& iuramento firmata, recipit interpretationem ſecundū ius
commune. ſub generali obligatione non videtur cogitatum
de illicitis: ſed ciuili modo verba generalia ſunt intelligenda,
& non captioſè. vt l. ſi cui. ff. de ſeruitu. l. vt gradatim §. ſed ſi
lege. ff. de mune. & hono. & c. 1. ꝟ. eo. lib. 6. ¶ Quartò no. tex.
dum dicit [ quàm in his non per omnia ſeruari ipſa. ] quaſi
innuat, quod etiam in notoriis & manifeſtis ſeruetur ordo iu
3 diciarius talis qualis. ¶ † Vnde ſicut omiſſio iudicii ordina-
rii in cauſis, vbi exigitur, vitiat proceſſum, vt l. prolatam. C.
de ſentē. ita omiſſio huius ordinis talis qualis. vt videtur ſen
tire Inno. in c. noſtra. ꝟ. de cohabita. cleri. & mu. qđ tene men
ti. ¶ Quintò hic colligitur, coniuncto principio cum fi. ꝙ iu-
ramentum extortum per metum obliget. videbatur enim
cōtra. ꝟ. de priui. c. cū olim. il. 2. & de cōuer. cōiug. c. accedēs.
Sed in illis fuit vera extorſio: hic ſecus, ſecundùm Inn. facit. ꝟ.
4 de inſti. c. cum veniſſent. ¶ † Vtrùm autem iuramentum per
metum extortū ſuper re licita obliget. dicit Io. An. quòd nō.
niſi aliàs ſit in pręcepto. & tunc tenetur ex vi pręcepti, non ex
vi iuramenti: quamuis & ab obſeruatione ipſius debeat per
ſuperiorem abſolui. de quo. ſ. quod metus cauſa. c. ad aures.
& ſ. eo. c. debitores. ¶ Oppo. glo. innuit tex. quòd iuramen-
tum præſtitum de ſeruando ordinem iudiciarium, in noto-
riis ſit illicitum. contra. ſ. de elec. c. bonæ. & in alijs iuribus al
legatis in gl. Sol. vt in ea. & adde, quia læderetur diſciplina iu
dicialis, ſi præciſè ad obſeruantiam teneretur. & quando trā
ſirent crimina impunita contra no. in c. vt famæ. de ſenten. ex
communi. & ſic induceret periculum ſalutis. 12. q. 2. c. cum
5 deuotiſſimam. ¶ Quærit glo. † an in notorijs debeat pars ci
tari, & ſententia ferri. tenet, quòd non, quando ſunt notoria
iudici, & aliis. Idem no. de purg. canoni. c. dilectus. in gl. quia
hæc. Et idem hic Inno. Io. 2. quæſ. 1. c. quæ Lotharius. dicit, ꝙ
fortè in notorio eſt fienda citatio. Io. An. remittit ad Decre.
cum ſit Romana. de appel. ſuper vlti. glo. & de re iudi. c. cum
olim. & de coha. cle. & mu. c. noſtra. ſuper gloſ. intelligentia.
in 2. colum. ver. citatio. & ver. ſunt qui dicunt. Sententia autē
an ſit ferenda, no. in Decre. ex parte. la. 1. de verb. ſigni. in gl.
per vnum. poſt prin. aduerte tamen ſingulariter ad hanc glo.
quando quid eſt notorium in vna prouincia, & non in alia, in
qua iudex vult procedere, tanquam ſuper notorio: an debeat
tanquam ſuper occulto. cui adde, quod no. de offi. deleg. c. 1.
lib. 6. in glo. 2. & de ſen. excom. c. licèt. eo. lib.

*SVMMAE.*

1 *Liberatio non cōtingit, ſi vni ſoluitur improuidè, quod alteri debetur.*
2 *Iuramentum fidelitatis ſoli domino: & illi, cui hoc commiſerit, eſt præſtandum.*

a
1 EA te credimus. a † Qui iurauit, cui
non debuit: ei, cui
debuit, iurare compellitur. & ad modū epiſtolę tria
facit. ponit exordium. Secunda. ibi [ ſanè. ] ponit narrationē.
Tertia ibi. [ cum igitur. ] concluſionem. ¶ Primò no. regulā,
quòd nō contingit liberatio, ſi vni ſoluitur improuidè, quod
alteri debetur. quod eſt verum, ſi ſoluitur prorſus extraneo.
ſecus ſi creditori: tunc enim contingit liberatio, etiam ſi ſolu
tio facta ſit, creditore inuito, vt l. ſolutum. §. ſolutam. & ibi de
hoc. de pig. act. & l. ſolutionem, & iudicium. ff. de ſolu. Item
eſt verum, niſi ſoluatur procuratori etiam reuocato, ſi debi-
tor hoc ignorat, vt ff. ſi cer. pet. l. is qui in prouincia. & de ſo-
lu. l. procuratori. Item etiam liberatur quis, ſoluendo adiecto
in ſtipulatione, vt ff. de ſolut. l. quod ſi ſtipulatus. Ille autem,
qui recipit, quod alteri debetur: qua actione teneatur, longa
eſt materia. de qua in l. falſus. C. de fur. l. ſi procuratori. ff. de
condi. inde. & l. quoniam. ff. de condic. fur. ¶ Secundò not.
2 † quòd iuramentum fidelitatis ſolùm domino, & illi, cui hoc
commiſerit, eſt præſtandum: & nō alii, etiam ſi dicatur (ſal-
uo iure domini mei) videtur enim proteſtatio contraria fa-
cto: ſicut refert Ho. ꝙ quidam Seneſcallus fecit hominem ſu-
ſpendi, ſaluo iure ſuo. & quidam alius iuramentum pręſtan-
dum duab. eccleſiis fecit eo modo, ſaluo iure illarum eccleſia
rum. Non enim hoc fit ſine violatione fidelitatis: niſi quando
fecit fidelitatē duob. dominis, maiori, & minori: licitè enim
iuratur minori domino, ſaluo iure maioris, ſecundùm Hoſti.
qui circa hoc quærit: an feudū ex hoc cadat in commiſſum. &
dicit. quòd ſic, quia quantum in eo fuit, alienauit. 11. col. de
feu. non alie. l. imperialem. & maximè, ſi fiat contra pacta iu
ramenti. vt. C. de tranſac. l. ſi quis maior. de iſta dictione, ſal-
uo. dic, vt no. in l. item Labeo. ff. fa. erciſ.

ADDITIO.

a ¶ Ea te credimus. De materia huis. c. habetur in c. ſi diligē. de reſcrip.

*SVMMAE.*

1 *Pater poteſt compromittere de iniuria à filijs irrogata.*
2 *Iniuria poteſt compromitti in offenſum.*
3 *Iniuria irrogatur facto, & verbo.*
4 *Verbum iniurioſum factum quod dicatur.*
5 *Exhæredatio filiorum non poteſt deduci in pactum.*
6 *Obijcens crimen contumelioſè extra iudicium tenetur actione iniuriarum.*
7 *Arbitrator, qui perperam pronunciauit, debet reuocare quod fecit.*
8 *Arbitrium ſi eſt iniquum, recurrendum eſt ad ſuperiorem.*
9 *Actio aliqualis an oriatur ex ſententia arbitratoris.*
10 *Arbiter, & arbitrator in quibus differant. vſque ad nu. 14.*
11 *Præſentia partium an requiratur in ferendo arbitramento.*
12 *Arbitramentum non emologatur curſu decem dierum. ſicut ſententia arbitri.*
13 *Emologatio an habeat locum, vbi pœna in compromiſſo eſt appoſita.*
14 *Reductio ad arbitrium boni viri, infra quantum tempus poſſit fieri.*
15 *Officium iudicis quando datur ad reſcindendum id, quod de iure communi valet, finitur anno vtili.*
16 *Partes ſi compromiſerunt ſtare dicto arbitratoris ſub pœna centum librarum: & arbitrator iniquè pronunciet, & mandet adimpleri infra octo dies. cui pars condemnata non paret: an poſſit ab ea peti pœna.*
17 *Renunciari an poſſit petitioni reductionis ad arbitrium boni viri.*
18 *Compromiſſum ſi fuerit in aliquem, tā quam in arbitrum, arbitratorē, & amicabilem compoſitorem: an eius ſententia cenſebitur lata, tanquam ab arbitro, vel ab arbitratore.*
19 *Poteſtas arbitrandi quanto tempore duret.*
20 *Laudum an tranſeat ad hæredes.*

QVintauallis. Is, cuius mandato ſta-
re iuraui: nō pōt mihi
ꝑcipere, vt filias exheredē, & vxorē abiiciā. h. d. cō
1 munis diuiſio. ſecūda ibi [quo circa] ¶ Priò not. † ꝙ pater cō
promittit de iniuria à filijs irrogata. ex delicto ergo filij pa-
ter ciui-



ter ciuiliter cōuenitur: criminaliter verò, ſiue in publicis iudi
cijs, agitur contra ipſum filium delinquentem: nec requirit
conſenſus patris. vt. l. inter liberas. §. ſi filius. ff. de adul. p Bar.
curatoris autē auctoritas an requirat, ſi delinquēs ſit minor.
dic vt. l. clarum. C. de auct. præſtan. pro iniuria verò facta fi-
lio patri actio competit: niſi eſſet vilis perſona: filius aūt in di
gnitate, vt. l. ſed ſi vnius. §. filio. ff. de iniur. & l. ſi filius. ff. de ꝑ-
2 cu. ¶ Secundò not. † ꝙ in offenſum poteſt iniuria compro-
mitti. & oſtendens ſe ponere in manibus iniuriati. & in hoc
arbitrator differt ab arbitro, & à iudice, qui non pn̄t arbitra
ri, vel iudicare in re propria, vt. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. fa
cit qđ ibi no. in. l. pęnul. ff. de arbit. & l. ſi libertus. ff. de ope. li
3 bertorum ¶ Tertiò no. † ꝙ iniuria irrogatur facto, & verbo.
4 † qđ autē dicatur verbum iniurioſum. dic quoties imprope-
ro aliquod maleficium per te commiſſum, vt. l. 1. in fi. ff. de ob
ſeq. pat. præſtan. & idem ſi reimproperat aliqua iniuria in te,
vel in tuos commiſſa, vt. l. ſi inimicitię. & ibi no. ff. de his quę
vt indig. Idem ſi in genere dicam, latro, homicida, uel fur, vt
l. 1. in prin. ff. de lib. & poſthu. Idem ſi dicit, tu mentiris. qđ eſt
verbum iniurioſum. an autem hæc ſint vera, ſi reimpropera
retur illud, qđ eſt verū. puta homicidā: uel adulterū: vel ſpu-
rium ſic appello. dic, vt. l. eum qui nocentem. ff. de iniur. Quid
autem ſi idem uerbum iniurioſum pluries dicatur: an oriant
plures actio. dic, vt not. Bar. in. l. Item apud Labeonem. §. qđ
dicitur. ff. de iniu. vbi iſta not. & etiā qd dicatur blaſphemia.
5 ¶ Quartò no. † quòd exhæredatio filiorum non poteſt dedu
ci in pactum. cauſæ enim exhæredationis in iure enumerant,
vt in Auth. vt cū de appel. cog. §. cauſas. col. 8. vnde non vide
tur, quòd per pactū, ſiue laudū poſsint ampliari, vt hic. qđ eſt
verū, niſi filius conſentiret: tunc enim non videtur filio danda
querela inofficioſi, ſi exheredationi conſentit, vt. l. nòn puta-
uit. §. ſi quis ſua manu. ff. de contrata. ¶ Quintò hic colligit,
6 † ꝙ ille, qui obijcit crimē, teneat actione iniuriarum. qđ intel
ligo verum, qn̄ obijcitur extra iudicium cōtumelioſè, vt hic.
Si quis aūt in iudicio obijceret exceptionem criminoſam, et
non probaret. dic vt dixi. ſ. in fi. illius. c. de ordi. cog. c. cū dile
7 ctus. ¶ Sextò no. † ꝙ arbitrator, qui perperā pronūciauit, de-
bet reuocare qđ fecit. An aūt iterū arbitrari poſsit. dic vt no.
Dy. in. l. ſerui electione. ff. de leg. 1. facit c. ſi cōpromiſſarius.
8 de elec. lib. 6. ¶ Septimò no. † ꝙ ſi arbitrium eſt iniquum, re
curritur ad ſuperiorē. ¶ Quis autem in hoc caſu dicatur ſu-
perior, ſiue iudex cōpetēs, corā quo petatur iſta reductio. q-
dam dicūt, ꝙ iudex appellationis, cū iſta reductio ſit ſpecies
appellādi vt l. non diſtinguemus. §. cū quidā. ff. de arbi. ¶ Cō
trariū tenet Bar. & dicit, ꝙ iudex principalis cauſæ eſt iudex
cōpetēs, vt not. in. l. ſocietatē. §. arbitriorum. ff. pro ſocio. vbi
omnino vide. ¶ Venio ad apparatū Innoc. & nouellæ, quē or
9 dino per quęſtiones. & priò quæro, † an ex ſententia arbitra
toris oriatur aliqualis actio. dicit Inno. ꝙ aut eſt iuratū ſtari
ſuo arbitrio. & tunc orit actio. Sed hic aduerte, qa alibi dicit
idē Inno. ꝙ ex iuramento nulla orit actio. vt in c. cū veniſſent.
ꝟ. de inſti. ſed dic, ꝙ in iſto caſu orit actio ex conuentione, q̄
de ſe quamq̄ inefficax ſit iuramēto tn̄ conuentionali pręſtito
ſuper lite, reddit efficax, vt. ff. de iureiurā. l. iuſiurandū quod
ex conuen. Aut non interuenit iuramētū. & tunc aut arbitra-
tor eſt aſſumptus ſuper contractu, aut ſuper lite. Si ſuper con
tractu. tunc aut in continenti. & ex eius arbitramento ori-
tur actio ex eo contractu: licèt ex interuallo arbitretur. vt. l.
petens. C. de pact. & l. neptis. C. ſi cer. peta. aut non fuit aſſum
ptus incontinenti: ſed ex interuallo. & tunc aut intercesſit ſti
pulatio: & tunc agetur ex ſtipulatione. aut non intercesſit:
& tunc eius dicto non datur actio: ſed exceptio tantùm, vt
d. l. petens. & l. neptis. & l. iuris gentium. §. quinimò. ff. de
pact. quod credo verum de iure ciuili: ſed de iure canoni-
co. quod ex nudo pacto tribuit poteſtatem agendi, vt in. c.
1. ſupra de pact. videtur danda actio ex dicto eius, ſi pe-
tens ita conuenerit ſtare eius arbitramēto. aut arbitrator nō
aſſumitur ſuper contractu: ſed ſuper lite: tunc dicit dominus
Bal. quòd aut laudat formiter. & tunc oritur actio ex illa cau
ſa, quæ probatur per laudū, vt. ff. de iureiuran. l. ſi duo patro-
ni. §. penul. aut laudat informiter. & tunc non oritur actio ex
laudo arbitratoris: ſed agendum eſt ex ſtipulatione, ſi inter-
ceſſit in cōpromiſſo: aliàs nō pareret actionē: ſed ſi ſit ęquū,
etiam vna parte contradicente, erit officio iudicis executio-
ni mandandum, ſecūdum Hoſti. Et idem ſi ſit iniquum, poſt-
quam ad æquitatem fuerit redactū. ſ. de appel. c. 2. & ad ibi
no. remittit Hoſtien. Bar. tamē in dicto. §. arbitriorū. tenet, ꝙ
ſententia arbitratoris non habet paratam executionem: ſed
agendum eſt ex ſtipulatione, ſi intercesſit: vel ex præambulo
contractu completo per arbitramentum. Statuta tn̄ commu
niter prouident, vt mandetur executioni, ſicut ſententia. ¶ Se
10 cundò quęro. † quę ſit differentia inter arbitrum, & arbitra-
torē. dic, quòd multiplex colligitur hic ex notatis per Doct.
& Speculator tangit in titulo de arbitris. §. primo. in prin. &
differunt primò in eo, qđ. ſ. dixi. qa ex ſententia arbitri orit
actio, non ex ſentētia arbitratoris, ſcđm Bar. vbi ſupra. ¶ Se
cundò differunt. quia arbiter nō aſſumitur in re propria: ſed
arbitrator ſic, vt dixi. ſ. ¶ Tertiò differunt. quia arbiter, ſicut
iudex, debet ꝓcedere, ſeruato iuris ordine. arbitrator verò,
nullo ſeruato iuris ordine, dicit: qđ ſibi arbitrando videbit,
vt. l. ſi ſocietatē. & l. cui. & l. in propoſita. ff. pro ſocio. Si verò
arbitrator litē fecerit conteſtari, ſiue nō: uel etiam in ſcriptis
pronunciauerit: ſiue ſimpliciter verbo nudo, non eſt vis, ꝙ ꝓ-
dictarū ſolemnitatū obſeruatio non habeat locum, niſi corā
iudice, vel arbitro, ſecundùm Inno. ¶ Cuius gratia incidenter
11 quæritur. † vtrùm in referendo arbitramento requiratur par
tium præſentia. Pe. & Ia. de Ra. ꝙ ſic. allegant pro caſu. l. ſi qs
arbitratu. ff. de verbo. obli. & ibi Bar. hoc tenet. & probat plu
ribus rationibus, ꝙ partis præſentia requiratur. D. Bal. ibi di
ſtinguit: dicit enim, ꝙ aut partes fuerunt præſentes in uentila
tione cauſæ. & tunc valet arbitramentum: licèt tempore lau-
di partes ſint abſentes. aut partes fuerunt abſentes in diſcuſ-
ſione, & pronunciatione: & tunc tenet laudū arbitratoris: qa
non debuit facere arbitrari, vt. ff. de condi. & demō. l. 2. Et ꝓ
hoc dicto facit, qđ no. hic Inno. ſcilicet corā arbitratoribus
nullus ordo eſt ſeruandus. ſufficit enim præſentia partis tem
pore contractus. tempore verò, quo circa ipſum contractum
aliud declaratur per communem miniſtrum ambarum par-
tium: non requiritur ipſarum præſentia. quia ipſe videtur or-
ganum ipſarū partium, vt. ff. de manu. vindi. l. pater ex prouin
cia. & hoc latius proſequere, vt ibi per eū. Facit qđ no. Cy. in
l. ſi quis in cōſcribēdo. C. de epi. & cle. & l. Theopompus. ff.
de do. præle. per Bart. ¶ Quarta differentia inter arbitrū, &
arbitratorem eſt: quia ſententię arbitri eſt parēdum, ſiue ſit
æqua, ſiue iniqua: & etiam ſi grauiter lædat. aliàs pęna com-
mittitur. C. de arbit. l. 1. & ſi nō eſt promiſſa pœna, agitur ad
intereſſe, ſi ſtipulatio intercesſit: vel ſi partes emologauerunt
ipſam: vel ſi infra. 10. dies nō contradixerunt. omnibus enim
iſtis caſibus oritur actio, & ex ſententia arbitri, etiam ſi ſit
iniqua: nec reducitur ad arbitriū boni viri, ſecundum Inn. li-
cèt Hoſt. cōtra. ſ. de arbi. c. 2. Sentētia verò arbitratoris ſem
per reducitur ad arbitrium boni viri, vt hic. & dicto. §. arbi-
triorum & d. l. ſi libertus. ff. de ope. liber. facit qđ no. ſ. de ar-
12 bi. c. dilectus. Arbitramentum ergo nō emologatur curſu de
cem dierum. ſicut ſententia arbitri. hic tamen aduerte, quia
ſi compromiſſum factum eſt ſine pęna: videtur habere locū
dicta emologatio ſententiæ arbitri per dictam. l. cum antea.
& l. fina. C. de arbi. Si autem cum pęna: tunc videtur ceſſare
prouiſio dictę. l. cum antea. propter ſpecialem prouiſionem
hominis, vt. l. fin. de pact. conuen. & de hoc variant glo. iuris
13 ciuilis. † an ſcilicet dicta emologatio locū habeat, vbi eſt pœ-
na in compromiſſo appoſita. Bart. diſtinguit, quòd aut in cō
promiſſo vallato appoſitione pęnæ eſt appoſita dicta clauſu
la. & tunc emologatio ceſſat. & tantūmodo cōmittitur pęna,

, ſi fuerit contra factum. quod dic, vt no. Bar. in l. ait prætor. in
prin. ff. de re iudi. in dicta l. cum antea. & per Innocen. in c. p
14 tuas. ſupra de arbi. l. 2. ¶ † Tertiò quæro infra quantum tem
a pus poſſit fieri reductio[a] ad arbitrium boni viri. Spe. in tit. de
arbi. §. ſequit. videtur dicere, quòd infra. 10. dies, ſicut dicit
appellari, vt d. l. non diſtinguemus. §. cum quidem. ff. de arbi.
Bar. cõtra. in dicto. §. arbitriorũ. vbi cõcludit, vt ſi per ãnũ ta
ceat: videtur arbitramentum comprobare. quod eſt verum,
ſecundùm eum, quando petitur per modum actionis, vel offi
cio iudicis, ſubrogato loco actionis. Sed quando officium iu
dicis proponitur principaliter (vt in contractibus ſtricti iu-
ris) tũc debet proponi infra quadriennium hodie: olim infra
15 annum vtilem. Regula enim eſt, † quòd quando officium iu-
dicis datur ad reſcindendum id, quod de iure communi va-
let, anno vtili finitur, vt l. in honorariis. §. ſed cum reſciſſa. ff.
de act. & oblig. dic latius per eum in dicto. §. arbitriorum.
16 ¶ Quartò quæritur, † ſi partes promiſerunt ſtare dicto arbi-
tratoris ſub pœna centum librarum, & arbitrator iniquè pro-
nunciet: & mandat adimpleri infra octo dies. cui pars con-
demnata non paret: an poſſit pœna ab ea peti. quidam quòd
ſic. quia in re ſua, &c. vt in l. in re mandata. C. mandati. & l. ne
mo exterus. C. de iude. ¶ Alij contra. Si enim iuramentum
non prohibet reductionem ad arbitrium boni viri, vt hic, &
ſupra c. veniens. multò minus debet impedire appoſitio pe-
næ. & hoc tenet Hoſt. quando generaliter eſt iuratum de ſtan
do dicto arbitratoris. Si autem ſpecialiter, & expreſsè dictũ
fuit, quòd ius vnius partis poſſit in totum, & pro parte dare
alteri. & promiſſum fuerit & iuratum ſtare ſuę pronuncia-
tioni iniquæ: videret ſtandũ eius dicto de rigore: & nõ parẽs
deieraret, & nõ pẽnã hic promiſſam incurreret de rigore: licèt
fortè ex æquitate iudex debet occurrere iniquitati, penſatis
cauſis, locis, & temporibus, & qualitatibus perſonarum: vt
patet in eo, quod legi. & no. ſupra de tranſac. c. fi. ſecundùm
Hoſtien. Cui adde, quòd plenè not. Dy. in reg. ſcienti. de reg.
iuris lib. 6. ¶ Videtur tamen mihi, quòd ſolutio quæſtionis
17 propoſita pendeat ab alia. † ſcilicet an poſſit renunciari peti
tioni renunciationis ad arbitrium boni viri. in qua Barto. ſic
diſtinguit. aut arbitratur iniquè per dolum. & talis renuncia-
tio nihil operatur. & ita loquitur tota diſtinctio Dy. in d. reg.
ſcienti. aut ſine dolo: & tunc aut eſt deceptio in magna quan
titate: aut in parua. ſi in magna, poteſt peti reductio. ſi in par
ua: tunc ſecus, vt ff. de mino. l. ait prætor. §. quæſitum. & ita de
bet intelligi gloſ. in l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. quæ di
cit, quòd poteſt auferre de iure vnius, & dare alteri. Intelligi
tur enim moderatè: ſed ſi eſſet expreſsè dictum, quòd poſſit
auferri in magna, & parua quãtitate: tunc valet pactum de iu
ris rigore, vt dixi ſupra, ſecundùm Hoſtien. niſi eſſet ita ma-
gna quantitas. quòd faceret ipſum dolum præſumi, vt l. om-
nes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cre. Et de iſta quæſtio-
ne dic per Dyn. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga.
& in dicta reg. ſcienti. & per Cyn. in l. cum antea. C. de ar. &
per Guli. de Cun. in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. ¶ Qualiter au-
tem cognoſcatur, quæ dicatur parua, vel magna quantitas. &
qualiter probetur iniquitas. dic per Bar. in d. §. arbitriorum.
In dubio autem ſemper præſumitur pro laudo, quòd ſit bo-
num, & æquum, vt not. Dyn. in conſil. quod incipit. Ptolo-
meus manentis. & pendente petitione reductionis ad arbi-
trium boni viri, non poteſt fieri executio laudi: ſicut nec exe
cutio ſententiæ appellatione pendente. & hoc not. Bald. in d.
l. ſi quis arbitratus. in repetitione. ¶ Quintò quæritur. dictũ
eſt ſupra, quòd multiplex eſt differentia inter arbitrum, & ar
bitratorem: & quòd diuerſus eſt effectus ſententiæ vnius, &
18 alterius. † pone ergo, quòd compromiſſum fuit in aliquem,
tanquam in arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem com-
poſitorem: an eius ſententia cenſeatur lata, tanquam ab ar-
bitro: vel tanquam ab arbitratore. & ſic ſciamus effectum pro
ductiuum. dic, quòd hoc perpendi poterit ex ordine proce-
dendi. ſi enim ſeruauerit iuris ordinem: videbitur eius ſenten
tia lata tanquam ab arbitro. Si autem non ſeruauerit, cenſe
bitur lata tanquam ab arbitratore. & hoc no. glo. notabilis in
l. 1. ff. de iudic. ¶ Sed hic incidenter quæritur, quid ſi partim
proceſſit iuris ordine ſeruato, partim non ſeruato. dicunt q-
dam, quòd non valet proceſſus: quaſi inchoando proceſſum
vna via, præcluſa erit ſibi via in alia. contrarium tenet Hoſtiẽ.
dicens, quòd in hoc dubio potius debet iſte iudicari proceſ-
ſus arbitratoris, quàm arbitri: vt res potius valeat, quàm pe
reat, vt in c. abbate. de verbo. ſignifica. Dy. no. de hac quæſti.
in l. ſimiles. ff. de teſtamento milita. & Bart. in l. ſi dominium
rei. ff. de fur. & Spec. in titu. de arbi. §. ſequitur. verſicu. quid ſi
compromiſſum. facit optimè ad prædicta cle. ſæpe. de verbo.
ſignifica. in fin. aduertendum tamen ſecundùm Innocẽ. quòd
conceſſa poteſtate tanquam arbitro, non poteſt procedere,
vt arbitrator: nec econtra: niſi per aliqua verba poſſit aliud
comprehendi. remittit Ioann. And. ad Spe. de arbi. §. fi. in ſe-
19 cunda colum. ver. ſed pone, quòd ſicut. & ver. ſequen. ¶ † Sex
tò quæro quanto tempore durat poteſtas arbitrandi. dic, quod
aut recuſat arbitrari. & ſtatim finitur, vt l. multa. ff. de condi.
& demonſtra. & l. fin. C. de contrahend. emptio. Aut differt ar
bitrari: & tunc refert. aut confertur in arbitriũ contrahentis:
aut tertij. ſi contrahentis: & tunc aut aliquid ſubſtantiale: &
debet arbitrari infra. 60. dies, vt l. quod ſi nolit. §. fina. ff. de
ædil. edic. aut aliquid accidentale, ſiue qualitas: tunc debet ar
bitrari, cum primum poteſt, vt l. hæc venditio. ff. de contra-
hen. emptio. aut confertur in arbitrium tertij; & tunc durat
poteſtas anno, vt l. fin. §. fin. C. communia. de leg. Et prædicta
procedunt in contractibus. in vltimis voluntatibus dic. vt l. 1.
de leg. 2. vbi etiam plenè de iſta materia in repetitione domi
20 ni mei, & per Bart. ¶ Septimò quæro: † vtrùm laudum tran-
ſeat ad hæredes. dic per Cyn. in l. fina. C. de contrahend. emp.
vbi diſtinguit, quòd aut debet quis arbitrari iure ſuo: & tran
ſit. aut iure alieno: & non tranſit, vt ẽt not. Bart. in l. ſtipulatus
fuero. de verbo. obligatio. contra hæredem verò compro-
mittentis an tranſeat: & ſi eſt electus arbitrator ſuper lite, eſt
dubium. Si enim arbitramentum æqui paratur arbitrio, nõ
tranſit. ſi iudicio, tranſit, ſicut inſtantia iudicii. vt l. ſi eum ho
minem. ff. de fideiuſ. Specu. in tit. de arbi. §. finitur. tenet, quòd
tranſeat. quia arbitramentum eſt quædã tranſactio, vt in Au-
then. vt diffe. iudi. in prin. dic vt ibi not. ¶ Octauò quæro, ſi
arbitrator aſſumptus ſuper contractu, vel vltima voluntate,
non vult arbitrari: an recedatur, illo arbitrari nolente. Bar.
plenè diſtinguit in contractibus. ¶ Vltimò quæro, quę ſunt
cauſæ, propter quas pater poteſt exheredare filium. dic, vt in
gl. cui adde, quòd ex omnibus cauſis (ex quibus poteſt exhe
redare) poteſt etiam alimenta denegare, vt no. Spe. in tit. qui
filii ſint legiti. verſ. quid ſi filia. & ſe. & Bart. in l. ſi quis à libe-
ris. ff. de liberis agno.

ADDITIO.

a ¶ Reductio. qualiter poſſit fieri, ne petatur reductio. vide Dy. in conſil. incipien. Ptolomeus. Lanfran. in tract. de arb. ver. ex omnibus. Floria. in l. ſocietatem §. arbitriorum. ff. pro ſocio. Bald. conſi. 161. Bald. in l. quod de bonis. §. 1. ff. ad leg. fal. Io. An. in addi. Spe. de arbi. §. fin. ver. item ſi cõ promiſſum.

*SVMMAE.*

1 *Coniuges abiurare non poſſunt.*
2 *Vir & vxor non poſſunt cogi, vt maneant ſeparatim, pacto etiam iuramento firmato,*
3 *Coniuges ſi iurant ſe continentiam ſeruaturos: vlterius non poſſunt repetere,*
4 *Coniugum altero ad religionem tranſeunte, quare alter non poſſit in ſeculo remanere.*
5 *Matrimonia debent eſſe libera in contrahendo, & diſſoluendo.*





1 TVanos. † Cõiuges ſe abiurare non poſſunt.
hoc dicit. cõmunis diuiſio. Secunda
2 ibi [nos igitur.] ¶ Primò no. † quod pacto etiam iura-
mento firmato, non poſſunt vir, & vxor cogi. vt maneant ſe-
paratim. volentes autem bene poſſunt. & aduerte, quia tex. di
3 cit, quod iurauerunt ſe nunquam mutuò petituros: ſed † quid ſi
iuraſſent ſe continentiam ſeruaturos. dicit Inn. quod vlterius re
petere ſe non poſſunt. Io. An. remittit ad no. in c. dudũ, de cõ-
uer. cõiuga. ſuper ver. caſtitatis. & de coniug. lepro. c. 1. ſuper
glo. 4. ¶ Quærit glo. dicitur in tex. quod debet dimittere ſic com
morari: Sed an hoc ſit verum, etiam non tranſeundo ad reli-
gionem. quidã, quòd non. alij contra, per hunc tex. Sed tunc
4 quærũ, † quare altero tranſeunte, non poteſt alius in ſeculo
remanere, & ambo ſeparati poſſunt in ſeculo commorari.
dicit Hoſti. quia poſſet ſequi abſurdum, vno tranſeunte, & al
tero remanente. ſi remanens non contineret: vel profeſſus ad
duceretur de monaſterio: vel alter viueret ſemper in adulte-
rio. ad hoc de conuer. cõiug. c. ex parte A. vbi verò ambo ſũt
in ſeculo: ſi non contineant, nihil abſurdum, ſi cogitur alter al
teri adhærere, vt hic. ¶ Quærit glo. e conuerſo ad tex. dicitur
in tex. quod ſi iurauerãt ſe nunquam adinuicem diſceſſuros, nec
5 peterẽt ſeparari: videt, quod nõ valeat. † quia matrimonia debẽt
eſſe libera in contrahendo, & diſſoluendo. ff. de verb. oblig. l.
Titia. glo. dicit, quòd per tale iuramentum non prohibentur
ſeparari obtentu religionis. Io. An. dicit, quod quotieſcunq; ſub-
eſſet iuſta cauſa (puta conſanguinitatis, vel aliud impedimen
tum) poſſit alter agere ad diuortium, non obſtante iuramen
to, vt hic per eum.

*SVMMAE.*

1 *Vir ſi iurauerit non accuſare vxorem, temerarium eſt iuramentum.*
2 *Maritus non poteſt accuſare vxorem de fornicatione præcedente matrimonium.*
3 *Obligatio, quantũcunque generalis, & indiſtinctè contracta cum aliquo, intelligitur, ſi fidem ſeruauerit.*
4 *Conſtitui procuratorem ad negocia, qui tempore conſtitutionis erat bonæ vitæ, & conditionis: deinde me abſente, & ignorante, efficitur baratator, & prodigus: videor tacitè reuocare.*
5 *Promiſſio generalis, & indiſtincta, etiam cum iuramento multas recipit limitationes.*
6 *Sponſæ de futuro non poteſt obijci fornicatio præcedens ſponſalia.*
7 *Sponſalia de futuro pluribus cauſis diſſoluuntur.*
8 *Iura, quæ loquuntur in marito, & vxore: vendicant ſibi locum in ſponſo, & ſponſa.*
9 *Statuto cauetur, quòd fœmina maritata non admittatur ad ſucceſſionem cum maſculis in bonis patris: an deſponſata tantùm admittetur.*
10 *Pactum etiam iuramento firmatum non valet, quando concernit delicta futura.*
11 *Iuramentum, quo quis ſe obligat ad non accuſandum vxorem de adulterio, an valeat.*
12 *Maritus an poſſit vxorem corrigere, & caſtigare.*
13 *Prohibitus accuſare, non prohibetur denunciare.*
14 *Maritus quid conſequatur per denunciationem factam de vxore.*

QVemadmodum. Is, qui iura-
uit cum mu-
liere contrahere: propter ſuperuenientem forni-
cationem, vel difformitatem eam repellere poteſt: propter præ
1 cedentẽ verò non. † Et ſi vir iurauit non accuſare vxorem, te
merarium eſt iuramentum: Sed ſi ſpecialiter de adulterio iu-
rauit, denunciare poterit: ſed accuſare non debet. h. d. ¶ Et
ſunt tres partes. Secunda ibi [illud autem] tertia ibi [quod ſi.] pri
ma ſubdiuiditur. quia priò inducit ſimile ſolutioni fiẽdæ: ſe-
cundò ſoluit. ibi [ita ſi quis. [tertia probat ſolutionẽ per eui-
tationem abſurditatis, & per rationem. ibi [alioqui] quartò
reſpondit ad oppoſitionem iuramenti, ibi [non obſtante] quod
reſpõſum probat per euitationẽ abſurditatis. ibi [quod ſi poſt]
ſecunda non ſubdiuiditur: ſed tertia ſubdiuidit in tres. quia
primò ponit. ſecundò allegat pro parte negatiua. ibi [cũ ſcri-
ptura] tertiò pro affirmatiua. ibi [ſed nũquid.] quartò ſoluit
2 ibi [tutius ergo.] ¶ Primò no. † maritũ nõ poſſe accuſare vxo
rem de fornicatione præcedente matrimonium. Ratio reddi
tur in gl. q incipit. quia ex quo. facit. ff. de adul. l. ſi vxorem. §.
ſi quis vxor. & j. de elec. c. nulli. lib. 6. adulteriũ verò, ſiue for
nicationem ſubſequentem poteſt vir obijcere. ſimile. ſ. de teſt.
c. præterea. Et facit ad quęſtionem, quod debitor non poſſit al-
legari, & capi vt ſuſpectus, ratione inopiæ ſubſequentis tantum,
vt no. Dy. ff. vt in poſ. le. l. 3. §. fi. & l. ſi creditores. ff. de priuile.
3 cred. & l. fin. C. de ſpon. ¶ Secundò no. † quod obligatio, quantũ
cũque generalis, & indiſtincta contracta cum aliquo, intelli-
gitur, ſi fidem ille ſeruauerit. concor. ſ. ti. proxi. c. 3. Ita ſub-
intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, vt in ver. quod ſi
poſt. & facit ad quæſtionem. Si feci pacem cum inimico, & iu
raui non offendere. qui poſtea efficitur rebellis, & hoſtis ciui
tatis, ita vt poſſit impunè offendi: potero impunè ipſum offẽ
dere, non obſtante iuramento. quod dic, vt in diſputatione
Bar. quæ incipit. Lucanæ ciuitatis, &c. ad hoc facit l. quęro. §.
4 inter locatorẽ. ff. loca. facit etiam ad quæſt. † quod ſi conſtitui pro
curatorem ad negocia. qui tempore cõſtitutionis erat bonæ
vitæ, & conditionis: deinde me abſente, & ignorante efficit
baratator, & prodigus: quod tacitè videor reuocare mãdatũ. & de
bitores mei ſcientes eius conditionem mutatam in deterius,
non liberantur ſoluendo eidẽ. ad hoc facit l. ſi cũ Cornelius.
ff. de ſol. & l. 3. §. quãuis. ff. de admi. tuto. & c. nulli. de elec. lib.
6. & alia iura hic allega. in gl. quæ incipit. non. regulariter. n.
receditur ab eo, quod firmatum eſt cum iuramento, ſi ten-
dit ad noxã, vt in c. ſuggeſtũ. de deci. & in l. ex facto. ff. de vul.
& pupil. & c. inſinuante. de offi. deleg. & l. ſi vnquam. C. de re
5 uo. do. † Et ex his patet, quòd promiſsio generalis, & indiſtin
cta etiam cum iuramẽto, multas recipit limitationes. quod eſt
verum, ſecundùm glo. in iuramentis promiſſarijs, ſed in acce
ptorijs nulla conditio, vel limitatio intelligitur. 32. q. vlt. c. vlt.
vbi de hoc. & hoc dictũ nota. & adde ad illa, quæ dixi. ſ. c. ſi
verò. & corrigit hic Io. An. prælatũ prætextu criminis præce
dentis promotionẽ ſuam accuſari nõ poſſe. ad hoc de purga.
6 ca. c. fi. & in d. c. præterea. de teſti. cog. ¶ Tertiò no. † quod ſpon-
ſæ de futuro non poteſt obijci fornicatio præcedens ſponſa-
lia: ſed ſubſequens bene poteſt. ergo, ſicut in vxore, cõmit-
titur adulterium. quia neque matrimonium: neque ſpem ma
trimonij violare permittitur. vt l. ſi vxor. §. diui. & §. ſi quis
vxorẽ. ff. de adult. & hic in glo. q incipit. nã ſponſus. ¶ Quar-
tò nota in verſi. nam & etſi. quòd ea, quæ dirimunt iam com
tracta: multò magis impediunt contrahenda. quia Turpius
eijcitur, quàm non admittitur hoſpes. vt dicit tex. fortius eſt
enim ius in re, quàm ius ad rem, vt l. Sempronius Attalus. ff. de
vſufruc. le. & patet. c. pe. & fi. de præb. li. 6. &c. ¶ Quintò no.
7 in verſi. quòd ſi poſt. † quod ſponſalia de futuro pluribus de cau
ſis diſſoluuntur: & impediunt contrahenda, quæ non dirimũt
iam contracta: vt decrepitas, & alij defectus, qui impediunt
promouendum: ſed non deijciunt iam promotum, vt in c. præ-
8 cepta. 55. di. & de cor. viti. per totum. ¶ Sextò not. † quod iura,
quæ loquuntur in marito, & vxore, vendicant ſibi locum in
ſponſo, & ſponſa. & ſic appellatione vxoris continetur ſpon-
9 ſa. & facit ad quæſtionẽ. † quòd fœmina maritata non admit
titur ad ſucceſsionem cum maſculis in bonis patris. pone er
go, quòd eſt tantummodo deſponſata: an admittetur. videt,
quòd non. quia prouiſio, quæ loquitur de vxore extenditur
ad ſponſam. vt hic. ad idem. l. non ſine. C. de bo. q lib. & l. 4. ff.
de fundo dotali. 32. q. 2. c. ſufficiat. & c. cum initiatur. cũ ſe.
¶ In contrarium facit eadem cauſa, & quæſtio. c. non eſt du
bium. cum pluribus ſequentibus. videtur enim matrimo-
nium initiatum, non conſummatum per ſola ſponſalia, vt ibi.
facit l. vxores. & l. ſolet. ff. de his, qui no. infa. & fortè iſta
pars eſt vera. & quando tractatur de odio irrationabili.

(vt eſt excluſio ſucceſsionis in bonis paternis vt l. maximum
vitium.C.de lib.præte)appellatione vxoris, & mariti non cõ
tineatur ſponſus & ſponſa.pro hoc facit ratio dictæ l. non ſi-
ne.vbi Imperator propter cauſam fauorabilem mouetur ad
illam deciſionem:aliàs vbi eſſet odium (vt in quęſtione pro-
10 poſita)eſſet aliter reſpondendum. ¶Septimò no.de efficacia
pacti de non accuſando: †videtur enim pactum etiam iura-
mento firmatum non valere. quod eſt verum, quando pa-
ctum concernit delicta futura, vt hic; quia inuitat ad delin-
quendum. & ſic non valet, vt l. conuenire.ff.de pac.do.¶Si au
tem loquitur in delictis iam commiſsis: tunc pactum de non
accuſando videtur valere.facit quod no. in l. iuriſgentium.§.
ſi paciſcar.ff.de pac.facit quod no.in c.veniẽs.de accu. & iſte
tex.intelligatur de pacto circa pacta futura.probat ver.in qa
11 ſi mulier fieret infidelis.&c.¶Octauò no. †quòd valet iura-
mẽtum,quo quis ſe obligat ad non accuſandum vxorem de
adulterio.quod poteſt intelligi, vt iam prædixi in præceden-
ti notabili in delicto iam commiſſo:non autem de committẽ
do.quia eſſet cõtra bonos mores.quod nõ obligat, vt in reg.
non eſt obligatorium.& ſic intelligo tex.dum dicit [nunquid
vir poteſt dimittere] &c. quaſi intelligatur de adulterio iam
commiſſo.non autem de committendo: ſuper quo non eſt ꝓ
dita actio tempore conuentionis.cum non eſſet commiſſum.
ergo per pactum iuri futuro renunciari non poteſt, maximè
quando ius futurum nõ poteſt in eſſe produci abſq; delicto,
& contumelia creatoris.vt eſt adulterium,arg.l.inter ſtipu.§.
ſacram.ff.de verb.obli.& ſic intelligo hunc tex.¶Nonò not.
12 †quòd maritus poteſt corrigere vxorem a primò. ſecundò au
a tem an poſsit eandem aliter caſtigare.glo.fi.tenet quòd ſic,ꝑ
c.placuit.33.q.2.ibi no.de hoc.in c. ſicut alterius.7.q.1.vbi
no.de poteſtate viri erga vxorem.Non ob. C.de repu.l. con-
ſenſu.§.1.vbi maritus non debet vxorem verberibus affice-
re:intelligitur enim,niſi id ex magna cauſa fiat, vt in hoc exẽ
plo.& niſi ſint leuia.ff. ad l.Aquil. l. præceptorem. ſine cauſa
verò, vel enormiter ipſam verberans, puniretur,ſecundùm
13 Hoſtien.& Gof.¶Decimò no.†quòd qui prohibetur ab ac-
cuſando,nõ prohibetur à denũciando. & ſic pręcluditur vna
via alicui,& alia via admittitur.de quo in glo.fi.ſuper qua q̃-
rit Hoſti.ſi vir iurauit non denunciare:an denunciare poſsit
poſtea.diſtinguit,quòd aut iurans compatitur animæ pericli
tanti:& tunc poteſt.aut mouetur ratione proprij intereſſe: &
tũc debet abſtinere.Adducit Auguſtinum ſuper Matth. 18.
c.Si amore tui id facis, nihil facis.ſi amore illius facis, opti-
mè facis.ar.ad hoc.27.q.1.c.ſciendum. ¶Sed hic etiam quæ
14 ritur; †quid conſequitur maritus per iſtam denunciationẽ.
dic,quòd probato adulterio,cogetur pœnitere, vt dicit text.
Ex quo dicit Pe.alibi melius nõ ꝓbari: q̃ ꝓbato crimine ali-
cuius per denunciationem prælato, non præualebit eum:vel
ſuſpendet officio, vel beneficio.ſed ſolùm coget pœnitere:ni
ſi in caſibus.de homi.c.inquiſitionis. 1.reſponſo.

ADDITIO.

a ¶Corrigere vxorem.vide in l.conſenſu.& Auth.poſita.C.de repu.glo.7.q.1.c.ſicut alterius.gl.in c. quemadmodum.de iureiur.Bar.in l.filius.de patria poteſ.Bar.Cæpol.in l.Marcellus. de ver. ſig.Ale.conſi.96. volu.3.

SVMMAE.

1 *Aſſertioni ſimplici affirmando, vel negãdo debet credi ſecundùm Euã gelium.*
2 *Statutum ſi minuat pœnam confitenti delictum. & quis primò negauit:poſtea confitetur:talis confeſſio ſibi non prodeſt.*
3 *Vinculum iuramenti quare adimendum ſit.*
4 *Iuramentum, quod exigitur vltra promiſſionem, eſt à malo.*
5 *Iurandum non eſt per creaturam:ſi tamen iuratur, ſeruandum eſt &*
6 *nume.7.*
8 *Honorificentia creatoris non debet transferri ad creaturam.*
9 *Chriſtianus recipiens ab infidelibus iuramentum per creaturas, non peccat.*
9 *Iuramentum debet habere tres comites:iudicium: iuſtitiam: & veritatem.*
10 *Iurare per increatas, vel ſuperiores creaturas, eſt maius peccatum: quàm iurare per minus ſanctas.*
11 *Iurandum eſt, ſicut partibus placuerit, quando pars defert iuramentum parti.*
12 *Iuramenta, quæ percipiuntur in iure, ſemper ſunt præſtãda ſuper ſancta euangelia.*
13 *Iuramentum eſt finis controuerſiæ. Et eſt confirmatio veritatis.n.14.*
15 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
16 *Clericus, qui non dicit officium, non debet habere beneficium.*
17 *Monachus poteſt præbere teſtimonium in cauſa eccleſiæ ſuæ.*

ET ſi Chriſtus præcepit: Monachi, & conuerſi iurare poſſunt licitè pro teſti
monio ferendo in cauſa monaſterij. h. d. diuiditur in quinq;
partes.primò reſpondet aucto. euangelicæ, qua videbatur ꝓ
hibitum iuramentum. ſecunda ibi [Iacobus.] reſpondet au-
cto.Apoſtoli.tertia ibi[angelus.] probat multis auctoritati-
bus noui,& veteris teſtamenti, quòd licitum eſt iurare.quar-
ta ibi[quædam]dicit, quare ſimpliciter prohibetur iuramen
tum.quinta ibi[licèt]dat petentibus licentiam iurandi.¶Pri
1 mò no. †quòd ſecundùm Euangelium ſimplici aſſertioni de
bet credi,affirmando vel negando, dum dicitur[eſt eſt: non
non.]Matthei.5.c.& 2.ad Corint.1.in fi.Ex quo etiam colli
ge, quòd inconſtantia, & variatio reprobatur. vnde facit ad
2 quæſt.† ſi ſtatutum minuit pœnam confitenti delictum.& qs
primò negauit,poſtea confitetur: talis confeſsio ſibi non ꝓ-
deſt.de quo per Bar.in illa diſputatione.Per Italiam commu
3 niter ſunt ſtatuta &c.¶Secundò no.†quòd propter perfidiã,
& incredulitatem hominum adinuentum eſt vinculum iura-
menti:ſicut ſtipulationes:inſtrumenta:teſtes: & ſimilia.vnde
Seneca.Vtinam nulla ſtipulatio emptorem venditori obliga
ret:neq; pacta conuenta impreſſa ſigillo cuſtodirentur. fides
enim potius illa ſeruaret,& æquum colens animus.& ſubdit.
O turpem humani generis fidem. annulis noſtris plus q̃ ani
mis creditur.hoc autem contingit propter malitiã.quia om-
nis ætas ab adoleſcentia prona eſt ad malum. 12.q. 2.c. om
nis ætas.& in Auth.de nuptiis.§.mitiores.colla.4. non tamen
4 quis malus præſumitur.ſ.de præſump.c.vlt.¶Tertiò not.†ꝙ
iuramentum, quod exigitur vltra promisſionem eſt à malo.
quæ verba expone, vt ſ.de elec.c. ſignificaſti. ¶Quartò not.
5 †quòd non eſt licitum iurare per creaturam, niſi in caſibus
exceptis in quarta glo.de quo dic per Hoſt. in ſumma.eo.tit.
6 §.quomodo. ſub.§.per quot.¶Sextò no.†quòd nõ debet trã
ſferri ad creaturam honorificentia creatoris. ex quo arguit
Hoſt.contra illos,qui plus homines, quàm Deum honorant.
& patet.quia coram altari tranſeuntes nullam etiam inclina
tionem reuerentiæ exhibent. Sed quando coram domino ve
niunt,quaſi idolum ipſum colunt, flectendo genua, caputiũ
extrahendo,& ſimilia,contra id,quod le. Apoc.19.vbi Ange
lus dicit beato Ioanni volenti cadere ad pedes eius. Vide ne
feceris: conſeruus tuus enim ſum. de quo pleniùs hic in no-
7 uella.¶Septimò no. †quòd licèt non ſit iurandum per crea-
turam:ſi tamẽ iuratur,ſeruandũ eſt. vnde ſi iuretur per deos
8 alienos,impleri debet,quod iurat.†Et Chriſtianus recipiens
ab infidelibus hoc iuramentum nõ peccat.22.q. 1.c. monet.
Et multi decipiuntur in hoc, vt patet.22.quæſtio.5.c.ecce.&
de hoc in glo.6.quæ colligit ex tex.quòd multa fieri non de-
bent,quæ facta tamen tenent.de quo per Io. An.ſ.de offi.de
le.c.conſuluit.in gl. imò videtur. ¶Octauò no.in ver.Paulus.
9 †quòd iuramẽtum debet habere,tres comites.iudicium iuſti
tiã, & veritatẽ. de qbus.22.q.2.c.animaduertẽdũ.Et ꝑ Ho.
in ſumma.eo.ti.§.quot comites.¶Nonò. not. in verſi.quod-
10 cunq;.ꝙ nõ eſt vis,ſiue quis iuret ſuper euangelia, ſiue ſuper
reliquias:ſiue dicat, ꝓmitto hoc in fide mea. †maioris tñ eſt
contẽptus,& maius pcm̃,iurare per increatas, vel ſuperiores
11 creaturas,q̃ per minus ſanctas.Et aduerte,quãdo pars defert
iuramentum parti,iurandum eſt, ſicut partibus placuerit.ff.
12 de iureiuran.l.3.ad fi.& 4.q.5.c.in iuramẽtis.† Iuramenta ve
rò,quæ præcipiuntur in iure, vt teſtis calumniæ,veritatis,& ſi
milia ſemper ſunt præſtanda ſuper ſancta Euangelia, ſecun-
dùm Io.An.quod no.& vide ꝑ Hoſti.in ſumma.eo. ti.§.qũo.
ſub.§.per quod.& quod no.22.q.1.in ſumma.in cle.1.§.por
ro.de hęreti.& in c.& circa.de elec.li.6.vbi etiã de hoc.¶De
13 cimò no.in verſi.alioqui.†quòd iuramentum eſt finis contro
uerſię.ff.eo tit.l.1.vnde ex eo,ſicut ex ſñia,datur actio, & ex-
ceptio, vt l.actori.C.eo ti.& l.ſi duo.§.Iulianus.ff.e.ti. ¶Vn-
decimò no.in ver.q̃dam.quòd quædam non ſunt de ſe mala:
ſed prohibita propter malum,quod exinde poſſet ſequi.vt in
c.principatus.1.q.1.quod patet in vino:in quo non eſt culpa
14 vini:ſed nimium bibentis.¶Duodecimò no.† ꝙ iuramentũ
eſt confirmatio veritatis.quia ponitur communiter ſuper cõ
tractu pro ipſius confirmatione.& de iure canonico datur ro
bur contractui inualido.de iure ciuili dic, vt l.ſi quis pro eo.
ff.d fideiuſſo. facit quod no.1.qõ.7.c.quoties cordis oculus.
15 ¶Tredecimò no.reg.† quòd ceſſante cauſa, ceſſat effectus.
de quo in l.generaliter.C.de epi.& cle.per Cyn.& l.1.de do-
16 na.ff.per Bar.†vnde clericus,qui non dicit officium, nõ de-
bet habere beneficium, quod propter officium illud datur,
17 vt in c.fi.de reſcrip.lib.6.¶Quartodeciò not.† ꝙ monachus
poteſt præbere teſtimonium in cauſa eccleſię ſuæ. de quo in
Spec.de teſte.§.1.verſic.item excipitur,quòd eſt monachus.
& in Auth.de monachis.§.cogitãdũ.facit.ſ.de teſti.c.veniẽs.
& de proba.c.tertio loco.



SVMMAE.

1 *Iuramentũ, quod contra eccleſiaſticã libertatẽ præſtitũ eſt, non tenet.*
2 *Canonici non poſſunt aliquid attentare in præiudicium ſedis epiſcopalis, ſede vacante.*
3 *Pœnitentia competens debet imponi pro incauta iuratione.*
4 *Papa mandat inquiri per viam inquiſitionis ſuper iuribus eccleſiæ malè alienatis.*
5 *Iuramentum temerarium non repellit à promotione.*

1
a SIcut noſtris, †Iuramentum, quod contra eccleſiaſticam vtilitatem præ
ſtitum eſt,non tenet. h.d. prima pars ponit iuramentũ
temerarium.ſecunda punit iurantes.tertia committit.ſecun-
2 da ibi[pro iuratione]tertia ibi[quia verò.]¶Primò no. † ꝙ
ſede vacante in præiudicium iuris epiſcopalis, nõ poſſunt ca
nonici aliquid attentare. de quo.ſ.ne ſede vacã. per totum.
3 ¶Secundò no.†quòd pro iuratione incauta imponitur cõ-
petens pœnitentia. ¶Et aduerte,quia epõ imponitur pñia ꝓ
temerario iuramento.& quò ad alios de hoc mandatur dili-
gentius inquiri.ratio, quia epiſcopus fuit confeſſus de ſe. &
eius confeſsio alijs non præiudicat.¶Tertiò no.quòd non iu
ramenta, ſed potius periuria ſunt dicenda, &c.vt in tex.con-
cor.c.cum in cunctis.infra de his,quę fiunt à maio.par.Capi.
4 ¶Quartò no.†quòd ſuper iuribus eccleſię malè alienatis Pa
pa madant inquiri per viã inquiſitionis,dixi.ſ.in c.ad noſtrã.
5 il.2.¶ Quintò not.†quòd iuramentum temerarium non re-
pellit à promotiõe.Iurauit enim iſte epiſcopus vnà cum alijs
canonicis ſimul in damnum eccleſiæ:& tamẽ promotus fuit.
quod dic vt in glo.An autem ipſe epiſcopus poſsit.dic vt in
glo.fi.facit,quòd poſsit cap.à collatione. de app.lib.6.& l.1.
§.ſolent.ff.quando app.ſit.& de conceſ.præben.c.poſtulaſti.

ADDITIO.

a ¶Iuramentum. An manus Sacerdotis dicatur pollui, cũ iuratur.vide Io. de Turre cremata in c.2.q.5.

SVMMAE.

1 *Res dotales de iure non poſſunt alienari, conſtante matrimonio.*
2 *Iuramentum confirmat contractum alienationis rei dotalis.*
3 *Iudex eccleſiaſticus tenetur ius canonicum in foro ſuo obſeruare.*
4 *Pactum legis commiſſoriæ confirmatur iuramento.*
5 *Statuto ſi cauetur, quòd promiſſio facta à filiofa. ſine conſenſu patris non valeat ipſo iure. ſi filiusfa. cum iuramento promiſit: an veniat contra laudum.*
6 *Contractus, ſiue diſpoſitio decem modis, ſiue reſpectibus reprobatur à iure. vſque ad nu.14.*
7 *Pactum de futura ſucceſſione, & per quod aufertur libera teſtandi factio, vel libertas matrimonij: vel quod cõtinet aliquid turpe, nõ firmatur iuramento.*
8 *Venditio rerum, quæ ſunt fixæ ædibus, non firmatur iuramento.*
9 *Statuto cauetur, quòd in ciuitate ſtarium frumenti non poſſit vẽdi vltra decem ſolidos: & hoc vt ſit abundantia frumenti. ſi aliquis emit maiori pretio cum iuramento, non valet contractus.*
10 *Fideiuſſor ſi datur pro dote ſeruanda vxori: talis fideiuſſio non firmatur iuramento.*
11 *Filiusfami. ſi renunciat Macedoniano cum iuramento: debet ſoluere: ſed poſtea poteſt contradicere, uel petere ſe abſolui.*
12 *Statutum ſi prohibet mulierem, vel minorem contrahere ſine certa ſolemnitate: talis contractus non firmabitur iuramento.*
13 *Solemnitates introductæ propter publicam vtilitatem nõ poſſunt tolli pactis, uel iuramentis priuatorum.*
14 *Iurans ſuper contractu (cui iuranti interdictum eſt bonis per iudicẽ) an per iuramentum confirmet contractum.*

CVm contingat. Non auditur mu-
lier contra aliena-
tionem rei dotalis, cum ſponte conſenſit, et nõ cõ
trauenire iurauit. cõmunis diuiſio. ſecũda ibi [nos autem.]
1 præmitte pro euidentia: † ꝙ de iure res dotales non poſſunt
alienari,conſtante matrimonio,vt.ff.de fun.do. per totum.ſi
militer nec donatio propter nuptias, quam facit vir mulieri.
& hoc eſt,quod ſubijcit tex.[d iure ciuili conſenſus mulieris
j.eo.c.cum venerabilis.ſuper glo.penul.per Io.An.& hic ple
8 nius per eum.¶Quartò quæro † quis ſit eius effectus.dic ꝙ
reſoluit:vel expugnat exceptionẽ,vt dixi. & habet ſe ĩ minus,
quã exceptio.quæ quandoq; defendit reum : quandoq; affi-
cit perſonam actoris:quandoq; iudicis: qñque procuraroris:
quandoq; libellũ:qñq; reſcriptũ:qñq; locum. Replicatio ve
9 rò ſemper afficit ipſam exceptionem.¶ Quintò quæro†quõ
tollatur,vel vitietur replicatio.dicit Io.An. ꝙ per replicatio-
nem rei,quæ ipſam afficit.pone exemplum.j.de conuer.cõ-
iuga.c.dudũ.& duplicatio per triplicationẽ tollitur.& ſic de-
inceps,vt Inſti.de repli.poſt prin.& Io.An.hic clarius p exẽ-
pla de ſexta q̃ſtione,quæ ſit prius probanda,exceptio,vel re-
plicatio.Ioã.de Deo.in q.6.ponens exemplum de replicatio
ne excõicationis contra excõicationis exceptionẽ.dicit repli
cationem prius probandam. qđ exemplum non placet Spe.
per c.dilecti.infra.e.& in ſpec.e.tit.§.nunc videndũ.verſi.ſed
de qua.Sed põt intelligi exemplum Ioannis de collegio cita
to:pro quo comparet vnus de collegio,obijciens exceptionẽ
contra actorem.Actor verò replicat illum eſſe excommuni-
catum.& ſic in iudicio eſſe non poſſe.qđ declara, vt hic in no
uella.vbi concluditur:ꝙ ſicut reus non aſtringitur probare
exceptionem ſibi competentẽ,niſi fundata exceptione acto
ris,vt ſupra de teſti.c.de teſtibus.ita nec actor cogitur repli-
cationẽ probare:niſi ſit probata exceptio rei. quã ipſe actor
intendit per replicationem elidere.& hoc tenet Speculator ĩ
10 dicto §.ſi.poſt princ.& plenius hic in nouella.¶De ſeptima
quæſtione , an ſit neceſſariò pronunciandum ſuper replica-
tione. dic , vt in nouella. quæ ęquiparat replicationem illo
caſu emergenti,uel incidenti:in qua , an ſit pronunciandum.
dic vt. ſ. de ordi. cogni. c. 1.& illud, quòd ibi dicitur in ex-
ceptione,habet locum in replicatione, ſecundùm eum.&c.

ADDITIO.

¶ Replicatio.An autem cognoſcatur poſt exceptionem , vel contra.vide in Spec.de excep.& repli.§.2.verſi.ſed de q.&.§.hoc quoq;.& § ſi.Pañ. hic nu.20.in verſi.quæ ſit prius probanda.

S V M M AE.

1 *Habens plura beneficia non poteſt opponere de pluralitate beneficiorum.*
2 *Beneficiorum pluralitas reprobatur.*
3 *Certa ſcientia tollit vitium ſurreptionis:non tamen inducit diſpenſationem pluralitatis:*
4 *Plurales an poſſint nomine eccleſiæ pluralitatis exceptionẽ opponere*
5 *Beneficia plura non habentes an admittantur ad repulſionem pluralis.*

CVm eccleſiaſticæ Habẽs plura bñficia, contra aliũ de pluralitate non excipit.h.d.Prima
pars ponit deciſum exordium.ſecunda mandatum.ibi. [ mã
damus]in qua exceptionẽ repellit,& cauſam exprimit.¶Pri
1 mò no.†ꝙ habens plura beneficia non põt opponere de plu
2 ralitate beneficiorum.¶Secundò hic colligitur. †ꝙ benefi-
ciorum pluralitas reprobatur:vt non poſsit quis plura bene-
cia obtinere de iure.de quo plenè per Inno.in c. cum iam du
dũ.j.de præben.¶ Oppo.& videtur,quòd impetratio, vel p
uiſio facta illi,qui habet alia beneficia,ſit ſurreptitia.& ratio
ne ſurreptionis impugnari poſsit, vt in c.ſi proponente.& c.
cum adeo.ſ.de reſcri.¶So.aut Papa contulit beneficium ha
benti plura:& non poteſt repelli per exceptionem,vt hic.aut
conferri mandauit:& loquitur contrarium.non ergo repellit
exceptio ab obtento:ſed ab obtinendo,vt in cõtrario.& hoc
eſt,quod dicit tex.[facias pacifica poſſeſsiõe gaudere.]& ſic
erat in poſſeſsione:& Celeſtinus ex certa ſcientia ſibi cõtulit.
& poſito quòd non contuliſſet ex certa ſcientia : congruum,
& rationabile eſſet,vt iſti plurales repellerentur. & ſecundũ
hunc intellectum dicit Hoſti. quòd iſtud.c. plenè procedit.
¶Secundò opponitur,& videtur , quod licèt iſti plurales nõ
debuerint admitti:tamen iudex ex officio debuit iſtum I.re
pellere.Si dicamus , quòd Papa ex certa ſcientia non contu-
lerit.quia gratia erat ſurreptitia , vt dicto c. ſi proponente.
nec per ſurreptionẽ debet aliquis promoueri.ſupra de elect.
c.cum dilecti.& de regu. iur.c. 1. lib. 6. Et maximè,quando
obijcitur crimen notorium , ſicut eſt plura beneficia obtine-
re.quod non poteſt eſſe, niſi notorium. Si enim repellit cri-
men cum infamia.vt in c.accedens. infra de accu.multò ma-
gis crimẽ notorium quàm famoſum.Sol.ſi dicamus, quòd Pa
pa



pa ex certa ſcientia contulit , non obſtat contrarium . & hoc
3 tenet Innocen.Aduerte tamen,† ꝙ certa ſciẽtia tollit vitium
ſurreptionis:non tamen inducit diſpenſationem pluralitatis.
j.de præben.c.non poteſt.li.6.valet ẽt certa ſcientia, ſiue ex-
preſsio beneficij:quia talis,non petita licentia,poteſt ad ſecũ
dam eccleſiam ſe transferre.quod aliter non poſſet. ſupra de
renun.c.admonet.& de cle.non reſiden.c.fraternitatis. ¶Itẽ
prima facie non admittuntur canonici,vel alii contra talem.
cum ſit plenum ius aſſecutum. Poteſt intelligi iſtud c.ꝙ Pa-
pa non contulit ex certa ſcientia. Sed tunc ſtat contrarium,
ꝙ repelli debuerit.¶Sed dic , quòd poſt quam fuit aſſecutus
pacificam poſſeſsionem:non potuit repelli per viã exceptio-
nis,vt in c.ſuper his.j.de accu. & ſecundùm hoc non eſt curã
dum:an iſti,qui ſe oppoſuerunt,eſſent plures in beneficiis ob
tinendis,vel non.¶Hic tamen aduertendum ad id, quod di-
cit Inno.ſi non eſt: potero plura beneficia obtinere , ſñ opi-
nio.notabilẽ in c. cum iam dudũ. j. de pręben. quare aũt de
ipſa pluralitate excipitur contra reſcriptum, & nõ contra p
uiſum.reſpondet ipſe , quia reſcriptum vires accipit ex inten
tione ſcribentis,infra de verb. ſigni.c. dilecto.¶Tacens autẽ
beneficium( licèt modicũ ) circunuenire voluit : & ſic reſcri-
ptum ſurreptitium. beneficiatus autem in vna eccleſia de iu-
re poteſt eligi in alia:niſi tanta eſſet multitudo , quòd poſſet
de auaritia,& ambitione notari.ar.intra de præben.c. quia in
tantum.& c.quia iam dudum. ¶Quidam tamen dicũt, ꝙ ex
ceptio ſurreptionis quòd ſicut poteſt opponi contra reſcri-
ptum:ita etiam contra prouiſionem.ff.de na.re. l. 1.& ſup.de
dolo, & contumacia.c. cum olim. & infra de accuſa.c. acce-
dens.¶Et hoc placet Io.And.qui circa hoc concludit, quòd
plures plurales repelluntur à dicta exceptione pluralitatis:
non autem fuiſſent repulſi ab exceptione ſurreptionis reſcri
pti:vel nullitate prouiſionis.& hoc eſt,quod ſentit tex.hic,dũ
dicit [exceptionẽ illam. ] &c. per quod enim datur intelligi,
ꝙ aliam legitimam exceptionem poſsit opponere : nec ob-
ſtaret eis pluralitas.cum paria delicta commiſſa circa diuer
ſa non tollantur mutua compenſatione.j. de adul.c. penulti.
4 Et in hoc videtur reſidere Io.An.¶Quærit gl. vtrùm iſti†plu
rales nomine eccleſiæ poſſent dictam exceptionem oppone-
re.glo.diſputat,& videtur concludere, ꝙ nõ poſſunt.quia nõ
expedit eccleſiæ: cui potius expedit habere canonicum locu
pletem.Ex quo arguit Io.An.ꝙ ſi expediret eccleſiæ,admitte
rentur etiam plurales(puta quia propter pluralitatem eccle-
ſiarum deſeretur eccleſia.)Vel quia clericus omnino inutilis,
& oneroſus.& talis , qui eccleſiæ ſeruire non poteſt.cõe autẽ
intereſſe non poſsit proſequi pluralis.puta,ꝙ ſua cõis præbẽ
da,quam de communi percipit , minor erit illo recepto.ſed
ſpiritualis poſſet proſequi:puta ꝙ ſua ſpãlis præbenda p hoc
minueretur,ſecundùm Inno.qui alleg.ff.de procura.l.licèt.&
ff.ne quid in lo.pu.l.2.§.viarum.dicit etiam, ꝙ intereſſe eccle
ſiæ poſſet proſequi procurator conſtitutus ab aliis : licèt plu
ralis.quia etiam infamis poſſet eſſe procurator. Inſt.de exce.
§.1.& not. ſupra de iura.calum.c.Imperatore. in vltima gloſ.
5 ¶Quærit. 2.no.glo.†an illi, qui non habent plura beneficia,
ſint admittendi ad repulſionem iſtius pluralis . arguit primò
efficaciter,quòd non.ſi alios receperunt,vel receptos in plu-
ralitate tolerauerunt : vt quòd in ſuis approbauerunt , non
debent aliàs reprobare.Ioan. And.remittit ad not. in c.fina.
infra eod.

S V M M AE.

1 *Cauſarum deciſio aliquando retardatur propter exceptiones malicioſè oppoſitas.*
2 *Iudex poteſt exceptioni. malitioſè oppoſitis quatuor modis obuiare.*
3 *Iudex poteſt ſtatuere terminum in exceptionibus dilatoriis proponendis.*
4 *Excipere volens non auditur poſt terminum præfixum à iudice.*
5 *Dilatio ad proponendas exceptiones dilatorias eſt peremptoria.*
6 *Exceptio , quæ habet originem poſt litem motam, venit in eodem iudicio.*
7 *Iuramentum eſt legitima probatio.*
8 *Exceptionum ſpecies plures.*
9 *Exceptio ſolutionis dilatoria quando ſit opponenda, & nu. 14.*
10 *Exceptio declinatoria quando ſit probanda.*
11 *Exceptio, quæ perimit intentionem agentis, quando ſit probanda.*
12 *Iudex an poſſit aſſignare terminum peremptoriis ad ipſas opponendas.*
13 *Exceptio excommunicationis an poſſit opponi poſt terminum.*

PAſtoralis. Iudex ſtatuere debet terminũ ad oẽs dilatorias proponendas . poſt quem excipientem non audiet:niſi in tri-
bus.h.d.& in prima deciſa conſultatio.in 2.reſponſio.in qua
duo facit.primò ponit decretũ, & ipſũ caſum.2.pęnã.& tres
1 caſus excipit.ibi[ita quòd.]¶Primò no.†ꝙ ppter exceptio
nes malitioſè oppoſitas nonnunquam cauſarum deciſio re-
2 tardatur. †põt tamẽ iudex huic malitiæ obuiare vno de qua
tuor modis. primò præfigendo terminum , de quo in iſto c.
ſcđò condemnãdo excipientem in expenſis:ſi in probatione
defecerit, vt in c.finem litibus.de dolo , & contu. tertiò com
minando pęnam,ſi non probauerit, quod opponit. ſupra de
elec.c.ſicut.per Compoſt.& quod no.Cy.in l.2.C.vt quæ de-
ſunt aduo. ¶Quartò quia ſi iudex de malitia opponẽtis ve-
hementer ſuſpicatur : põt non admittere. & valet proceſſus
ad vlteriora:niſi ille poſtea exceptionem non admiſſam pba
uit veram eſſe coram iudice appellationis , cognoſcẽte de re
pulſione exceptionis prędictæ, vt ſentit Innocẽ. in c.poſt ele
ctionem.j.de conceſ.præben. ¶Et aduerte, quia tex.iſte lo-
quitur,cum exceptionem iſtam oppoſitam non probauit.qđ
aũt ſi exceptionem peremptoriam,quam poterat opponere,
& probare ſtatim, diſtulit prope cõcluſionem in cauſa:vt ſic
actorem ſumptibus , & expenſis medio tempore fatigaret:
videtur,ꝙ etiam debeat condemnari in expenſis medii tem-
poris,ratione retardatę exceptionis.arg.optimum.j.e.c.ex-
3 ceptionem. ver. ꝙ ſi eam omiſerit.¶Secundò not. †ꝙ iudex
poteſt ſtatuere terminum in exceptionibus dilatoriis propo
nẽdis.ex quo datur intelligi, ꝙ ſi quis in vna exceptione ſuc
cumbit:poteſt ad aliam redire.& ſic poſtea in infinitum ſuc-
ceſſiuè:niſi emanaſſet iſta prouiſio,ar.Inſti.de excu.tu.§.qui
autem.& adde qđ no.in l.ppter litem ff.de excu.tu. vbi quid
iuris,ſi in opponendis exceptionibus dilatoriis eſt certus or
do:an tranſeundo ad ſequentem, videatur renunciare prio-
4 ri.dic,vt ibi,& l.ſed ſi ſuſcepit.ff.de iudi.¶Tertiò not.ꝙ poſt
terminum præfixum à iudice nõ auditur volens excipere.qđ
ergo dicitur,ꝙ exceptiones ſunt perpetuæ,eſt verum:niſi tẽ-
po. proponẽdis terminus ſit præfixus] à iudice. ſimile in ac-
cuſatione,vt l.Titia.ff. de accu.& l.3.C.qui accu. nõ poſ.¶Si
mile etiam in actione:vt quanquã ſit perpetua , põt iudex ex
cauſa eius vitã coarctare , vt l.diffamare.C.de inge.ma.& de
hoc legitur,& not.ſupra de proba.c.licèt cauſam. ¶Quartò
5 no.†ꝙ dilatio ad proponendas exceptiones dilatorias videt
eſſe peremptoria:licèt verbum,peremptio , non fuerit expſ-
ſum in aſsignatione termini. & hoc tenet Hoſti. per Dec.cõ-
ſuluit.de offi.dele.& in Spec.de dila.§. 1.ver.exceptionem.&
in ver.ſeq.vbi etiam no.quid iuris,ſi vltima dies huius termi-
6 ni ſit feriata &c.¶Quintò no.†ꝙ exceptio,quæ habet origi-
nem poſt litem motam,venit in eodẽ iudicio.& loquitur iſte
text.de exceptione dilatoria ſuperuenienti . Quid autem de
peremptoria.dic vt in c.abbate ſanè. de rẽ iudi.li.6. & l.1.de
7 excep.vbi plenè per Bart. ¶Sextò no.quòd iuramentum eſt
legitima probatio.Ratio eſt,quia neſcire,vel ignorare conſi-
ſtit in conſcientia.Et idcò ſufficit probatio per iuramentum,
vt no.in c.ſignificaſti.de homici.& c.præſentium.ſupra de te-
ſti.vel eſt ratio hic. quia tractatur de modico p̃iudicio. Ideo

iuramentum habetur pro plena probatione, vt l.theſaurus.
ff.ad exhiben.¶Venio ad quæſtiones,pro quarum euidentia
8 premitte per modum diſtinctionis, †ꝙ plures ſunt ſpecies
exceptionum.nam quædam ſunt dilatoriæ, vt exceptio ſolu
tionis.quædam declinatoriæ fori, vt exceptio incompetentis
iudicis.quædam peremptoriæ. Et iſtarum aliquę concernūt
cauſam principalem, & iuriſdictionem: vt ſi contra gratiam
obiicitur ſurreptio.Quædam verò ſunt anomalæ,ſine dubio:
vt exceptio,ne quis conueniatur, niſi quatenùs facere poteſt.
Item exceptio non numeratæ pecuniæ.& non numeratę do-
tis.Item exceptio ordinis:vt prius cōueniatur reus, quàm fi-
deiuſſor:vel quā extraneus poſſeſſor. de quibus legitur,& no
tatur in l.3.ff. de exceptio. ¶Circa ergo prædictas exceptio
9 nes de pluribus dubitari poteſt. †quæro ergo primò de dila-
toria exceptione ſolutionis,quando ſit opponenda, & probā
da.Reſpondeo, ꝙ opponenda eſt in ipſo litis initio, vt dicit
tex.in l.exceptionem.C.de probatio.quod intellige in ipſa li.
conteſtatione, vel prius, vel parum poſt,antequam ad alios
actus iudicij procedatur,vt C.de iura.calū.l. 2. 1.reſpō. poſt
litem verò cōteſtatam ex interuallo ſi opponatur: non impe
ditur proceſſus; quia præſumitur ipſam proponere cauſā dif
ferendi litem,vt ſupra de proba.c.nullus.& hoc eſt verū, niſi
de nouo ad ſuam notitiam peruenerit, ar.huius c.aduerte ta
men,quòd ſi per atteſtationes, vel inſtrumenta apparet etiā
poſt litem conteſtatam, quòd debitum ſit in diem, proderit
hoc reo.quia licèt ad hoc non fuerint teſtes inducti: tamen
tangit exceptio prædicta negocium principale. j. de accu. c.
inquiſitionis.ſi de hoc ergo iudici conſtiterit quomodocūq;,
inducias duplicabit.quod dic,vt ſ.de plus peti.ca.1.¶Secun
10 dò quæro,† quando probanda ſit exceptio declinatoria, vt l.
emptor.C.de præſcriptio.long.tem. vbi de perēptoria.de du
biis,de quibus ſupra dixi,an habeant naturam dilatoriæ, vel
peremptoriæ.dic,vt dicta l.3.ff. de exceptio. vbi no.quòd ha
11 bent vim peremptoriæ. ¶Tertiò quæro. †quid de exceptio-
ne(vt ſic dixerim miſta)quæ perimit intentionem agentis, &
iuriſdictionem iudicis:vt ſi quis obtinuit gratiam, quòd ſibi
ꝓuideatur in aliqua eccleſia, vel beneficio dato à iudice dele
gato, ſiue executo.ſi enim reſcriptum tunc dicitur obrepti-
tium ex cauſis,quæ no.ſ.de reſcrip.c.adeo.& c.ſi propōnen-
te.eliditur iuriſdictio iudicis delegati,& etiam gratia. & ideo
dicitur miſta.& poteſt tunc opponi,ſecundùm Inn.& Io.An.
in vim dilatoriæ, & in vim peremptoriæ, ſcilicet ante litem
conteſt.& poſt.Ad hoc facit quod legitur, & no.ſupra de re-
ſcrip.c.conſtitutis.in glo.excep. per Ioa.An. & j.de litis cō-
teſt.c.excep.obiectionis.li.6.Et eſt hoc vtile ſcire,ſi iudex ſta
tuit terminum ad opponēdum omnes dilatorias: an poſt ter
minum ſit pręcluſa via huius exceptionis: quæ accedit ad na
turam peremptoriæ, & dilatoriæ. de qua quæſt. dic, vt not.
in Specu.de dila.§.1.ver.Item quæritur.& ibi per Ioan.And.
in addi. ¶Quartò quæro.an illud, qđ hic dicitur in c.de dile
12 ctio.habeat locum in peremptoriis:†vt iudex poſſit perēpto
riè terminum aſſignare ad ipſas proponendas.glo.1.ꝙ non.
Inno.& Hoſtié.contra.& idem Compoſ.ſ.de elec.c.quod ſi-
cut.& per Ioan.An.vbi poſt gl.verſi.ſed quid de illo.& verſi.
& pone.vbi omnino videas.& in Specu.eodem ti.§.dicto.ver.
vtrum.& per reg.indultum.de reg.iur. lib.6. & in clem.ſæpe.
13 de verb.ſignifi.per Ioa.An.¶Quintò quæritur: †an poſt ter
minum poſſit opponi exceptio excommunicationis.glo.1.ꝙ
a ſic.a per c.excep.j.eo.Idem Hoſti.hic.& Spec.eo.tit.§.2.ver.
ſed nunquid.poſt Inn. qui tenet obſtare lapſum termini huic
exceptioni opponēdæ.Sed prima opi.verior, & hodie appro
bata in cle.1.eo.tit.&c.¶Sextò quæritur.dicitur in text.[niſi
fuerit proteſtatus.]&c.an ſufficiat proteſtatio in genere.glo.
quòd non.idem Hoſti.& in Spec.eo.titu §. 2.ſed illud. & §.vi
ſo.verſicu.qualiter.¶Vltimò oppo.dicitur in tex. ꝙ poſt ter
minum poteſt opponi dilatoria exceptio, ſi peruenit ad noti
14 tiam de nouo.†Quid ſi peruenit ad notitiam poſt litem cō-
teſta.an poſſit opponi.quidam ꝙ ſic,& Gof. in ſumma huius
ti.§ ſed ſciendum.& Inn.ſ.de offi.dele.c.prudentiam.& Ho.
hic.licèt glo.teneat contrarium. de qua materia vide in Spec.
e.ti.§.2.in 1.& 2.col.& per Io.An.de reg.iu.in generali mate
ria proteſtationum.in fi.&c.

ADDITIO.

a ¶Quod ſic Adde Cardi.in cle.1.de excep.Bar.in l.1.§ parui.ff quod vi aut clam Fede.conſi.18.& conſi.118. Bar.in l in exceptionibus in ver.in prima lec C.de proba, Panor in c.intelleximus.nu 6 in ver. excommunicationis.de iudæis.Idem hic nu.12.Gemi.in c.1.ſupra eo.ti.

*SVMMAE.*

1 *Iudices aliqui inter delegatos ſi reperiantur ſuſpecti, ratione illorum omnium declinatur examen.*
2 *Procurator repellitur per exceptionem excommunicationis ſententiæ.*
3 *Excommunicato omnis legitima defenſio reſeruatur.*
4 *Litigare ſub ſuſpecto iudice, eſt periculoſum.*
5 *Iudex poteſt offendentem excommunicatum ex officio ſuo punire:licèt excommunicatus paſſus iniuriam non poſſit accuſari.*
6 *Excommunicato non eſt deneganda ſententia iuſta.nec etiam appellationis beneficium.*
7 *Excommunicatus licèt poſſit ſe defendere:non tamen reconuenire.*
8 *Reſtitutionem in integrum quidam petiit per iudicis beneficiū. an excommunicatus poterit ſe opponere, & debeat audiri.*
9 *Excommunicatus an poterit appellare extra iudicium.*
10 *Appellans extra iudicium non excommunicatus: ſi poſtea excōicaretur: an poterit appellationem prædictam proſequi.*
11 *Statuto cauetur,quòd bannito non fiat ius, Titius accuſauit Sempronium de maleficio,& lite pendente eſt exbannitus: an poterit procedere ſuper accuſatione.*
12 *Excommunicatus an poſſit compenſare.*
13 *Fideiuſſor excommunicatus an poſſit compenſare.*

CVm inter. Excōmunicatus excipere,
appellare, & oēm defenſio
nem ſuam facere pōt:ſed reconuenire non pōt.h.
1 dicōis diuiſio.ſecūda ibi[inquiſitioni.]¶Primò not.†ꝙ ſi ali
qui ex iudicibus delegatis ſunt ſuſpecti, ratione illorum om-
nium declinatur examē qđ dic. vt j.de offi. dele. c. ſi contra
2 vnum li.6.¶Secundò no.quòd ſicut per exceptionem excō-
municationis ſnīæ repellitur principalis: ita etiam procura-
tor ipſius.metimur enim perſonam procuratoris ex perſona
domini,vt l alia.§.elegāter.ff.ſolu.ma. vnde excōicatus ſicut
non agit per ſe:ita nec per alium,vt ſ.de iudi.c.intelleximus.
nec etiam nomine alieno, vt in c.poſt poſſeſſionem.ſ. de ꝓ-
3 ba.¶Tertiò not.†ꝙ excōmunicato omnis legitima defenſio
reſeruatur.eſt enim defenſio de iure naturali,quæ nemini eſt
auferenda,vt l.defenſionis facultas.C.de iure fi. li.10.& in c.
4 paſtoralis.in cle. de re iudi. ¶Quartò not.†ꝙ periculum eſt
ſub ſuſpecto iudice litigare. de quo.3. q.v. c. quia ſuſpecti.&
C.de iudi.l.apertiſſimi.& l.cum ſpeciali.& vtrobiq;. ¶Quin
tò no.ꝙ quantuncunq; aliquis ſit odioſus iuri (vt eſt excōmu
nicatus) tamen in iudiciis adiungitur ad defenſam. & in hoc
plus attenditur ęquitas iudicantis,quàm fauor excommuni-
cati,vt dicit tex.¶Ex quo collige, ꝙ quandoq; iudex ſubue-
5 nit ex officio,ſi æqtas ſuggerit.†vnde licèt excōmunicatus,
ſi patiatur iniuriā,non poſſit accuſare: poterit tamen iudex
offendentem ex officio punire,ſuadente æquitate.& pro hoc
facit l.Item apud Labeonem.§. ſi quis ſic.facit. ff. de iniur.&
ibi per Old.& per Pyl.in libello ſuo. ex quibus cauſis delictū
excuſetur,vel mitiget, in rubricella rōne defectus iuris agen
6 tis.¶Sextò not. †ꝙ iuſta ſententia non eſt deneganda excō-
municato:nec etiam app.beneficium, etiam ſi ſit actor, j.eo.
7 c.ſignificauerunt.& c.vlt.¶Septimò no.†quòd licèt excom-
municatus poſſit ſe defendere: non tamen poteſt reconue-
nire.& illud,quod conceditur ad oſtenſionē,non debet trahi
ad



ad impugnationē.de quo in tex. ¶Venio ad quæſtiones.dici
tur,ꝙ excōmunicatus poteſt ſe defendere: non autem agere.
8 quæro ergo de tali quæſt.†quidam petiit reſtitutionem in in
tegrum.certum eſt, ꝙ poſſunt ſe opponere omnes, quorum
intereſt,vt in Auth.ſi omnis. C. ſi vt ſe ab hęre. abſti.nūquid
ergo excommunicatus poterit ſe opponere, & debeat audi-
ri?qō in hoc conſiſtit:an hoc caſu taliter ſe opponendo dica
tur actor, vel reus.dicit Inno. quòd aut reſtitutio poſtulatur
in certam perſonam:& non poterit ſe opponere excōmuni-
catus.Nō ob.iſtud c.vbi dicitur, ꝙ reus excipiens auditur,ēt
excommunicatus;quia intelligitur in reo neceſſario: ſed nos
loquimur in reo voluntario.aut reſtitutio non poſtulatur cō-
tra incertam perſonam:ſed contra certam perſonam.vt ſi pe
tat minor reſtitui contra ſententiam perpetuò, & contra ſe
latam: vel quia damnoſa eſt hæreditas propter debita Petro:
vel propter legata ſibi facta:tunc bene audiretur, licèt excō-
municatus eſſet: cū videatur ſpecialiter contra ipſum actio
dirigi.vnde reus neceſſarius dici poteſt. Alij aliter dicunt, vt
hic non nouella. eadem eſt qō, ſi excommunicatus ſe oppo-
nit contra petentem confirmationem: videtur enim reus vo-
luntarius,& per conſequens repellendus.de quo dixi.ſ.de iu
di.c. exhibita. & faciunt ad prædicta: an reus petens tenutæ
reuocationem,refectis expenſis, repellatur prætextu excom
municationis, tetigi ſupra de iudi. in c. intelleximus. remit
tendo ad Bart.in l.de pupillo. §.ſi procurator. ff.de oper.no.
nun.& in Spec.de contuma.§.ſi.verſi.ſed pone.An autē excō
municato nō valenti agere currat pręſcriptio.& ſi currit: an
reſtituat,tangitur hic in nouella. ¶Secundò principaliter q̄-
9 ro.†nunquid extra iudicium poterit excommunicatus appel
lare.dicit Inno.quòd non.cum talis appellatio ſit ad cauſam
prouocatio.j.de appel.c.an ſit.Sicut ergo prohibetur ad cau
ſam prouocare: ſic & talem appellationem interponere. Ho.
remittit ad no.j.de app.c.bonæ.ad fi.& Io.An.ad no.per eū.
de ma.& obe.c.dilecti.& in c.pia.j.e.lib.6.¶Tertiò quęritur
10 †ſi quis non excommunicatus extra iudicium appellauit, &
poſtea excōmunicatur. nunquid appellationem prædictā ꝓ-
ſequi poterit?videtur ꝙ non.quia excommunicatio ſuperue-
niens impedit vires reſcrip.prius impetrati.de off.dele.c.pru
dentiam.§.ſexta.Item excommunicatio in quacunq; parte li
tis opponitur.j.c.exceptis.ergo & iſti,qui hanc appellationē
proſequuntur.Inno.tenet contrarium, ſi negotium eſt ad ſu-
periorem delatum:puta,quia poſt appellationē, & ante gra-
uatus excōmunicatus fuit in eo,ſuper quo appellauit.genera
liter enim dicitur, ꝙ excō municatus ſuam appellationem ꝓ
ſequi poteſt, ſi notanter ante excommunicationem appel-
lans grauatus non fuit. & per conſequens appellatio nondū
habebat effectum.hoc caſu non poſſet talem appellationem
proſequi,obſtan.excōmunicatione. Aliqui tamen indiſtin-
ctè tenent, ꝙ talem appellationem proſequi poteſt excom-
municatus. ¶Et hæc faciunt ad quæſtionem legiſtarum de
bannito,qui cæperat agere ante bannum, ſm̄ Ioa.An.qui nō
11 dicit plus.Ego reperio quæſtionē in hac forma.†Statuto ca-
uetur,ꝙ bannito non fiat ius.accidit, quòd aliquis accuſauit
aliquem de maleficio:& lite penden.eſt exbannitus:an poſſit
procedere ſuper accuſatione:videtur,ꝙ non,per l.Vrannius,
§.ſed cum duo.ff. de fide inſtru. ibi [ vt quemad. alias non
poſſunt.ita nec remaneant]ad idem.l.ſi poſt finitam. ff.de ſu
ſpe.tu.& l.hos accuſare.§.hoc beneficio. ff.de accuſ. & l.3.§.
pe.ff.de libe.agno.Contrarium tenet Bār. in d.l. Vrannius.al
leg.pro caſu l.neganda. C. qui accu.non poſ. & l.is qui reus.
ff.de publi.iudi. vbi accuſatus non poteſt de nouo alium ac-
cuſare. ſed antiquam accuſationem bene pōt proſequi. Ad
12 contraria reſponde, vt ibi per eum.¶Quartò quæritur.†an
a excommunicatus poſſit compenſare:a videtur, ꝙ ſic; quia ve
nit in compēſatione qn̄q; quod non venit in petitione: vt de
bitum naturale,vt ff.de compenſa.l.etiam.Item excōmunica
tus poteſt ſoluere debitum.ſed qui compenſat, ſoluit,vt ff.de
compenſa.l.etiā.& ff.qui po.in pig.ha.l.ſi debitor. & hac rō-
ne videatur,ꝙ ſi debitum eſt liquidum, Io. An.videtur incli-
nare,ꝙ compenſare non poſſit. Idem hic gloſ.Idem Io.Tan.
13 & Vin.Gof.& Pe. ¶Et ſm̄ hāc opi.quæritur†an fideiuſſor ex
cōmunicatus poſſit compenſare,quod excōicato debetur.
Idem de fideiuſſore banniti non valentis petere debitum,vel
compenſare:an fideiuſſor ab eius creditore conuentus pote-
rit.arguit pluribus rationibus.& concludit, quòd poſſit. Et
idem Ia.de Are. qui diſputauit hanc quæſt. facit quod not.j.
de iure patro.c.1.li.6.in glo.penul.in nouella.Et per Dyn.de
re.iuris.li.6.& l.is cui.& ibi no.An excōmunicatio,quę obſta
bat cedenti,obſtet ceſſionario. huic ſimilis eſt quæſtio diſpu
tata per do.Bal.ſi ſtatuto cauetur, quòd fœnerator nō audia
tur poſt quinquennium ſuper ſorte. & j. quinquēnium cedit
alteri non fœneratori. an ceſſionario currat eadem pręſcri-
ptio quinquennalis.an iuris communis.

ADDITIO.

a ¶Poſſit compenſare.an poſſit opponere exce. excōicationis.Arch. 4.q.1.c.1.Bar.in l.amplius.in fi.rem ra. ha.Bal. in additi.ad Spe. de arb. verſ. hac ratione.Bal.& Sal.in l.quoniam Alex.C.de adul.Pau.de ca.conſ.64. Alex.1.l.libertus.de in ius vocan.But hic,& Panor.nu.23.

*SVMMAE.*

1 *Reus à quo petitur res, ſi excipiat de permutatione rei illius facta cū actore:non per hoc fatetur actorem fuiſſe dominum.*
2 *Eccleſia vendicatur iure proprietatis quò ad plenum dominium.*
3 *Eccleſia vna poteſt cum pluribus eccleſiis, & poſſeſſionibus permutari: & poſſeſſionis permutatione poteſt interuenire pecuniæ refuſio.*
4 *Fatetur quicunq; contractum:videtur fateri omnia, quæ veniunt de natura ipſius contractus.*
5 *Contractus permutationis eſt contractus bonæ fidei.*
6 *Eccleſia qualiter probetur ſpectare, & pertinere ad epiſcopum in tēporalibus.*
7 *Exceptionem obiiciens non confitetur confeſſionem aduerſarij.*
8 *Tranſlatum,ſiue tranſumptum ſi diſcordat cum originali, quid iuris.*
9 *Crimen perſonæ non debet in damnum eccleſiæ redundare.*
10 *Delictum procuratoris in producendo falſum inſtrumentum,vel falſos teſtes:non debet domino nocere.*
11 *Exceptio falſitatis poteſt obiici ante ſententiam,& poſt vſq;ad 20. annos.*
12 *Condemnatio vt fiat,ſufficit,quòd intentio alicuius ſit fundata de iure communi.*
13 *Priuilegium,ſiue ſubſcriptio ſubtrahit eccleſiam à iuriſdictione epiſcopali.*
14 *Eccleſia non præſumitur ſubiecta epiſcopo in temporalibus, niſi probetur.*
15 *Dubitare dicitur quoddam medium inter credere,& non credere.*
16 *Prælati cenſentur quodammodo domini rerum eccleſiarum, ratione adminiſtrationis.*
17 *Producenti priuilegium,vel inſtrumentum pro ſe, ſi confitetur omnia vera eſſe,quæ ibi ſunt ſcripta,ſi reperitur falſum: an dicta productio noceat.*
18 *Producens in iudicio inſtrumentum: an poſſit poſtea dicere ipſum non valere.*
19 *Teſtes,quos egomet produxi: an poſſim reprobare.*
20 *Approbans aliquem in teſtem,vel in iudicem, an poterit ipſum repellere,ſi eligatur ad aliquod officium,vel prælaturam.*
21 *Criminoſus poteſt eſſe iudex:ſed non teſtis.*
22 *Prophetiis infidelium,vel hæreticorum an ſit credendum.*
23 *Sententia lata per falſa inſtrumenta,quo iure retractetur.*

CVm venerabilis frater.
Exceptionem proponens: non fatetur intentionē
aduerſarij.h.d.vel aliter.†Si reus,à quo petitur res, excipiat
de permutatione illius rei factæ cum actore,non per hoc fa-
tetur

tetur actorem fuiſſe dominum. h.d. diuiditur principaliter in
duas partes In prima parte ponitur facti narratio. In ſecun-
da Papæ deciſio.ibi[intelleximus] prima ſubdiuiditur. quia
primò ponit petitionem actoris.ſecunda ibi[idem.] reſpon-
ſionem,exceptionem,& probationem reorum.tertia ibi [ad
hoc]replicationem,& reprobationes actoris. ſecunda etiam
ſubdiuiditur in tres. quia primò ponit motiuũ diffinitionis,
quoddam ponens obſtaculum. ſecundò diffinit cauſam quò
ad ſpiritualia.ibi[non]tertiò quò ad temporalia,ibi [verũ.]
2 ¶Primò no.†ꝙ vẽdicatur eccleſia iure proprietatis quò ad
plenum dominium.quandoq; quò ad titulum tantùm.ĩ. de
eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſeruan.c.1.in glo. non enim.li.6.
¶Secundò no.quòd vendicatur eccleſia cũ pertinentiis ſuis.
Quid autem contineatur ſub hoc verbo [pertinentiarũ]dic,
vt in c.cum ad ſedem.de reſti.ſpo.& in c.certificari.de ſepul.
¶Tertiò no.reſponſionem,quam facit procurator Capituli,
[quòd ſi dicta eccleſia dudum fuit.] &c.excipiendo enim cõ
ditionaliter,non videtur fateri intẽtionem aduerſarij. & hoc
eſt,quòd dicit tex.ĩ.e.c. ex tenore.ſupra de reſti. & per Dy.
in reg.exceptionem obiiciens.de reg.iuris.li.6.&c. ¶Quar-
tò no.ꝙ epiſcopus vẽdicat eccleſiam in temporalibus, & ſpi
3 ritualibus:qđ quando ſit verum.ĩ.dicam. ¶Quintò not.†ꝙ
vna eccleſia poteſt cum pluribus eccleſiis, & poſſeſsionibus
permutari. & in poſſeſsionum permutatione poteſt perue-
nire pecuniæ refuſio,intra de re.permu.c.ad quæſtiones. Et
per eum tex.arguit Ioa.An. quòd ſicut in permutatione ec-
cleſiarum iure proprietatis poſſunt dari plures eccleſiæ pro
vna,vt hic.ſic in permutatione ipſarũ, quæ fit iure tituli, ſeu
beneficii.quod refert ſæpius ſe vidiſſe obſeruari.¶Sextò no.
4 †ꝙ qui fatetur aliquem contractum(vt permutationis) vide
tur fateri omnia, quæ veniunt de natura ipſius contractus.vt
l.ſi ſtipulatus.ff.de vſuris. Et aduerte, quia ex iſto colligitur,
ꝙ ſi non per modum exceptionis:ſed puræ confeſsionis,pro
curator Capituli fuiſſet confeſſus olim dominium dictæ ec-
cleſiæ pertinere ad epiſcopum: debuiſſent ex illa confeſsio-
ne damnari. & ſic confeſsio dominii de præterito eſt efficax
probatio dominii de præſenti. pro quo facit c. preterea. ſu-
pra de tranſac. & l.ſiue poſsidetis.C.de proba. & l. certum.
§.ſed ſi fundum.ff.de confeſsis. vbi de hoc per Bar. poſt glo.
5 & per Cy.in l.edita.C.de edendo.¶Septimò no.†ꝙ contra-
ctus permutationis eſt contractus bonę fidei. de quibus con
tractibus bonæ fidei dic plenè, vt Inſti.de ac.§. actionum.&
6 hic per glo.¶Octauò no. †qualiter probatur eccleſia ſpecta
re,& pertinere ad epiſcopum in temporalibus. Eo enim ip-
ſo,ꝙ temporalia pro libito adminiſtrat:præſumitur,ꝙ ad eũ
ſpectant.nam hoc modo probatur, quem eſſe dominum,ſci-
licet omnia agere,tanquam dominum,vt no.in l.quidã.ff.de
7 cõd.inſt.& l.Titia.ff.de ſolu.¶Nonò no.in ver.intelleximus.
regulam,†quòd exceptionem obiiciens non videtur confi-
teri intentionẽ aduerſarij,de qua in reg.exceptionẽ obiiciẽs.
8 de reg.iur.lib.6.¶Decimò no.†quid iuris,ſi tranſlatũ diſcor
dat cum originali.redditur enim ex hoc falſum.Ex quo vide
tur,quòd ille,contra quem translatum eſt productũ, poteſt
petere,quòd exhibeatur originale.de quo in Auth. ſi quis in
aliquo documento.C.de eden. Quinimo ſi in vno inſtrumen
to totus tenor alterius inſeritur,nõ facit de eo fidem:niſi ſcri
bat illud,de quo in alio fit mẽtio,vt plenè no.100.di. c. con-
9 tra morem.in gl.2.¶Vndecimò not.†ꝙ crimen perſonæ nõ
10 debet in damnum eccleſiæ redundare. †delictum ergo pro-
curatoris in producendo falſum inſtrumentum,vel falſos te-
ſtes,non debet domino nocere. vt plenè per Inno. ſupra vt li
te non conte.c.1.& quod not.dominus Bal. in l.iubemus nul
11 lam nauem.C.de ſacroſan.eccle.¶Duodecimò not.†ꝙ exce
ptio falſitatis poteſt obiici ante ſententiã, & poſt vſq; ad 20.
an.cõcor.C.de fal.l.querela.& hoc verum, quãdo falſitas cõ
cernit merita cauſæ.Si autem falſitatis exceptio concerneret
iuriſdictionem: tunc poſſet perpetuò opponi ſine temporis
præfixione, vt dixi ſ.de reſcrip.in c.ſup literis.& in c.2.de cri-
12 mi.fal.¶Tredecimò no.in ver. quia verò. †ꝙ ad condemna-
tionem ſufficit, ꝙ intentio alicuius ſit fundata de iure com-
muni.eo enim ipſo,quòd eccleſia eſt ſita in diœ. alicuius, p̃
ſumitur eſſe ſibi ſubiecta quò ad ſpiritualia.16.q.7.c. omnes
13 baſilicę.& 18.q.6.c.mon.cũ ſimilibus. ¶Quartodecimò not.
†ꝙ priuilegiũ, ſiue ſubſcriptio ſubtrahit eccleſiam à iuriſdi-
ctione epãli. poteſt ergo eccleſia præſcribere libertatem con
tra epiſcopum. quod qualiter intelligatur, dicam.ĩ.de præ-
ſcrip.c. cũ non liceat. & c. auditis. ¶Quintodecimò not.in
14 ver.verùm.†ꝙ eccleſia non præſumitur ſubiecta epiſcopo in
temporalibus,niſi probetur.Et aduerte,quia iſte tex.videtur
facere contra opi.Inno.in c.ſæpe contingit. ſ.de reſti.ſpolia.
vbi no.ꝙ ſi probaui aliquo tempore me poſſediſſe:poſſum rẽ
ipſam à quolibet poſtea poſsidente vendicare: niſi ipſe pro-
bet,quomodo iuſtè poſſeſsionem perdiderim.text. enim iſte
dicit[contra.] quia non ſufficit probare poſſeſsionem de p̃-
terito:niſi præſcriptio fuerit completa.vt hic.¶Sed poſſet re
ſponderi ad hunc tex.ꝙ Inn.loquitur de poſſeſsione, cui ius
commune non reſiſtit,ſed aſsiſtit.hic verò loquitur de poſſeſ
ſione,cui ius non reſiſtit expreſsè:vt ꝙ epiſcopus bona eccle
ſiæ temporalia ſibi vſurpet propria volunta. quõd eſt prohi-
bitum. 10.q.2.c.caſellas. & c.epiſcopum.de quo dic, vt dixi
ſupra in c.ſæpe contingit.de reſti.ſpolia. ¶Venio ad oppo.&
primò oppo.dicitur hic,ꝙ per reſponſionem huius procura-
toris non eſt fundata intentio epiſcopi contra De. c. præteri-
ta.ſ.de tranſac.vbi ſimili reſponſione cõdemnantur fratres,
de quibus.ĩ. ¶Sol. quandoq; quis confitetur purè dominiũ
aduerſarii de præterito:& loquitur contrarium. quãdoq; qs
non confitetur purè:ſed per modum exceptionis ipſum do-
minium aduerſarij de præterito deducit in iudicio. & loquit̃
iſtud c.facit dicta l.certum.§. ſed ſi fundum ff.de confeſ.vt di
xi ſupra.¶Secundò opp.& videtur, ꝙ iſta oppoſitio fuit ni-
mis generalis.peto talem eccleſiam cum pertinentiis.& ideò
non admittenda:vel ſaltem declaranda. vt in c. 2. & 3.de li-
bel.ob.¶So.hic epiſcopus dictam petitionem produxit, qui
multum iuris habet in eccleſiis, vt in dicto c.omnes baſilicę.
In aliis,qui haberent ius in eccleſia,vt patronus.an dicta pe-
titio eſſet apertè concepta. dicunt quidam, ꝙ ſic in patrono
clerico:non in patrono laico.quaſi per hęc verba[peto eccle
ſiam cum ſuis poſſeſsionibus,& pertinentiis.] non intelliga-
tur petere,niſi ius patronatus.quod eſt verum,ſecũdùm Inn.
ſi clericus petit ius patronatus, vel rationem adminiſtratio-
nis ſibi reddi.Remittit Hoſti.ad not.in dicto c. cum ad ſedẽ.
de reſti.ſpo.¶Tertiò opp.& videtur,quòd procurator p̃ re-
ſponſionem.de qua in tex.fuerit confeſſus intentionem epi-
ſcopi.Et arguo à diuiſione ſic.aut credebat illam ſuam reſpõ
ſionem veram:aut falſam.Si veram: tunc talis reſponſio ha-
bet vim confeſsionis;quia ſic credebat.aut credidit illam re-
ſponſionem falſam:& tunc deierat contra iuramentum calũ
niæ,ſub quo continetur capitulum de veritate dicenda. nec
videtur, ꝙ poſsit hoc dicere.quia allegaret turpitudinẽ ſuã.
15 Sol.dic, †ꝙ inter credere, & non credere eſt quoddam me-
dium,ſcilicet dubitare,vt l.fi.C.de condi.inde.& l.manifeſtiſ
ſimi.§.ſi autem dubius.C. de furtis.Ille ergo, qui excipit ſm̃
formã huius tex.non credit,nec diſcredit:ſed dubitat. & qua
ſi inter duo veroſimilia ducitur.vt dicta l.fi.& de acqui.hære.
l.qui putat.§.bona fide. & hanc ſolutionem dant hic Inno.&
Doc.¶Quartò opp.& videtur,quòd iſte procurator,qui cõ
feſſus fuit de permutatione:videtur confeſſus omnia, quæ ſe
quuntur,vt dominium,ſine quo permutatio nõ contrahitur,
vt ff.de rerũ permu.l. 1.in prin.& in fin.Item ille, qui dicit ſe
interrupiſſe prę̃ſcriptionem:videtur confiteri præſcrip.com-
pletam.& qui excipit ſe abſolutum, confitetur ſe fuiſſe excõ
municatum, vt de elec. c. venerabilem. & qui confitetur pa-
ctum de non petendo: videtur fateri debitum: videtur enim
regulare, ꝙ ſemper ad poſitionem conſequentis ſequatur po
ſitio



ſitio antecedentis, vt l.illud.ff.de acquirem. hære. & l.2.ff.de
iuriſ.oĩm iudi.Et ad poſitionem priuationis,ſequatur poſitio
habitus,vt l.decem.ff.de verbo.obli. de qua materia dic in di
cta.l.decem.per Bar.de qua etiam in l.ſi quidem.C. de exce.
¶Dominus Bal.tenet,quòd ille, qui excipit, nõ videatur cõ
a fiteri[a] aduerſarij intentionem: probat per l.ſi reus paratus.ff.
de procurator.& l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de condi. inde.
& l.cum de indebito.§.fi.ff.de proba. Item exceptio ordina-
tur ad effectum excluſiuum actoris: ergo non debet contra-
rium operari, vt l.legata inutiliter.ff.de le.1.¶Et per hanc ra
tionẽ hoc tenet Cy.in l.ſi cõcubinam.ff. rerum amota. in ad-
ditionibus.& per Bar.in l.cum de indebito.Dy.tenet contra
rium in regula nullus pluribus.li.6.vbi vide per exempla.cau
tè tamen facit ille, qui præmiſſa negatione, vel proteſtatione
excipit.ar.eius quod no.C.de hære.& l.vt debitum. & in d.c.
ex tenore. ſ.de teſti.vbi glo. Et ita faciunt prudentes aduo-
cati.& omnino vide,quod leg. & notatur in l. ſi filium. C.de
libe.cauſa. ¶Quintò oppo.& dicitur hic, quòd fuit eccleſia
permutata cum aliis eccleſiis.Sed cõtra hoc oppo.& videtur,
ꝙ eccleſia permutari non poſsit.quia ad ſubſtantiam permu
tationis requiritur dominium.vt dicit iſte tex. & dicta l.1.ff.
de rerum permuta: Sed eccleſia,tanquam res ſacra, non eſt
in dominio alicuius, vt Inſti.de rerum diui.§.in nullius. & p
16 Inno.ſup.de cau.poſ.c.cum ſuper.¶Solu.dicit, †ꝙ prælati re
rum eccleſiarum quodammodo cenſentur domini,ratione li
berę adminiſtrationis:quam habent,vt no.in d.c.cum ſuper.
de cauſa poſ.& proprie.& c.ad quæſtiones. ĩ.de rerum per-
mu.& c.quæſitum.¶Et aduerte,quia hic innuitur, quòd ſi al
ter ex permutantibus non habet ius in beneficio:licèt permu
tationi epiſcopus præbuerit aſſenſum: non tamen poſsidens
ex cauſa permutationis poſsidet iuſtè beneficium: in quo p̃-
mutans non habebat ius:ſed in beneficio, quod permutauit.
de quo hic per Io.de Ligna. & per dominũ Federicum de Se
nis conſ.156.¶Sextò oppo.& videtur,ꝙ iſte epiſcopus ratã
volens habere confeſsionem procuratoris circa permutatio
nem,ſibi præiudicauerit.& fatuè ex ea ius ſuum fundare vo-
luerit.quia ſi permutatio fuiſſet vera: ipſe non potuiſſet dictã
eccleſiam vẽdicare,obſtante p̃mutatione:ergo malè videbat̃
ea vti velle.So.dicit Inno.oppoſitio eſſet vera, ſi epus aliter p̃
mutationem non impugnaſſet:ſed impugnabat eam fore tã-
quam non ſolemnem:puta factam ſine ſuperioris auctorita-
te,& aliis,quę debebant interuenire.10.q.2.c.hoc ius.& 18.
q.vlti.c.in venditionibus. ¶Septimò oppo. dicitur hic,ꝙ in-
ſtrumentum permutationis productum à procuratore erat
falſatum.& de permutatione non fecit fidem contra matri-
monium in fauorem epiſcopi.Sed contra, ille, qui producit
inſtr̃m,videtur confiteri omnia eſſe vera,quæ in eo dicuntur,
vt no.in c.imputari.ſ.de fide inſtru. licèt ergo detegatur in-
ſtrumentum falſum: tamen tacita confeſsio, quæ reſultat ex
productione talis inſtrumenti,videtur remanere valida.¶So
17 lu.dicit Inno.†quòd ſi quis producat inſtrumentum,vel pri-
uilegium pro ſe (quãquã confiteatur omnia vera eſſe,quæ in
eo ſcripta ſunt.) Si tamen reperitur falſum, dicta productio
inſtrumenti ſibi non præiudicat: ſi aliqua ibi ſcripta faciunt
contra eum.quia ſublato inſtr̃o,ſublata ſunt omnia, quæ cõ-
tinentur in illo,vt ſ.de fide inſtru. c. inter dilectos.§. ceterũ.
imò plus,ſm̃ eũ.quia ſi expreſsè fuiſſet confeſſus omnia,quæ
continentur in illo inſtr̃o,eſſe vera: confeſsio non obeſſet ſi-
bi,deducta poſtea falſitate inſtrumenti.& hoc verum,quan-
do dicta confeſsio adhæret inſtr̃o. Si autem de per ſe ponen
do,vel reponendo,quis aliud confitetur, & poſtea ad proba
tionẽ produceretur inſtr̃m, quod poſtea appareret falſum,
non vitiaretur confeſsio, quæ præceſsit. niſi probaretur er-
ror.Et hæc ſunt vera, quando quis producit inſtrumentũ,qđ
poſtea reperitur falſum.Si autem p̃duceretur inſtr̃m, vel pri
uilegium,quod poſtea reperiretur minus ſolemne:& quis cõ
feſſus fuiſſet in eo vera eſſe. licèt poſtea pronunciaretur in-
ſtrumentũ non ſolemne.Remaneret tamen confeſsio. & hæc
ſunt vera, vbi non eſſet ſecuta diffinitiua ſententia contra ta-
citam confeſsionem,vel expreſſam:aliàs eſſet licitum à con-
feſsione recedere,vt in c.mulier. de iureiurã. diſtingue ergo,
cum quis producit inſtrumentum, vel priuilegium.& aliqua
in contentis in eo faciunt contra eum. aut inſtrumento no-
ceat:aut ſibi talis productio. diſtingue. aut inſtr̃m reprobat̃;
quia falſum:aut quia minus ſolemne.Si quia falſum: & tunc,
aut fuit confeſſus contenta in inſtrumento vera eſſe:aut ſim-
pliciter produxit.Si fuit cõfeſſus vera: & tunc aut ſeparatim,
& ſeorſum ab ipſa productione: & tunc ſi ſentẽtia eſt lata cõ
tra cõfeſsionem ſuã:& ſibi non nocet,vt dicto.c.mulieri.aut
nulla ſententia lata eſt: & remanet efficax confeſsio ſeparata
à productione inſtr̃i,niſi reprobetur ratione erroris. aut cõ-
feſsio ſimul cum productione emanauit: & tunc reprobato
inſtrumento,reprobatur confeſsio.¶Secundo caſu principa
li cum apparet inſtrumentum, & priuilegium minus ſolẽne:
& tunc aut confitetur omnia vera eſſe, quæ in eo continẽtur:
& præiudicat ſibi:licèt poſtea detegatur non ſolẽne.Aut non
fuit expreſsè confeſſus:& tunc ſi detegitur poſtea nõ ſolẽne,
ſubdiſtingue. quia aut vigore eiuſdem ſcripturæ:vel conſimi-
lis fuit ſententiã conſecutus.& præiudicat ſibi:non tamen vi-
gore tacitæ confeſsionis.Iſto caſu quãtum ex eo, quòd aliud
conſequutus eſt,vt not.Azo in ſumma. quod quiſq; iuris.ſe-
cundùm Inno.aut nihil conſequutus eſt: tunc ſimplex produ
ctio inſtrumenti non ſolemnis non præiudicat producenti:
nec ex productione reſultat tacita cõfeſsio. quæ membra ex
dictis Inno.hic collegi,quæ procedunt:& ſunt vera.cum quæ
ritur de præiudicio generando producenti ex ſcriptura,quã
produxit.¶Sed poſſet etiã hic tractari, quid ſi aliquis inſtru
mentum productũ ab aduerſario dicit nullum: vel aliter im-
pugnauit.an poſsit ex illo inſtrumento fundare intentionem
ſuam.dic per Bar.in l.poſt legatum.in princi. ff.de his, quæ
vt indig.vbi etiam refert,quæ prædixi,ſm̃ Innoc.¶Nota etiã
ibi,ſi aliquis fecit poſitionem,quã ego negaui, & impugna-
ui:an potero ex illa fundare intentionem meam. dic, vt ibi
plenè per eum.& in Spe.de poſi.§.8.verſi.1.¶Octauò oppo.
& dicit hic,quòd ex eo,ꝙ eccleſia eſt ſita in diœceſi, ſpectat
ad epiſcopum quò ad ſpiritualia: non quò ad temporalia.cõ
tra imò vr̃,ꝙ omnis eccleſia ſpectat ad epiſcopum pleno iure
10.q.1.c.1.& 2.de reli.do.c.de ſynodochiis.¶Sol.dic, quòd
aut vacat eccleſia:aut non.primo caſu, aut eſt eccleſia colle-
giata:& collegium eligit,non epiſcopus. & adminiſtrationẽ
habet in temporalibus,vt in c.1.& in c.cum terra. ſ.de elec.
niſi aliud eſſet de cõſuetudine.ſupra de reſti.in inte.c. 2. Aut
non eſt collegiata: & tunc aut eſt in parochia alterius eccle-
ſię: & ad illam ſpectat adminiſtratio rectorem præſentandi.
& ipſe negligente, epus. de eccleſi.ædifi.c.ad audientiam. &
qđ no.in c.qđ alicui gratioſe.de reg.iur.li.6.¶Qñq; eccleſia
nõ eſt ſita in alterius parochia.& tũc aut habet patronũ:aut
ad ipſum ſpectat præſentatio: & adminiſtratio, ſi patronus
eſt clericus. de quo per Hoſti. infra de præben.c. in Latera-
nen.Aut nõ habet patronum:& tunc epiſcopus habet ibi om
nem adminiſtrationem. & ita loquitur c. de ſynodochiis. de
religio.do.in 6.Alienare tamen non poteſt res eccleſiæ vacã
tis.quod dic,vt in c.1.de re.ec.non alie. li. 6.& in c.ſi vna.eo.
ti.in cle.Facit.c.vlti.de ſucceſ.ab inteſta.Si autem eccleſia nõ
vacat:tũc in collegiatis, & aliis eccleſiis,qđ ius habeat epiſco
pus quò ad l.diœceſanã,& iuriſdictionis.dic, vt no.ſ.de offi.
ordi.c.conquerẽte.& per Archi. 16.q.6. c. nullus omnino.&
24.diſt. c.2. ¶Nonò oppo. dicitur hic[illis dumtaxat]&c.
ex quo colligitur,ꝙ ſententia eſt incerta. & ſic videtur nõ va
lere,vt l.1.& 2.C.de ſen.quæ ſine certa quanti.Sol. ibi loqui-
tur,quando ſententia eſt incerta, non relata ad aliud certũ.
Sed hic refertur ad certum,ſcilicet ad inſtrumentũ:ergo de-
bet valere, vt dicta l.2.& l.aſſe.ff.de hære. inſti. Paria.n.ſunt
exprimere,vel ad rẽ certam ſe referre, vt dicta l.& ſi ita ſcri
p̃ſero

pſero. de condi. & demon.hic ergo Papa ſe retulit ad inſtru-
menta,& priuilegia, quæ ſunt certa.& aduerte, quia hoc eſt
verum ſm Inn.ſiue prædicta priuilegia fuerint producta in iu
dicio:ſiue non. quę verba latius declarando proſequere in c.
cum venerabilis.j.de relig.do.& in Spe. de ſen.§.qualiter.in
ſecunda columna.¶Decimò oppo.dicitur hic[delictum per
ſonæ.]quaſi innuat,ꝙ ſi procurator alicuius priuati,& nõ ec-
cleſiæ produxiſſet falſum inſtrumentum, præiudicaret domi
no.cum iſte tex.innuat aliquid in eccleſia ſpeciale.Cõtra hoc
oppo.& videtur,quòd cuiuſcunq; fuerit procurator, non de
bet domino præiudicare quò ad condemnationẽ productio
falſi inſtrumenti facta à procuratore , vt l. 1.§.ſi quis procu-
rator.ff.ſi quis ius di.non obtemp.¶So. Inno. fatetur contra
17 rium.& dicit,quòd †licèt productio noceat producẽti , quò
ad puniendum ipſum de falſitate: non quò ad condemnatio
nem eius,quod in falſo inſtrumento deducitur.& hoc eſt,qđ
no.Inno.in dicto c. 1. vt lite non conteſta. ¶Vndecimò op.
innuit tex. quòd ſententia lata ex falſis inſtrumentis vſq; ad
20.annos poſſit retractari,& non poſtea.contra de reg.quod
ab initio.ff.de reg.iuris.& 16. quæſti.3.§. poteſt.vbi non vi-
detur tractu temporis confirmari, quod à principio eſt nul-
lum.¶Sol.glo.ſed vtrùm.tangit iſtud contrarium.& ſolue,vt
in ea.Ego pro ſolutione remitto ad notata in c. ſuper literis.
s.de reſcrip.vbi dixi, quòd fundamentum iuriſdictionis ope
ratur iſtam conualeſcentiam actus inualidi,coniuncta tanti
temporis taciturnitate. ſecus vbi eſſet defectus in fundamen
to iuriſdictionis.quia tunc nullo tempore confirmabitur , vt
ibi dixi.¶Venio ad quæſt.& primò quæro.dicitur,quòd re-
pertum fuerit inſtrumentum falſatum. non enim videtur , ꝙ
iſtam exceptionem oppoſuerit epiſcopus. quia nitebatur ex
eo,dum dicebat [permutationem factam.]& ſic ex ea proba
ri dominium eccleſiæ fuiſſe epiſcopi Sabinen. ¶Item ſimili-
ter non videtur, quòd dictam exceptionem falſitatis oppo-
ſuerit procurator Capituli: quia ſimiliter ex dicto inſtrumen
to nitebatur excludere epiſcopum , ratione permutationis.
quare ergo epiſcopus dictam exceptionem falſitatis oppo-
ſuit? Reſpon.glo.quæ incipit.reſponſionem.videtur ſentire,
quòd epiſcopus ipſam oppoſuerit:vt per hoc mon.perderet
cauſam.ſicut in ſimili fecit Eugenius,ſupra de reſti. in inte.c.
cum ex literis . & in cap. olim.ſupra de reſcrip. Sed hic ideò
non fuit factum.[quia delictũ perſonę.]&c.vt in tex.Non er
go videtur potuiſſe procurator inſtrumentum ab eo produ-
ctum redarguere de falſo,infra de ſen.c. cum olim. Et iſtud
verum,niſi produxiſſet ignoranter:tunc enim bene poteſt ip
ſum dicere falſum:ſecus ſi ſcienter.quia tunc (cum poſſit ac
cuſari de falſo,vt l.ſi vteris.C.de fide inſtrumen.)eiuſdem rei
nomine,cuius quis poteſt accuſari de falſo , alium accuſare
non poſſet,vt l.apud antiquos.C.de fur.& hoc not.Bart.in di
18 cta l.poſt legatum.vbi etiam plenè examinat : † vtrùm ille,q
produxit in iudicio inſtrumentum , poſſit poſtea dicere
ipſum non valere. Innocen.dicit hic , quòd licèt producens
non poſſit redarguere inſtrumentum de falſo : poteſt tamen
dicere , quòd contra ipſum non fecit.ſicut dixit Innocen. in
iſto cap. vbi fuit admiſſus ad probandum , quòd illa verba
[epiſcopus Sabinen.] poſita in tranſumpto non continebantꝰ
19 in authen.¶Secundò quęro†an poſſim dicere contra teſtes,
quos egomet produxi,& ipſos reprobare.Innocen.quòd ſic,
ſcilicet quòd poſſim reprobare eorum dicta:non autem per
ſonas:nec in eodem,nec alio quocunque iudicio: niſi quan-
do vellem reprobare perſonam teſtis ex cauſa , quę à me nõ
procedit:ſed ab alio.puta induxi patrem tuum in teſtem cõ-
tra Titium . tu vis poſtea inducere ipſum contra me. potero
ipſum repobare:ſicut poſſem ex noua inimicitia,vt ſupra eo.
c.paſtoralis.& de offi.delega.cap.inſinuante. & illa , quæ di-
xi in teſte,habent locum in iudice:vt ſi ſemel aliquem appro
baui in iudicem,non poſſum poſtea recuſare in quocunq; iu
dicio.3.quęſti.8.cap.cuius in agendo. & 4. quæſt. 1.c.ſi quis
20 teſtibus. ¶Tertiò ad idem quæro. † ſi aliquem approbaui in
teſtem , vel in iudicem:an potero ipſum repellere , ſi eliga-
tur ad aliquod officium,ſiue prælaturam ? Reſpondeo. dicit
Innocen.quòd ille,quem approbaui in vno actu,ſiue officio:
non potero reprobare in alio,vbi requirantur ſimiles perſo-
næ:ſecus ſi diſſimiles . vnde ſi impetraui aliquem in iudicem
(qui poteſt eſſe criminoſus)poterit reprobari, ſi producatur
contra me in teſtem prætextu criminis:ſed non prætextu in-
21 famiæ. †quia criminoſus bene poteſt eſſe iudex : ſed non te-
ſtis.ad hoc allegat.ff.de adul.l.ſi vxor. §.fina.de æta.& quali.
c.accepimus. vbi quæritur,vtrùm epiſcopus poſſit repellere
eum, quem ordinauit . & generaliter an quis poſſit venire cõ
tra factum ſuum,plenè de elec.c. noſti. & illa, quæ plenè di-
cta ſunt.s.de teſti. & inſtrumentis reprobandis , non habent
locum in prophetis , & actoribus , contra quos nihil poteſt
obiici.quia in eis locus eſt ab auctoritate.Et quidquid dicãt,
indubitanter eſt credendum. 32.di.c.ſi quid verò. 9.di.c.ego
22 ſolus.& epiſcopalis ſedes.vt 50.di.c.fina.†prophetis autẽ in-
fidelium,vel hæreticorum an debeamus credere.dic , ꝙ ſic,ſi
dicant al quid contra eos.vt dicto c.ſi quid veri. & per Inno.
23 hic.¶Quartò †quæritur.dicitur in tex. quòd ſnía lata per fal
ſa inſtrumẽta retractatur vſq; ad 20.annos. quæro ergo,quo
iure retractatur.gl.pen. videtur dicere,ꝙ remedio nullitatis.
ſed in c.licèt cauſam.s.de proba.videtur dicere,ꝙ contra il-
lum ſit reſtitutio neceſſaria.Spec. tangit in Spec. de ſen.pro-
la.§.fi.ver.item oppo.Io.An. diſtinguit inter falſitatem con-
cernentem iuriſdictionem, & falſitatem concernentem cau-
ſam.puta commiſſum in probatio. de prima , quæ concernit
iuriſdictionem.dicit, ꝙ poteſt opponi perpetuò. vt in c.2.de
crimi.fal.& plenè per Innn.& Compoſ. ſup.de reſcrip. c.ſup
literis.Secunda verò falſitas eſt, quæ concernit probationes.
& de iſta poteſt quinq; modis. primò criminaliter . ſecundò
ciuiliter.tertiò per actionem in factum,& per beneficiũ reſti
tutionis.quartò per viam exceptionis. quintò per uiam repli
cationis.Et dominus Io.And.hic proſequitur , cum per viam
excep.falſitas deducitur ex parte rei condemnati : vel ex par
te actoris,reo abſoluto per falſas probationes.Item etiam ꝓ
ſequitur,quando per viam replicationis falſitas deducitur.&
ſi peto electionem ſuam caſſari propter crimen , vel defectũ
excep.de ſententia abſolutoria,replico de ipſius nullitate, &
falſitate.competit enim hęc replicatio perpetuò: ſicut com-
peteret exceptio,vt no.in l.querelã. C.de falſis. & de hac ma
teria ẽt no.Bar.in l.diuus.ff.de re iudi.vbi dicit,ꝙ actio in fa-
ctum competit vſq; ad 30.an.& actio criminalis competit.j.
tempus præfixum,vt l.querelam. Reſtitutio verò in integrũ,
infra quadriẽnium.quod dic,vt ibi.& l.qui agnitus.ff. de ex-
ce.& in dicta l.querelam.per Cy.

ADDITIO.

a ¶Confiteri.Adde Inno.hoc tit.cum venerabilis. & eundem Bald.in mar garita.in ver.exceptio.& ver.excipiens mag.

*SVMMAE.*

1 *Appellans propter exceptionem non admiſſam, debet probare exce-ptionem eſſe veram coram iudice appellationis.*
2 *Conuentus per literas apoſtolicas vltra duas dietas debet compare-re,& exceptionem opponere.*
3 *Iudex delegatus à Papa ſine loci determinatione an poſſit eligere lo cum.*
4 *Excipiens de duabus dietis debet probare in cauſa appellationis: & in cauſa principali.*
5 *Duæ dietæ qualiter commenſurentur.*
6 *Miliare quid dicatur.*
7 *Paſſus quid ſit:quid pes:quid digitus.*

1 OLim. †Qui propter exceptionem non ad-
miſſam appellat: coram iudice appel
lationis probare debet exceptionem eſſe veram.



h.d.¶Et in prima appellantis querela: In ſecunda prouiſio
2 ibi[diſcretioni.] ¶Primò not. †quòd conuentus per literas
apoſtolicas vltra duas dietas debet comparere, & dictam ex
ceptionem opponere.quod eſt verum, ſi dubitetur de dictis:
aliàs non tenetur,ſi nullum eſt dubium. vnde Senen. Citatus
Ferrarię per literas apoſtolicas non tenetur ire, ſecũdùm Io.
An.& de hac materia,an citatus ſemper ire teneatur ad iudi
cem.dic plenè per Inno. j.de app.c.2. ¶Secundò no. in ver.
porro.quòd iudex delegatus vltra duas dietas veniẽdo ad lo
cum,debet pars comparere. quod an hodie verum ſit dic , vt
no.j.de reſcrip.c.ſtatutum.lib.6.quod hic dicitur de duabus
dietis,hodie non ꝓcedit:ſed aliter ibi ſtatuitur.¶Tertiò etiã
3 ex hoc collige,†ꝙ iudex delegatus à Papa ſine loci determi-
natione poteſt ſibi eligere locũ, vbi de cauſa cognoſcat:ſicut
archiepiſcopus fecit.quod hodie,an ſit verum. dic vt in dicto
c.ſtatutum & c.ſtatuimus.de officio.dele.li.6. ¶Quartò not.
4 †quòd ille, qui excipit de duabus dietis:debet probare in cã
appellationis.& etiam in principali; quia eſt cauſa ſuę ceſſio
nis,& excluſionis actoris:ergo probare tenetur,iuxta regulã
Bar.in l.nõ ſolũ.§.ſicut ꝓbari.ff.de.no.ope.nun.¶Oppo.dici
tur hic,quòd in cã appel. probare tenetur exceptionem op-
poſitam in cauſa principali verã eſſe.Sed contra de c.vt debi
tus.& c.dilecta.j. de appe.& dixi ſupra de teſti. c. ex parte.
¶Secundò opponitur ad fi.c. vbi dicitur [ſuperſedere cure-
tis.]verum eſt, quòd poſtquam iudicibus conſtiterit de ap-
pellatione legitima, debeant cognoſcere de cauſa principali,
vt dicto c. 2. de appel.lib. 6.¶So.vt in glo.Hoſtiẽ.dicit hic,ꝙ
reſcriptum hic emanauerat à prædeceſſore , & citatio nõ te-
nuerat:vnde,quaſi res eſſet integra,expirauerat iuriſdictio.
Simile quod not.per eum j.de no.ope.nuncia.c. ſignificanti-
bus.& quod not.Io.An.in c.cum plures.de offi.dele.li.6.Pe.
& Abb. aliter & vtilius reſpondent ad contraria:& dicunt,ꝙ
contraria locum habẽt, quando appellatur ab ordinario vel
delegato,quorum iuriſdictio eſt certa, & fundata.Si aũt arti
culus,de quo dubitatur,iuriſdictionem concernit. puta dici-
tur reſcriptum nullum ratione tacitæ veritatis : vel ſuggeſtæ
falſitatis,vt in c.nõnullis.s.de reſcrip.¶Si iſtis caſibus iudex
pronunciat pro iuriſdictione,& appellatur : & iudex appella
tionis reperiat bene appellatum,nõ deuoluitur ad ipſum co-
gnitio principalis cauſæ:ſed ſuperſedere tenetur, vt hic.Cum
enim iudex appellationis ſuccedat loco primi,ſicut principa
lis iudex non procederet.Ita nec iudex appellationis.ad hoc
bene facit.infra de offi dele.c.ſine ſubdelegato.li.6. & hoc te
5 ne menti.¶Quero†qualiter commẽſurabuntur iſtæ duæ die
tæ olim , vel hodie vna an per terram , vel aquam. pone per
aquam eſt vna,& per terram ſunt tres:ſiue econtra. dicũt q-
dam,quòd conſideranda eſt via vſitatior, communior,& fre
quentior.de ſponſa.c.ex literis.& de fun. inſtru. l. cum dela-
nionis.§.aſinam.& dicunt Goft.& Hoſtien.hoc eſſe frequen-
tius , quòd conſiderentur vitæ terreſtres , maximè tempore
hyemali:in quo ſolet eſſe nauigatio piculoſa , vt.l. ciuitas.C.
de offi.rec.prouin.¶Et iſta ſunt vera, quando menſura,& di
numeratio milliaris fit per terminum eundi , & redeundi:ſe-
cus ſi fieret ob aliam cauſam . puta dicit ſtatutum , quòd illi
dicuntur vicini,qui diſtant per vnum milliare : vel quod Po-
teſtas non poſſit eligi de terra, quæ ſit prope per 20. millia-
ria.nam menſuratio tunc fit per terram. & ſi non poteſt fieri
per terram:fiet per aquam,& per aerẽ.tex.eſt in extrauagã.
Clementis quinti.quæ incipit.ad conſequendũ.& ita reperio
no.per Bart.in l.non ſolum.§.annus.ff.de excu.tuto. vbi not.
6 †quòd milliare eſt mille paſſuum, vt l. vicena milia.ff.ſi quis
7 cau.Paſſus verò eſt quinq; pedum , vt not. †in l. itinere.ff.de
ver.ſigni.pes verò eſt 15.digitorum.vt eſt gl. 17. q.4.c.ſicut
antiquitas.

*SVMMAE.*

1 *Canonici vnius eccleſiæ poſſint habere ius eligendi in alia eccleſia col legiata.*
2 *Excommunicatus excommunicatione maiori repellitur ab agendo.*
3 *Periurus non repellitur ab agendo:repellitur tamen à petendo con-firmationem:*
4 *Procurator poteſt conſtitui ſuper exceptionibus criminis.*
5 *Exceptio excommunicationis non tollitur per replicationem excom-municationis.*
6 *Iudex ſi recipit probationes ſuper articulo impertinenti , poteſt ap-pellare.*

DIlecti. Per exceptionem excõmunicatio-
nis , vel periurij à ſua , vel eccleſiæ
ſuæ defenſione quis repelli non debet. hoc dicit.
Et prima pars ponit petitionem appellationis . ſecunda dat
1 iudices.ibi[quocirca.]¶Primò no.†quòd canonici vnius ec
cleſię ( vt Graden.de qua hic in text. ) habent ius eligendi in
alia eccleſia collegiata.de quo ſup. de conſue.cap. cum dile-
2 ctus.¶Secundò,†quòd excommunicatus repellitur ab agen
do.quod eſt verum de excõicato maiori ſententia. Idem ẽt
in minori quò ad hoc, vt valeat electio de ipſo facta.vt infra
3 de cle.excommu.miniſt.cap.fina.¶Tertiò not. †quòd periu
rus non repellitur ab agendo : ſed bene repellitur à petendo
confirmationem: ſicut repelleret ordinandum. de tempori.
ordi.& ne teſtetur.ſup.de teſtib.cap.teſtimonium. Crimino
ſi enim & periuri ſuorum,& ſuas proſequi poſſũt:ſicut & ec
cleſiæ.ad hoc ſupra de iureiuran. cap. petitionis . ¶Quartò
nota , quod niſi dicens ſe electum petat à ſubdito obedien-
tiam,quam ille negare dicitur,ſubditus debet defendere ec-
4 cleſiam ſuam,non impugnare. ¶Quintò not. †quòd ſuper
exceptionibus criminis poteſt conſtitui procurator. de quo
5 in cle.procura.de procura.¶Sextò not. †quòd exceptio ex-
communicationis non tollitur per replicationem excom-
municationis. & hinc ſumpta occaſione tractatur , an exce-
ptio doli tollatur per replicationem doli . quę materia me-
lius cadit infra de adulte.cap.intelleximus.vbi dicam, & per
Innocen. in cap. ſi quis presbyterorum. de rebus eccle. non
alie.& per Bart.& Bald.in l.cum mulier.ff.ſoluto matri. ¶Se
6 ptimò not.†quòd poteſt appellari , ſi iudex recipiat proba-
tiones ſuper articulo impertinenti : qui probatus nihil pro-
deſt,vt erat hic periurium , & excommunicatio iſtis obiecta.
facit ſupra de offi.delega.c.cũ contingat. ¶Opponitur. Iſti
canonici impugnabant iſtum electum prætextu excommu-
nicationis. ergo videntur rei voluntarii. & per conſequens re
pellendi,iuxta theoricam Innocen.ſupra eod.cap. cum inter
priorem.Hoſtien.dicit,quòd prædicta opi. Innocen. non iu-
uatur iure. in cõtrarium diffinit Clemens quartus.quòd trãſ
lato , cui per canonicum ad impediendam poſſeſſionem op
ponebatur crimen cum infamia : contra quem ipſe tranſla-
tus replicabat excommunicationem.diffinit Clemens quar-
tus, quòd dicta replicatio non elidit exceptionem illam : li-
cèt eſſet reus voluntarius prouocans, non prouocatus.dic ta
men ſuſtinendo opi.Innocen. quòd ille, qui obiicit crimina,
& defectus contra electũ: non põt dici reus volũtarius. qa ni
hil piculoſius,q̃ ꝙ detur lupus loco paſtoris : diſſipator loco
electorum:homicida pro medico: tyrãnus pro defenſore,ini
micus pro aduocato.¶Item cum excõicato reſeruetur exce
ptio temporalis iudicis delegati ſuſpecti.s.eo.cap. cum inter
priorem.fortius de ordinario,qui perpetuus eſt.& hoc dictũ
Hoſti.dicit Guil.ꝙ ſeruat Curia,ꝙ excommunicatus pro ec-
cleſia ſua poſſit ſe opponere contra petentẽ cõfirmationẽ,&
voluntariè veniẽs.de hoc no.in ti.de actore.in ſpe.in §. 1.ver.
itẽ quod excõicatus.¶Sed huic opi.ob.s.de iudi.c.exhibita.
per quam dicit Io.And. quòd ſi excõicatus prouocat ad iu-
dicium libellum dans:vt caſſetur electio,repelletur per exce
ptionẽ.Si verò contra prouocãtẽ à confirmatione excipit. &

ſi ſponte veniat admittatur.& hoc adde ad illa, quæ dixi in d.
c.cum inter priô rem. ¶ Quæro dicitur hic in tex.quòd iſte.
M.traxit in cauſa iſtos canonicos. quęro ergo, quomō traxit:
dic,quòd fortè poterat obedientiam ab iſtis tribus , & ipſi
denegabant : vel illi appellauerant. & app.non proſequebã
tur.vnde poterat petere electus , ꝙ ꝓcederetur in cauſa. Sed
hoc exemplum non placet. quia nō poſſet tunc ſibi obiici ex
cōicatio:cum eſſet tertius,ar.l.libertus à patrono. ff.de in ius
vo.& l.qui cum maior.ff.de bo.liber.vel agebat, vt impone-
retur illis ſilentium:vel aliter punirentur. ꝗ. de elec. c.1.li.6.
¶Secundò quærit Io.An.poſt Inno.certum eſt,ꝙ appellatus
in cauſa beneficiali debet expectare apud iudicem appella-
tiōnis.& proſequi cauſam ſuam , vt in dicto c.1.poni ergo,ꝙ
Papa ex certa ſcientia concedit literas, & mandat quandoq;
citari omnes volentes ſe opponere, quorum intereſt,per pu-
blicum edictum.ꝗ.de elec.c.fin.li. 6 quandoq; mandat citari
oēs,qui ſe tali opponunt ſuper electione ſua , vel actio.facto.
& tunc dubitatur,an deberent citari oēs , quos Imperator ci
tari petit:an debeat citare illos, qui ſe ante datam literarum
non oppoſuerunt.& in hoc c.tenet,ꝙ non.ſed oēs citare tenē
tur,quos ille nominauerit.Non tamen paſſim, & indifferen-
ter.ſed moderabitur qualitatem citandi, & naturam citādo-
rum.ar.eius quod le.& no.ſ.de reſcrip.c.cū ſuper literis.§.fi.
& ſi paſſim citari facit , condemnabitur in expen.ſm̄ Inn.

*S V M M AE.*

1 *Suſpenſus, vel motus à beneficio ad tempus , non poteſt ſe immiſcere negotiis eccleſiæ.*
2 *Excommunicatio ſi alicui obiiciatur:repellitur ab actu , licèt replicet de nullitate.*
3 *Statutum diſponens,quòd pendente exceptione nullitatis banni, bānitus poſſit impunè offendi:an valeat.*
4 *Sententia excommunicationis poteſt relaxari ad cautelam.*
5 *Sententia excommunicationis ex quibus cauſis dicatur nulla.*
6 *Abſolutio , ſiue relaxatio excommunicationis ad quem finem poſſit peti.*

APoſtolicæ, Si per exceptionem ſuſpē
ſionis,contra quam repli
catur de nullitate,ordinatio eccleſię retardatur:
fit abſolutio ad cautelam.h.d.primo ponit exceptionem.ſe-
cunda ibi[quas.]replicationem.tertia ibi[ne tamen.] relaxa
tionis cauſam.quarta ibi[ſentētias.]relaxationem. ¶ Primò
no.quòd quandoq; ſuſpenditur quis ab officio . quandoq; à
beneficio.Et intellige iſtum tex.de ſuſpenſione temporali ꝑ-
petua.Iſta enim non poteſt facere delegatus epiſcopi. dè ex-
ceſ.præla.c.1.ſuper.4.glo.per Ioan.And.vbi etiam no. quòd
prædicta ſuſpenſio fit ex culpa coram iudice commiſſa. arg.
de pœnis.l. moris. & poſſunt iſtæ pœnæ ſine magna ſolemni
tate,& ordine reuocari.ad hoc infra de regu.iuris.c.1.& mul
tas ſpecies ſuſpenſionum vide per.Io.And.infra de pœ.c.pe-
1 nul.vbi gl.magna.¶Secundò no.†ꝙ ſuſpenſus, vel amotus à
beneficio ad tempus.non pōt ſe immiſcere negotiis eccleſię.
Ille enim,qui amouetur à beneficio, per conſequens ab offi-
cio,& econtra.81.di.c.ſi quis. & c.ſi ſacerdotium. Et eſt not.
dignum,ſm̄ Inno. ꝙ amoti tpaliter à beneficiis , non debent
ꝗ.tempus ſuæ amotionis cōibus negotis eccleſiæ intereſſe.
An autem exercere iuriſdictionem, conferre præbendas , &
ſimilia facere.dic plenè. ſ.de conſue. c.cum dilectus. ¶ Ter-
2 tiò no.†quod de iure ſi cui excōicatio obiicitur,repellitur ab
actu:licèt replicet de nullitate : niſi primitus abſoluatur ſaltē
ad cautelam , &c. Quæſtio ergo nullitatis non impedit effe-
ctum ſnīæ latæ:quominus ſortiatur ſuum effectum. quia in-
terim præſumitur pro ſnīa: quia apparet non pro nullitate,ꝙ
non apparet.ad hoc vide , quod no.in c.ſolet.ꝗ. de ſen.excō.
3 li.6.Et fecit ad quæſt.†ꝙ pendente exceptione nullitatis bā-
nitus poſſit impunè offendi:de qua qōne dic per Bart.in l.3.
§.ſi ſeruus.ff.de acqui.poſ.vbi tenet Bar. quòd non poſſit,ſi-
ue per viā appellationis,ſiue alio mō petatur cancellatio bā-
4 ni.ad quod bene facit illud.c.¶ Quartò no.†ꝙ ſnīa excōica-
tionis relaxatur ad cautelam.& iſta relaxatio dicit Io. An.fit
ex quadam æquitate:nam de iuris rigore prius eſſet diſcutiē
dum de ſententiis,& ipſorum cauſis:ꝗ deberet ſuſpenſus ad-
mitti ad ordinationem:& alia negocia eccleſiæ.cum interim
præſumatur pro ſnīa,vt dixi. & pōt iſtam abſolutionem face
re quilibet iudex de ſententiis à ſe latis , vel à ſuo delegato.
Non aūt ſententias aliorum,niſi in certis caſibus,ſm̄ Hoſtiē.
qui remittit ad not.in Dec.ad reprimendum. & c. paſtoralis.
de offi.or.facit c.venerabilibus.§.poteſt quoq; de ſen. excō.
5 li.6.¶ Quæro de quibus cauſis ſnīa excōicationis dicat† nul
la.die , vt in dicto c.poteſt quoq;. & plenius in c.præſenti.de
6 ſen.excō.li.6.¶†Scdò q̄ro,ad quem finem pōt peti hæc ab-
ſolutio,ſiue relaxatio. dicit Inn. ꝙ qn̄q; ad cautelā opi.ſuæ.ſ.
ne lædatur pp infamiam excōicationum. qn̄q; fit ad cautelā
futurorum:ne eius facta poſtmodum irritentur, vt hic.Qn̄q;
fit ad ſubuentionem probandæ veritatis.ſ.de teſti.veniens.il.
2.in fi.& per Io.An.in Decre.ſolet.poſt gl.

*S V M M AE.*

1 *Repelli non poteſt quis à proſecutione appellationis per excommunicationis exceptionem.*
2 *Appellatum ſi fuerit pluries : iudex vltimò delegatus ſi reperit omnes iudices grauaſſe,cognoſcet de negocio principali.*
3 *Attentata poſt appellationem interpoſitam reuocātur per modum attentati.*
4 *Res,quæ petitur,ſi alienatur,lite pendēte:an debeat reuocari per modum attentati*

DIlecte in Chriſto, Per excō
munica-
tionis exceptionem à proſecutione appellatio-
nis quis repelli non debet h.d.In prima ap.narrantis appel-
latio.in ſecunda appellationis cōmiſsio.ibi[quocirca.]¶Pri
mo no.ꝙ iſti iudices primi , videlicet prior ſancti bn̄dicti,&
collegæ tulerunt ſnīam excommunicationis poſt ap. monia-
liū.& male fecerunt , poſtquā appellatio iuſta ꝓceſſerat. ſ.de
offi.dele.c.qm̄ abbas.& qđ no.ꝗ.de offi. dele.c. paſtoralis.§.
2.¶Scdò not.ꝙ licèt in impetratione reſcripti debeat fieri
mētio de proceſſu.vt ꝗ.de re iudi.c.inter mona. & de ſerie ne
gocij de coha.cle.& mu.c.ſup eo.& de rebus , ſup qbus actū
eſt.de dolo & contuma.c.ex literis. & de exceptione oppoſi-
ta in primo iudicio.de procura.c.in noſtra.De his tn̄ , q̄ poſt
appellationem fiunt,vel innouantur , non expedit facere mē
tionem:ſicut nec de literis,quæ ſunt nullæ.ꝗ.de confir. c.bo-
nę.Et hæc eſt ratio, quare de excōicatione nō expediuit hic
facere mētionem: aliàs regulariter excōicatio præcedens im
petrationem,reddit reſcriptū nullū.de reſcri.c.1.li.6.¶Ter-
tiò no.ꝙ hic fuerunt interpoſitæ tres ap. prima à grauamine
illato ab abbate ſancti bn̄dicti,& eius collegis monialibus.ſe
cunda ab abbate , & conuentu ab exceptione excōicationis
contra moniales obiecta, & repulſa ꝑ priorem de Angles.
tertia monialium à dicta excōmunicationis exceptione emiſ
ſa per priorem de Gernemoe. Et ſic fuerunt tres appellatio-
nes ſucceſsiuæ . duæ monialium & vna prioris committitur:
ergo &c.quarto loco cauſa Linconienſi decano: de quo in ſu
praſcriptione, qui cognoſcit de grauamine illato à tertiis,ſci
licet à priore de Gernemoe,& eius collegis. & ſi reperit non
grauaſſe,remittit de eo,de quo debebant cognoſcere illi ter-
tii . Sed illi tertii debebant cognoſcere: an ſecundis iudici-
bus,ſcilicet priore de Angles , & aliis fuerit iuſtè appellatū,
vel iniuſtè:& ſi reperit,quòd iniuſte , remittit ad eos. Si autē
iuſte,cognoſcet de eo,de quo debebant ſecundi cognoſcere.
ſed ſecūdi debebāt cognoſcere:an primi, (ſcilicet abbas ſan
cti Benedicti,& collegæ)grauauerūt moniales, vel nō:& ſi re
perit non grauaſſe,remittit ad eos:aliàs facere, q̄ debebāt fa
cere ipſi primi. Sed ipſi primi debebant cognoſcere de cauſa
princi-



principali: ergo iſte decanus quartò loco delegatus de cauſa
principali cognoſcit,ſm̄ Io. And. ¶Et ex hac inueſtigatione
collige ſummam,& theoricam. †ꝙ ſi ſucceſſiuè pluries fue-
2 rit appellatum, etiam cēties iudex vltimo delegatus:ſi repe-
rit omnes iudices grauaſſe, cognoſcet de negotio principali.
Si autem reperiet omnes non grauaſſe ad illum remittet,quē
reperiet nō grauaſſe: & ille ſimiliter cognoſcet de cauſa prin
cipali:ſi reperiet omnes præcedentes ipſum grauaſſe.aliàs re
mittet ad proximum non grauantem:& iſte eſt effectus eius
3 ad quem tendit iſtud.c.& not.per doctores. ¶†Vltimò not.
ꝙ attentata poſt appellationem interpoſitam reuocātur per
modum attentati.& hinc ſumpta occaſione de iſtis attētatis,
an reuocentur:ſtatim : an verò expectato ſine cauſę. Tractat
Inn.hic quod eſt hodie expeditum plenè in c. non ſolum. de
appel.lib.6.vbi pleniſſimè , quo iure reuocentur attentata ꝑ
iudicem à quo:vel à tertiò:vel à parte. quod etiam hic tangit
4 Inno. quærens. †ſi res , quæ petitur alienetur lite pendente,
an debeat reuocari per modum attentati: tenet,quòd non,ſi
res petatur actione perſonali : ſecus ſi rei vendicatione,quia
tunc reuocatur propter vitium litigioſi. de quo ſupra de cō-
ſti.c.cum magiſter.& de elec.cle.2.in gloſ. nubit. &ſupra ut
lite pen.c.eccleſia.facit quod not.Spe.in titu. de ap.§. penul.
ad finem.

A D D I T I O.

¶Interpoſitam attentata poſt appellationem peti poſſunt reuocari,non obſtante lit.conteſt.ſuper principali. vide Rotā. in deci.188.inci. ſi pars in nouis.

*S V M M AE.*

1 *Superior poteſt prouidere de electo, ſi apparet de minus canonica electione.*
2 *Victor an poſſit per hoc ſolum appellare: quòd victus non eſt ſibi condemnatus in expenſis.*
*Appellatio contra ſententiam quid operetur.*
4 *Sententia lata contra actorem,ſi actor appellauit,& in cauſa appellationis obiicitur , & probatur excōicatio contra eum : nunquid reus ſibi condemnabitur.*
5 *Excommunicatus an poſſit petere reſtitutionem contra ſententiam , à qua non appellauit.*
6 *Excommunicatus an poſſit dicere ſententiam nullam.*
7 *Procurator,qui principalem cauſam egit: ſi appellauit à ſententia cōtra ſe lata:an poſſit proſequi, ſi ei obiiciatur excommunicatio.*

SIgnificauerunt, Per exceptionem ex
communicationis à
proſecutione appellationis etiam originalis actoris,
repelli non debet.h.d.Et prima ponit querelam appellantis.
ſecūda inſtruit iudicem à quo.ibi[mandamus.]¶Primò no.
ordinem in negotio electionis. nam electio celebrata præſen
tatur ſuperiori ab ipſis electoribus.quod.dic , vt in c. auari-
tiæ.eo.ti.¶Secundò no. quòd hic electio pręſentata à Capi-
tulo reprobata fuit , & alius per archiepiſcopum inſtitutus:
1 fortè ideo,quia elegerant indignum. ex quo collige , † quòd
ex eodem proceſſu habito cum electo,de cuius minus cano-
nica electione apparet ſuperiori, poteſt ipſe ſuperior proui-
dere.& ſic in eadē ſententia poteſt vnus excludi, & alteri pro
uideri de eodem beneficio.ſic ſententia lata contra ordinatū
ſufficit ad pœnā ordinantis.ar.81.di.c.tantis.& per Cyn.in l.
2.C.de aduoc.diuer.iud.& per Bar.in l.cum filius.ff.de verb.
obli.facit c.dilectus.§.præfato.ſ.de elec.¶Tertiò no.ꝙ qn̄q;
ab vna ſnīa ambæ partes appellant. vide expreſſius.ꝗ. de te-
2 ſta.c.Rainaldus.†An aūt victor propter hoc ſolum poſſit ap
pellare : ꝙ victus nō eſt ſibi condēnatus in expen. ipſo victo
appellante:vel nō appellante à ſentētia contra eū lata . dic in
Spe.de ap.in §.in quibus.ver.37.& ver.ſe.& per Cy. C.qn̄ nō
3 eſt neceſſe ap.l.fi.¶Quartò hic colligitur , †ꝙ ſi contra acto
rem fertur ſententia in cauſa ap.dicitur ſe defendere.Ideo qa
per ſentētiā eſt ſibi inflicta lęſio:& ſuū ius ſiue actio(vt ſic di
xerim)vulnerata. Equum eſt ergo , quāquam fuerit in prin.
modo ſibi ſubueniri.¶Oppo.dicitur hic in fi.ꝙ iudices , qui
grauauerunt , cognoſcunt de cauſa. contra de c.interpoſita.
de app.¶Sol.dicit glo. vlti.quòd hic voluit appellās cauſam
remitti:aliàs non poſſet remitti,vt ibi.Tu dic ſubtilius,quòd
quando iudex in cauſa iuriſdictionis grauat partem ignorā-
ter,vt hic fecerunt iudices:quia tex.dixit[minus prouidè]ad
ipſos debet remitti cauſa de iure cōi , ſm̄ Bart. qui ita not.in
quodam ſuo conſilio,quod incipit.Clericus non ſuo nomine.
¶Scdò opp.apparet ex prin.c. quòd Capitulum de Cornata
agebat,petens electionem ſuam confirmari:ergo vr̄,ꝙ exce-
ptione excōicationis debuerit ab agendo excludi,per c.intel
leximus.de iudiciis.cuius cōtrarium hic dr̄. ¶So.dicit Inn.ꝙ
reg.eſt vera , niſi contra latorem fuerit lata.& in cā appella-
tionis exceptio excōicationis oppoſita . quo caſu debet ad-
mitti,vt hic.Non obſt.c.pia.e.ti.li.6.vbi dr̄,ꝙ exceptio excōi
cationis poteſt in qualibet parte iudicij opponi. Intelligitur
enim niſi in cauſa appellationis.Ratio differentiæ eſt; quia ſi
ante appellationem non auditur, æquitas iudicij non offendi
tur:ſed poſt ſententiam latam ſi non audiretur, lęderetur æq
tas iudicantis:qui dicitur grauaſſe. quæ æquitas etiam excō-
municato non denegaretur, vt ſ.eo.c.cum inter priorem.Et
iſta eſt vna ratio, quare poſt ſententiam magis excommuni
catus auditur appellās,q̄ ante.Eſt & alia ratio, quia poſt ſen
tentiā, & appellationem interpoſitam contingit quędā mix-
tura iniquitatis iudicis grauātis,& cauſæ principalis : nec po
teſt cauſa grauaminis ſeparari à cauſa principali. ¶Et ideo
cauſa grauaminis , quæ habet in ſe maiorem æquitatem au-
diendi excōicatum,trahit ad ſe cām principalem:vt ēt ſuper
ea debeat audiri,ar.ad hoc de ſepul.c.ſacris.& quòd ibi not.
& de reg.iur.l.actio.& §.1.in prin.& ne ſede vacan.c.1.& qđ
no.in c.ſi duo.de offi.dele.li.6.Et iſtud dictum vr̄ verū in ap-
pellatione interpoſita à diffinitiua. Si aūt actor appellaret à
grauamine,& obiiceretur ſibi excōicatio ſuper dicto articu
lo,non obſtaret etiam ſibi:ſed eo finito , bene poſſet ſibi op-
poni excōicatio ad impediendum proceſſum cauſæ principa
lis:quare ſeparatus eſt iſte articulus à negocio principali. Et
hoc placet Io. An.qui dat alium intellectum huic Decre. ſcili
cet ꝙ Capitulū de Cornata appellauit ab inſtitutione facta
per archiepiſcopum , & à reprobatione prædicti Petri præ-
ſentati per eos . quantùm ergo ad inſtitutionem factam per
archiepm̄,dicuntur merè rei: & ideò indifferēter audiuntur,
cū ſint propriè defenſores,non actores: ſed quò ad reproba
tionem factam per archiepm̄ de electo ab eis, non deberent
audiri:quia originarii actores.quę lectura non placet.cōis er
go intellectus Dec.eſt, ꝙ actor ēt originarius audiatur in cā
4 principali. Qua opi. præſuppoſita pro vera. †Primò quæro.
pone ꝙ contra actorem lata eſt ſnīa,& appellauit in cauſa ap
pellationis,obiicitur , & ꝓbatur excōicatio cōtra eū:certum
eſt,ꝙ nō debet à ꝓſequutione appellari , vt dictum eſt ſupra.
nunquid reus ſibi cōdemnabitur.gl.ſentit,ꝙ ſic; quia ſi dene
gatur antecedens,ſcilicet opponere:ergo & conſequens,ſcili
cet probare,vt ſ.eo.c.dilecti.Hoſti.dicit, ꝙ differtur ſenten-
tia: & ſi vult audiri , debet petere ſe abſolui.ſ.de offi. dele.c.
prudentiam. §. ſexta. Sed in hac opi.non videtur ſtare Ioan.
And.imò propter prædictam mixturam iniquitatis iudicis
qui admittit excommunicatum:& cauſa principalis, quæ nō
admittit,faciet excōmunicatū admitti, & ſibi iuſtā ſnīam nō
negari,vt ſ.eo.c. cum inter priorem. Videtur enim ſatis ab-
ſurdum dicere, ꝙ iudex debeat audire excommunicatum in
cauſa appellationis,& ſibi poſtea denegare iuſtam ſententiā,
contra l. de qua re.ff. de iudi. & ſ.de cauſa poſ.& proprieta.
c.cum ſuper. Et pręدicta videntur vera,quando contra acto
rem eſt lata ſententia, & appellauit. Si autem eſſet lata contra
reum , & appellaſſet:tunc ſi actor vellet petere ſuam ſenten-
tiam cōfirmari:crederem poſſe repelli exceptione excōmu-
nicationis . Si autem reus appellans vellet proſequi ; actor

ad defendendum ſententiam deberet admitti;tanquam pro-
uocatus.ar.ff.de in ius voc.l.libertus.& l.qui cum maior.ff.de
5 bo.liber.¶†Secundò quærit Hoſti. an excommunicatus poſ
ſit petere reſtitutionem contra ſententiam,à qua non appel-
lauit:videtur;quòd ſic.quia ap. & inte. reſtitutio ambulāt pa
ri paſſu,vt patet in reuocatione attentatorũ,pendente cã ap-
pellationis,& reſtitutionis in integrũ , vt ſupra de reſti.in in-
te.c.reſtituta.& C. de in inte.reſtit.l. 1. Itē quia tendũt ad eũ
dem effectum,ſcilicet ad reſtitutionem ſententiæ.Ho. diſtin-
guit.quia aut loquitur in ſententia,vel alia , vbi vertitur peri-
culum animarum: & tunc excõmunicatus debet audiri ; qa
tales ſententiæ non tranſeunt in rem iudicatam. & j.de ap.c.
paſtoralis.omne enim vinculum legis,conſuetudinis, & iura
menti ceſſat,ex quo periculum animarum inducitur. j.de p̄-
ben.c. extirpandæ. Aut loquimur in aliis cauſis : & tunc aut
petitur reſtitutio ex ſolo fauore dependes . & tunc repel-
litur,cũ de iniquitate,vel de iniuſta ſententia non conquera-
6 tur,vt ff.de minori.l.præfati. ¶†Tertiò quæritur , an excõ-
municatus poſſit dicere ſentẽtiam nullam.videtur,quòd ſic.
quia ſi ſe defendit appel.vbi ſentẽtia eſt aliqua, fortiùs quã-
do nulla,ar.s.de elec.c.cum in cunctis. contrarium tenet Io.
And.per c.1.de reſcrip.li.6.Quid de exceptionibus, quæ poſ
ſunt opponi poſt,ne mandetur executioni. Hoſti.videtur di-
cere idem,quòd in nullitate,& in reſtitutione in integrum,vt
7 hic vide.¶†Quartò quæritur; quid in procuratore. pone.n.
aliquis procurator,qui principalem cauſam egit , appellauit
à ſententia contra ſe lata : an poſſit proſequi. quidam, ꝙ ſic.
quia eadem eſt ratio, quæ in actore. In contrarium tamen vi
detur Io.An.vt hic vide per eum.qui etiam quærit, ſi quis ap
pellat extra iudicium nomine alterius,& iſte habet ratam ap
pelationem:an poſſit ille,qui appellauit,proſequi,non obſtã
te excommunicatione contra eum oppoſita. & tenet , quòd
proſequi non poſſet.

*S V M M AE.*

1 *Exceptio excommunicationis poteſt in qualibet parte litis opponi.*
2 *Exceptio excommunicationis, quanquam dilatoria, eſt multum priuilegiata.*
3 *Communicare excommunicato eſt mortale peccatum.*
4 *Reus exceptionem ſibi competentem differens opponere : condemnatur in expenſis legitimis.*
5 *Sentẽtia poteſt ferri pro excõmunicato ſuper principali, & expẽſis.*
6 *Iudex ex officio poteſt repellere publicè excommunicatum: & etiã infamẽ.*
7 *Reus ſi inſtat,quòd procedatur in lite,actor excommunicatus cogitur proſequi.*
8 *Actor excommunicatus poteſt cogi ad agendum ad inſtantiam rei.*

EXceptionem. Reus in qualibet par
te litis, excommuni-
cationem cõtra actorem obiiciens,auditur.hoc pri
mò.Et ſi malitioſè hoc diſtulit , in expenſis condẽnatur.hoc
ſecundò.Et dato,ꝙ non excipiat publicè excõicatum, iudex
repellet ex officio.h.d.diuiditur in tres partes.ſcda ibi[qui ſi
eam]tertia ibi[excõicatus.]¶†Primò no. ꝙ exceptio excõi
1 cationis poteſt in qualibet parte litis opponi. qđ intellige,ni
ſi in cauſa appellationis,iuxta no.in c.ꝓximo. ¶Scđo not. ꝙ
tex.loquitur de exceptione excõicationis,quæ competit ante
litem motam.ſi aũt poſt litem motam ortũ habeat , ſimiliter
repellit.à qua tm̃ iudex delegatus poſſit abſoluere.de quo.s.
2 de offi.dele.c.prudentiam.§.ſexta &c. ¶†Tertiò no. ꝙ exce
ptio excõicationis (quãquam dilatoria) eſt multum priuile-
giata:quia negligentia in opponendo non obſtat,pp rõnem,
quã ſubdit tex.[ne quis in periculum aĩę ſuę.]&c.alias rõnes
3 vide in c.pia de exce.li.6.¶Et collige ex hac ratione, †ꝙ cõ-
municare excõicato eſt pctũ mortale , de quo. s. qđ metus
4 cauſa.c.ſacris.& 11.q.3.rogo &c. ¶†Quartò no.in verſi.qđ
eã.quid iuris, cum reus exceptionem ſibi competentẽ differt
opponere:condẽnatur.n.in expenſis legitimis,vt dicit tex.Et
intellige in expenſis legitime factis ſuper cõcernentibus me
rita cauſæ, vſq; ad tẽpus exceptionis oppoſitæ. Ille.n.fruſtra
toriæ factæ ſunt ex malitia rei differentis hanc exceptionem
opponere:ſed non condẽnabitur reus ad expenſas,quas fe-
cit actor,durante ꝓbatione exceptionis : dũmõ ipſe reus illã
ꝓbet:qa in hoc non vexauit actorem iniuſtè . Si aũt actor in
ꝓbando defecit,non condẽnabitur in expenſis prius factis,
cum ex obiecto exceptionis non ꝓbatæ actoris non interſit:
cum acta prius geſta firma permaneant . Et hæc rõ infert,ꝙ
cum hodie exceptio excõicationis tardè oppoſita non red-
dat nullum proceſſum retro geſtum: ꝙ ꝓuiſio huius ca.circa
condẽnationem expenſarum ex retardata oppoſitione exce-
ptionis non vendicat ſibi locum,cum actoris non interſit, cũ
teneat proceſſus factus ante exceptionis obiectum , p dictũ
c.pia.e.ti.li.6.¶Et hæc vr̃ hic ſentire dñs Io.de Ligna.qui in-
telligit iſtud c.vt tunc tm̃ ex recordata exceptione habeat lo
cũ condẽnatio expenſarũ à tpe exceptionis oppoſitæ. Ratio
qñ geſta ante ipſam oppoſitã non valuerint , vt eſt in caſu.c.
1.j.de reſcri.li.6.aliàs iſte ver.ꝙ ſi eã.non hẽt locum , ſm̃ eũ,
qui ẽt intelligit,ꝙ ceſſet in alio caſu.ſ. qñ actor ſciebat ſe ex-
cõicatum.tunc.n. dolus actoris cõpenſatur cũ dolo rei diffe-
rentis malitioſè opponere: quia tunc dolus cum dolo cõpen
ſatur,ſm̃ Pe.& Abb.j.de adul.c.penul.& de cõpẽſa.l. ſi ãbo.
5 &c.¶†Quintò no.in d.verſi. ꝙ ſi eam.ꝙ ꝓ excõicato fertur
ſnĩa ſup expenſis.& fortius vr̃ ſup principali, conſiderata æq
tate iudiciorũ.s.e.c.cum inter.ſm̃ Inn.& hoc tenui.s.eo. c.Et
collige ex hoc ver.ꝙ qñq; omittendo,& tacendo,quis puni-
tur ſic faciendo,hoc eſt indebitè litigãdo , vt s.de dolo & cõ
tu.c. finẽ. facit.ff.ſo.mat.l.ſi mora, & l.ſi ſeruum.ff.de verbo.
obli.Et iſtum ver.notabiliter allegaui.s.e.c.paſtoralis.dic,vt
6 ibi.¶†Sextò no. ꝙ iudex ex officio repellit publicè excom-
municatũ: ſimiliter & infamẽ.ff.de poſtu.l. quos prohibet.&
plenè.2.q.7.c.alieni.Et aduerte,quia in eius odium eſt indul
tum excõicatum ab agendo excludi , vt in c. intelleximus.s.
7 de iudi.Ex quo duo infero,ſm̃ Inn.primũ, †ꝙ ſi reus inſtat,ꝙ
ꝓcedatur in lite,actor excõicatus cogetur ꝓſequi, iuxtà no.
8 in Auth.qui ſemel.C. quõ & qñ iudex. †Secundum , ꝙ actor
excõicatus poterit ad inſtantiam rei cogi ad agendum. iuxta
not.in l.diffamari.C.de inge.ma.& C.vt nemo inuitus. in l.1.
gl.1.ponit diuiſionem exceptionum, de quibus per Hoſti.in
ſumma.eo.ti.§.2.& in Spec.eo.ti.§.1.2.& 3.& in §.qđ dicto.
ver.quid de exceptionibus feriarum ſequentibus.& 3.q.6.§.
quod exceptio.Et adde ẽt, quod dr̃ in l.1.C. de iuris , & fac.
igno.vbi plenè de exceptionibus,q̃ poſsũt opponi poſt ſentẽ
tiã.de quibus etiam in Spec. ẽ.ti.§.3.ver. hoc tantùm. ¶Vlti
mò no.glo. quando dicatur ſententia publicè lata, cui adde.
glo.in cle.1.de ſepulturis.

*S V M M AE.*

1 *Abſolui debet,qui tempore motæ litis non poſſidet.*
2 *Dolo deſinens poſſidere,lite pendente debet condemnari, perinde acſi poſſideret.*
3 *Agenti ex noua cauſa non obſtat exceptio rei iudicatæ.*
4 *Iudex ſi abſoluit reum ſimpliciter , non annexa cauſa:an videatur abſolutus ; quia actor non probauit : an verò quia reus non poſſidet.*
5 *Reus ſi eſt abſolutus,quia non poſſidet: & quia actor non probauit an obſtet exceptio rei iudicatæ.*

ADuerſario tuo. Non cõpetit ex
ceptio rei iudi-
ca.reo abſoluto : quia non poſſidebat.h.d.nõ di
1 uidit.qa breue eſt.¶†Primò no. ꝙ qui tpe motæ litis nõ poſ
ſidet, dẽt abſolui.nã rei vẽdicatio dat cõtra poſſidẽtẽ:vel cõ-
tra



tra eum , qui dolo deſiit poſſidere , vt in reg.pro poſſeſſore.
de reg.iur.lib.6.per Dy.ſimiliter ille, qui liti ſe obtulit:con-
demnatur perinde,acſi poſſideret, vt l.is , qui ſe liti.ff.de rei
ven.Et ne iudiciũ ſit fruſtratorium,ſemper debet reus inter-
rogari:an poſſideat.quæ interrogatio,ſi omiſſa fuerit,poteſt
ſuppleri proceſſus cauſę,vt l.qui petitorio. & ibi not.ff.de rei
2 ven.¶†Secundo innuit tex.ꝙ dolo deſinẽs poſſidere, lite pẽ
dente,debet condemnari: perinde acſi poſſideret. qđ an in-
telligatur ex eadem inſtantia : vel nouo iudicio opus ſit. dixi
s.de iudi.c.quia.vbi ẽt nota.an contra nouum poſſeſſorẽ poſ
ſit exequi ſnĩa lata contra eum,qui dolo deſiit poſſidere. qđ
3 dic p Bar.in d.l.qcquã.§.Iul. ff.de aqua plu.ar.¶†Tertiò no.
ꝙ agenti ex noua cã non obſt.excep.rei iudi.plura.n. debent
concurrere,vt obſtet.qđ dic, vt l.ſi mr̃.§.eandẽ.ff.de exce.rei
iudi.& l.ſi quis ad exhibendum.e.tit.vbi Bar.quærit de dua-
4 bus qõnibus faciẽtibus ad propoſitũ huius.c. prima eſt†ſi iu
dex abſoluit reum ſimpliciter,non annexa cã:an videatur ab
ſolutus;quia actor non probauit:an verò quia reus non poſ-
ſidet.dicit gl.ibi,ꝙ in dubio præſumitur abſolutus ex cã,q̃ in
actis apparet.quia ſnĩa refert ſe ad acta, vt l.3.C.de ſen.q̃ ſi-
5 ne certa quanti.& l.hæc.n.ff. de ſuſpe.tu. ¶†Scđò quærit,qđ
ſi eſt abſolutus ex vtraq; cauſa:quia reus non poſſidet: & qa
actor non probauit,an obſtet exceptio rei iudicatę.dic ꝙ ſic:
quia ſufficit alteram obſtare.s.de reſcrip.c.inter ceteras.& l.
ventum.§.bonis.ff.de priuile.credi.ad materiã c.facit l. ſi aũt
ff.de rei ven.& l.ſi rem meam.& l.cũ quæritur.& l.ſeq.de ex-
cep.rei iudi.

*S V M M AE.*

1 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato ſuper proſecutione appellationis(licèt de excommunicatione non faciat mentionẽ) valet.*
2 *Excommunicatus poteſt ſuper appellatione literas impetrare.*
3 *Excommunicatus an poſſit petere, quòd ſententia pro ſe lata mandetur executioni.*
4 *Excommunicatus in communibus iudiciis fami. erciſ. communi diui. & ſimilibus poteſt eſſe in iudicio.*

1 VEnerabilem. †Valet reſcriptum
impetratũ ab excõi
cato ſup ꝓſecutionẽ ap. licèt de excõicatione nõ
fecerit mentionẽ h.d.Et primo ponit dictũ.ſcđò ſubiũgit ip-
2 ſius cãm:ibi[qa.]¶†Primò not. ꝙ ſicut excõicatus põt ap-
pellare:ita ſup appellatione literas impetrare. quia cũ vnum
conceditur, videntur conceſſa oĩa,q̃ ſequũtur ex illo.s.de off.
dele.c.p̃terea.& l.2.ff.de iuriſ.om.iudi. ¶Opponit , & vr̃ , ꝙ
iſtud c.ſit ſupfluum.quia.s.in pluribus.c.dictũ eſt , ꝙ appel-
lans,& excõicatus põt impetrare.s.e.c.dilecti. & c.ſignifica-
runt.& c.inter priorem.¶Sol.c.cũ inter.loquitur de excõica
to,qui agit,vel defendit noĩe ſuo.c.dilecti loquitur de excõi-
cato defendente eccleſiã. c. dilecte.loquitur de excõicato, li-
te pendente,& poſt appellationẽ.c. ſignificarunt. loquitur in
actore.Iſtud c.loqtur in excõicato ꝓ alia cã,& ab aliis iudi-
3 cibus.¶†Quærit Io.And.nunqđ excõicatus poſſit petere,ꝙ
ſnĩa ꝓ ſe lata mandetur executioni:& ꝓcedit qõ in actore ex
cõicato occultè,cõtra quẽ nõ fuit ꝓmulgata. & lata ſnĩa fuit
4 pro eo,quæ valet.vt.d.c.pia.†vel in cõibus iudiciis:vel in cõ-
demnatione expenſarũ:vel ẽt in excõicato poſt ſnĩam:& etiã
in excõicato publicè,ſm̃ Io.An.in d.c. pia.in gl. ẽt.& in gl.pe
nul.& vlti. Nũquid ergo actor excõicatus poterit petere exe
cutionem talis ſnĩæ:vr̃ , ꝙ ſic. quia poſt ſnĩam non reſtat niſi
ſolutio, & excõicato debitum ſolui põt.s. de do. & contu. c.
veritatis.Cõtrarium tenet Io.An.duabus rõnibus, & prima,
quia ſiue dicas executionẽ ſnĩæ peti iudicis officio:vel p acto
rẽ in factũ,iuxta no.in l.actori.C. de rebus credi. & l.1.C.de
re iudi.vtrũ remediũ denegatur excõicato: quia nec actionẽ
intendere:nec iudicis officiũ ad impugnationẽ implorare po
teſt.¶Eſt & alia rõ,qa ſnĩa non mandatur executioni,nõ læ
ditur æquitas iudiciorum: quia per ſnĩam functus eſt officio
ſuo:nec ſemp iudex ſuã ſnĩam exequitur vt l.à diuo Pio.ff.de
re iudi.Itẽ in ptãte excõicati eſt ſe facere abſolui: qa eccleſia
nõ claudit ſibi gremium.de hære.c.ſup e.li.6.de ſe igitur, nõ
de iudice conqueratur.& ꝓ hoc , ꝙ excõicatus non poſſit pe
tere executionẽ ſnĩæ,eſt tex.in c.pia de excep.lib.6.

# De Præſcriptionibus.

VISO De exceptionibus in genere:quia fre
quenter in iudicio obiicitur exceptio præ-
ſcriptionis. Ideò de hac ſpẽ ſubmittit , ſe
a cundùm Gof.& Hoſtien. habetur de mate
ria. 16.q.3.[a]& q.4.& 13.qõ.2.in prin.repe
titur in 6. Iura autem ad hunc tractatum
facientia hic vide in nouella.

ADDITIO.

a ¶16.q.3.Vbi in §.quod autem.vide Io.de Tur.cremа.vbi ponit,quid ſit præſcriptio.quæ ſint eius ſpẽs.quis ſit eius effectus:an currat in rebus eccleſiaſticis.& plures alias quæſtiones.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſia an reſtituatur contra præſcriptionem triennij.*
2 *Præſcriptio non currit contra eccleſiam,quãuis epiſcopus ſit excommunicatus.Nec etiam vacante eccleſia.nu.3.*
4 *Præſcriptio aliquando dormit,& ceſſante cauſa reuiuiſcit.*
5 *Epiſcopus,qui conuertit populum infidelem ad fidem, non ſtatim quærit ſibi ius in illo:ſed poſt triennium.*

PLacuit. Epiſcopus contra epm locũ per ſe
cõuerſum ad fidẽ præſcribit trien
nio.ſed cum vacat eccleſia,vel eſt in ſciſmate,nõ p̃-
ſcribitur contra ipſum.h.d.Et primò ponit,quod ſcđò deter
1 minat.ibi[ſi tñ.]& addit alium ibi.[Item ſi.]¶†Primò no.p̃
ſcriptionem triennij : vtrum aũt contra iſtam præſcriptionẽ
reſtituetur eccleſia , ſicut minor.dicit Ho. ꝙ ſic in caſu huius
c.remittit ad no.in c. 1.de reſti.in inte. Reprobat tamen opi.
Azo.dicentis eccleſiam reſtituendam contra præſcriptionẽ,
ſicut pupillum. Si enim dicta æquiparatio eccleſiæ ad pupil-
lũ eſſet bona,non curreret præſcriptio contra eccleſiã : ſicut
nec contra pupillum , vt l.ſi. C.in q.cau. in inte.reſti. non eſt
2 neceſ.& hoc falſum eſt,vt d.c.1.¶†Secundò not.tex. ibi[qui
poſſet.]&c.ibi argumentum,ꝙ ſi eps eſt excõicatus, non cur
rit præſcriptio contra eccleſiam.ad hoc j.de conceſ. præbẽ.
3 c.quia diuerſitatem.& 11.q.3.c.placuit.&c. ¶†Tertiò no.ꝙ
vacante eccleſia non currit præſcriptio. Et idẽ ſi vacat de iu-
re,licèt non de facto(puta quia habet epiſcopum , ſeu præ-
latum ſciſmaticum.)Et idem fortè contra iura ciuitatis, vt.ſ.
nõ præſcribãtur,ſi ipſa poſſidet tyrãnus.ar.huius.c. ¶Quar
4 tò not.in verſi. ſed ex quo die. †ꝙ ceſſante impedimento,p̃-
ſcriptio reincipit curſum ſuum. dormit ergo quandoq; præ-
ſcriptio:ſed cum cauſa dormitionis reuiuiſcit.ſimile in l.ſicut
5 C.de præſcriptio.30.an.¶†Quintò no.quòd epiſcopus, qui
conuertit populum infidelem ad fidem, non ſtatim quærit ſi
bi ius in illo,ſed poſt triẽnium.quod videtur verum, cũ alius
ius habebat.vbi autem de iure alterius non conſtaret: non vi
detur cur iure ſtatim non quæratur ſibi ius, tanquam in bo-
nis vacantibus, & à nemine poſſeſſis. facit c. abbate ſanè.de
re iudi.lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Taciturnitas prælati non nocet eccleſiæ,donec ſit præſcriptum.*
2 *Seruus Dei debet pro poſſe fugere iudicium contentioſum.*
3 *Papa adiri debet poſt quadragenariam præſcriptionem completã contra minorem eccleſiam.*

1 NIhil prodeſt. † Taciturnitas prælati nõ nocet eccleſię,
donec ſit præſcriptum.vel aliter. In rebus inua-
ſis non currit præſcriptio.& primò repetit, quod olim præ-
2 ſcripſerat.ſecundò proteſtatur.¶†Primò not.contentioſum
iudicium pro poſſe debere fugere ſeruum Dei. de quo. ſ.de
ſyn.c.vnò.¶Secũdò no.ꝙ Papa loquitur vni in plurali.de ſe,
in ſingulari:dum dicit[poſt me.]&c. hoc eſt ex nimia humili
tate.hodie talia reſcripta non valerent. de crimine falſi. c. tã
3 graui.¶†Tertiò no.hic Hoſt. ꝙ poſt quadragenariam præ-
ſcriptionem completam contra minorem eccleſiam aditur
Papa pro ipſa eccleſia, niſi completa ſit cẽtenaria.nam de iu
re ſuo põt agere:licèt inferior eccleſia ſuccubuerit. j.de cap.
mona.c.2.§.fi. Nam & epiſcopus agit pro eccleſia ſibi ſubie
cta.j.de ſucceſ.ab inteſta.facit quod no.Io.An.j.eo.c. ad au-
dientiam.in fi.¶Opponitur de c.ſ. proximo. & c.auditis.j.
eod.So.vt in glo.fi.vltima ſol.eſt,quòd iſte tex. intelligitur de
re violenter inuaſa.quo caſu nõ pręſcriptio. 16.q.3.c.licèt in
regulis.fin gl.& dicit Inno.quòd p iſtam proteſtationẽ, quã
fecit Papa huic patritio,fuit interrupta præſcriptio. & eſt re
gulare contra eum, ꝙ vnus princeps contra alium per tales
proteſtationes interrũpit præſcriptionem, cum nõ ſit alius,
coram quo conueniatur. quod verbum no.facit l. ſi vt perfe-
ctius.C.de anna.excep.

S V M M AE.

1 *Eccleſia præſcribit rem priuati per quietam poſſeſſionem. 30. annorum.*

SAnctorum. Per quietam poſſesſionem.
30.annorum præſcribit ec-
cleſia.h.d.¶Opponitur de.c.de quarta. & c. ad aures
j.eod.vbi eccleſia non præſcribit minori ſpatio,quã. 40.an-
norum.Sol.dicit glo.iſtud c.eſt correctum per illa iura:vel lo
quitur hæc Decre.quando eccleſia præſcribit rem priuati,ſe
cundùm Hoſt.Tanc.Pe.& Abb.facit quod no.13.q.2.c.illud
vbi.Ioan.An.reprobat hoc dictum &c.

S V M M AE.

1 *Eccleſia poteſt præſcribere quartam decimarum, & oblationum contra epiſcopum.*
2 *Quarta oblationum, & defunctorum debetur epiſcopo.*
3 *Succeſſor in dignitate rem in bonis dignitatis repertam bona fide præſcribit.*
4 *Seruitutum plures ſpecies.*

DE quarta. Præſcribitur contra epiſco
pum quarta ſpatio. 40. an-
norum,ſi cathedralis eccleſia interim non vaca-
uit.h.d.Et primò ponit dictum.ſecundò caſum exceptum[ni
ſi]tertio ius antiquum reprobat: ibi [nã Romana Eccleſia.]
1 ¶Primò no.†eccleſiam poſſe pręſcribere quartam decima-
2 rum,& oblationum contra epm:ex quo infertur, †ꝙ de ob-
lationibus defunctorum,& decimarum debetur epo quarta.
& hanc poteſt donare cuicunq; eccleſiæ.12. q.3.c.fi.& quod
no.Io.An.de dona.c.paſtoralis. ſuper gloſ. penul.& ſi donat
de conſenſu Capituli non eſt neceſſaria præſcriptio, ſecun-
dùm Hoſtien.¶Secundò not.in verſ.niſi.quòd vacante ſede,
non currit præſcriptio.¶In pręſcriptione ergo non compu-
tatur tempus vacationis eccleſiæ:ſicut nec tempus hoſtilita-
tis.j.eod.c.ex tranſmiſſa.vbi dicã. ¶Opponitur, & videtur,
ꝙ contra epiſcopum non currat præſcriptio.40.annorum in
decimis exigendis:nec de iure,cum quarta decimarũ, & ob-
lationum debeatur epiſcopo,de iure communi.vt no.Io.An.
j.de deci.c.cum contingat. contra ergo ipſum non põt eccle
ſia, q tenetur præſcribere bona fide:ergo ceſſat pręſcriptio.
j.eo.c.proxi.Sol.dicit glo.oppoſitio eſt vera, ſi rector eccle-
ſię vult à ſe præſcriptionem incipere: ſecus ſi à prædeceſſore
reperit inchoatã: iuſtè enim tunc & probabiliter poteſt cre-
dere prædeceſſorem ſuum iuſtum titulum habuiſſe. vnde ſi-
cut hæres præſcribit titulo pro hærede. vt ff.pro hærede.per
3 totum. †ita etiam ſucceſſor in dignitate rem in bonis digni-
tatis repertam bona fide præſcribit.Et hæc ſolutio, ſecũdùm
Io.An.eſt efficax quò ad malam fidem excludendam.ſed nõ
quò ad præſcriptionem validandam. quando posſidenti reſi
ſtit ius commune.Requiritur enim tunc tempus:cuius in cõ-
trarium memoria non exiſtit.j.eo.ti.lib.6. Vel dic.dicit glo.
ꝙ præſcribit contra epiſcopum rector eccleſiæ quartam de-
cimarum,& oblationem,ſi habeat titulum, ẽt minus iuſtũ,vt
j.de iureiu.c.cura.de quo dic vt ibi.Sufficit.n. ad præſcriptio
nem qñq; titulus putatiuus,vt plenè in l. Celſus.ff.de vſucap.
¶Scd'ò oppo.& vr̃,ꝙ in decimis, & oblationibus non currit
præſcriptio quadragenaria. certum eſt.ñ. ꝙ talis præſcriptio
habet cãm diſcõtinuam vſq; ad meſſes,& vſq; ad vindemias,
& alia tempora,in quibus fructus percipiuntur: ſed in p̃ſcri-
ptione taliũ rerũ, quæ habent cãm diſcontinuam annorũ,vel
menſium,vel ſeptimanarum, habet locũ præſcriptio tpe du-
plicata. ff.quemad.ſerui.amit.l. ſi ſit conſtituta aqua. & C.de
ſerui.l.1.ergo deberet hic reqri p̃ſcriptio. 80.ãnorũ.cuius cõ
trarium dicit tex.¶So.quoddam eſt ius, quod habet certum
interuallũ deputatũ ab hoíe, vel à iure:quale eſt, ꝙ quis om
ni anno in tali feſto habeat certam partem oblationum, vel
plus ſeruitium recipiat: & tunc requiritur tp̃s duplicatum,
vt in contrariis.quædam ſunt, quę non habẽt tp̃s limitatũ:vt
perceptio decimarum perſonalium,& ẽt prædialium. Quoti
die.n.pñt fructus produci.& iſta dicuntur habere cãm conti
nuam,& nõ diſcontinuã, ſi percipiuntur de oíbus fructibus:
ſecus ſi de vno,vel parte tm̃.Et iſto caſu,qñ res eſt apta quo-
libet die fructus percipere in potentia(licèt nõ ſit in actu cõ
tinua:) tunc talis res dr̃ habere cãm continuam,& ſufficit p̃-
ſcriptio 40.anno. vt hic.arg.eius,qd' de ſtillicidio dr̃, vt in l.
foramen.ff.de ſerui.vr.præ.Et idem de iure eligendi. vt dica-
tur habere cãm continuam. quia quotidie põt vacare eccle-
ſia.arg.de cauſa poſ. & propri.c.cum eccleſia. ¶Illa enim di
ſtinctio habeat cauſam continuam,vel non, vendicat ſibi lõ-
cum in ruralibus:quę cum debeantur fundo,fundus nõ ha-
bet animum,per quem non retineatur poſſesſio. Et ideò nõ
poteſt dici continuata, niſi vſus ſit continuus: ſed in iuribus
perſonalibus,quę debẽtur pſonæ ( vt quaſi vſusfructus iuriſ-
dictionis iuris eligendi, & perceptionis vectigalis) bene di
cuntur habere cauſam cõtinuam. quia talis poſſesſio animo
retinetur:& hoc no.Bar.in l.iuſto.§.nũc mutat.ff.de vſuca.
4 ¶†Et hinc ſumpta occaſione Inno. aggreditur materiã ſer-
uitutum:quarum quædam ſunt perſonales:quędam reales:&
harum realium,quædam ſunt ruſticæ: quædam vrbanæ.per-
ſonales ſunt,quę debẽtur perſonę: vt ſeruitus vſusfructus,&
vſus, vt habitatio,& miniſterium ſeruorum.de qua tamen du
bitatur,an ſint reales,vel perſonales.de quo p Cy. C.de vſu-
fru.ſuper rub.Seruitutes autem reales ſunt, quæ debẽtur rei
ruſticæ:vt itineris,actus,viæ,aquæductus, paſcẽdi pecora:vel
vrbanæ vt luminibus non officiendi, altius non tollendi, ſtil-
licidium excipiendi, & tignum immittendi. Et de iſtis ſer-
uitutibus ruſticorum prędiorum, & vrbanorum habentur in
Digeſto ſpãles rubricæ.Circa ergo iſtas ſeruitutes eſſet quę-
rendum ,per quos actus, & qualiter quaſi poſſesſio acquiratur.
Secũdò acquiſita qualiter probatur. Tertiò quanto tem
pore præſcribatur vnaquæq; ſeruitus.Quartò quanto tẽpo-
re contra ſeruitutem libertas præſcribatur. Quintò an in ip-
ſarum præſcriptione titulus requiratur. de quibus omnibus
dic plenè per Cy.in l. 1.C.de ſerui.& aq. & l.fina. & vtrobiq;
plenisſimè.& l.corruptionem.C.de vſufru.

S V M M AE.

1 *Poſſeſſor malæ fidei non præſcribit.*
2 *Mala fides qualiter purgetur.*
3 *Mala fides quid operetur de iure canonico.& nu.4.*

Vigi-



1 VIgilanti. †Poſſeſſor male fidei non præ-
ſcribit.h.d.prima ponit dictum.
ſcd'a ibi[epheſinus.]rationem legis contrariæ.Ter
tia corrigit,ibi:[nobis aũt.] ¶Primò no.regulã, de qua per
Dy.in reg.malę fidei vtrũ aũt præſumatur bona fides, vel ma
2 la,dic vt.j.e.c.ſi diligenti.¶†Secũdò no.ibi[niſi] quòd mala
fides purgat̃ eo ipſo, quòd eſt de veritate aliter informatus
hoc ẽt modo interrumpitur bona fides:vt mala ſuperueniat,
vt no.in d.reg.malę fidei.Ignorans autem, vel dubitans an di
catur habere bonam fidem,vel malã.dic vt.j.e.l.1.C. de ac-
quiren.poſ.¶Tertiò no.cãm legiſlatoris circa curſum præ-
ſcriptionis cũ mala fide.Eſt eñ introducta contra deſides,&
ſui iuris contemptores: & ne diu rerum dñia ſint in incerto:
minus tñ iuris tribuit iſta pręſcriptio cum mala fide:q̃ illa, q̃
procedit cum titulo,& bona fide tm̃.qd' hic vt.C.de bo.mat.
Aut.niſi tricennalis. & l.fi.circa fi.C. de edic.di. Adri.tol.l.ſi
3 quis em.de p̃ſcri.30.vel 40.an.¶†Quartò no. ꝙ de iure ca-
nonico pręſuppoſita mala fide pręſcribentis, non curatur d'
ſcientia,vel ignorãtia eius,contra quẽ pręſcribitur.Et ſimili
ter vbi quis bona fide pręſcribit:ſcientia,vel ignorantia eius,
contra quem pręſcribit,nõ curatur,vt l.fi.C.de pręſcrip.lon.
4 tem.vbi nulla ſcientia,vel ignorantia pętendenda. ¶†Quę
rit glo.ſi poſt pręſcriptionẽ cõpletã ſuperueniat mala fides
in illo,qui pręſcripſit:nunquid teneatur ipſam rem reſtituere
vero dño:Quidã,ꝙ ſic Ber.ꝙ nõ.Et hanc tenẽt Io. Vin.Tan.
Gof.& Hoſti.& Inno.j.e.c.fi.dicit tamen Hoſti.ꝙ ſi conſciẽ
tia eius valde fuiſſet lęſa, ſatisfacere deberet conſcientię.re-
mittit ad ſummam ſub rubrica de pręſcri.rerum immobiliũ
§.quę exiguuntur.ſub.§.vtrùm quicquid. Et vide in quęſt.q̃
poſuit Io.An.in reg. poſſeſsor.in vltimo membro. diſtinctio
aũt,quàm hic ponit Alanus circa prędictam quęſtionem in-
ter cauſam lucratiuam,& oneroſam,reprobatur per l.penul.
C.de pręſcri.lon.temp. & j. de dona.c. apoſtolicę. & de iſta
quæſtione.not. 14.q.6.c.ſi res.& 34.q.2.c.ſi virgo.

S V M M AE.

1 *Eccleſia vna poteſt præſcribere decimas in alia parochia, ſpatio.40. annorum.*
2 *Eccleſia,quæ præſcripſit,ſi cadat à poſſeſſione:an poſſit agere.*
3 *Præſcriptio extinguit actionem ipſo iure.*
4 *Tutus præſcriptione. 30. annorum, vel alia. ſi ſoluit, an poſſit repetere.*

AD aures Vna eccleſia in parochia alte
rius 40. annorum ſpatio deci
mas præſcribit.h.d.communis diuiſio.ſecũda ibi
[tuæ.]¶Primò not.hic expreſſum.40. annorum ſpatio deci
mas præſcribi:cum videretur requiri tempus duplicatũ. Sol
1 ue vt dixi.ſ.c.de quarta.¶†Secundò no.quòd vna eccleſia p̃
ſcribit decimas in alia parochia,ſpatio.40.annorum. ¶ Sed
contra hoc opponitur: quia in aliena eccleſia præſcribendo
non poteſt prætendere bonam fidem.j.de reſti.ſpol.c. ad de
cimas.lib.6. ergo videtur requiri tempus, cuius contrarium
memoria &c.vt j.eo.tit.c.1.lib.6.vbi glo.ſubtiliter intelligit
hunc tex.Nam quandoque eccleſia ad quam ſpectant deci-
mæ agit contra eccleſiam præſcribentem:& loquitur contra
rium.quandoque agit,vel conuenitur alia, ad quam non ſpe
ctant decimę de iure:& tunc loquitur iſtud c.& exponitur al
2 terius parochiæ.i.cuiuſdam tertiæ.¶†Quærit Io.An.ſi eccle
ſia,quæ præſcripſit,cadat à poſſeſsione: an poſsit agere. dic
3 quòd ſic,vt l.ſi quis emptionis.C.de præſcri.30.an.¶†Vlti-
mò no.c.fi.vbi tex.dicit[omnem prorſus]&c.quod per præ-
ſcriptionem extinguitur actio ipſo iure. ad idem.l.ſicut.C.d'
præſcrip.30.an.§.1.ibi[viuendi vlterius non habeant facul-
tatem.]&c.quod glo.intelligit per exceptionem,non ipſo iu
4 re,per l.obligationum fere.§.placet de act.& obli. † Et facit
ad quæſti.an tutus præſcrip.30.annorũ,vel alia, ſi ſoluit,poſ-
ſit repetere:ſi enim vtraq; tollit, poteſt:ſecus ſi remanet na-
turalis tantùm,vt l.etiam.ff. de compẽ. de qua quęſti.dic, vt
legitur,& notatur in l.fi.C.de præſcript.30.annorum.

S V M M AE.

1 *Præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione: & rem, quam quis non poteſt poſſidere,non poteſt præſcribere.*
2 *Detinens rem præſumitur poſſidere.*
3 *Detentio non parat iuſtam cauſam præſcribendi.*
4 *Poſſeſſio decimæ non cadit in laicum per titulum.*

CAuſam quæ. Laicus decimas non
pręſcribit. h. d. con
1 munis diuiſio.ſecũda ibi[ideoq;.]¶†Primò not.
quòd præſcriptio non procedit ſine poſſesſione:& rem, quã
quis posſidere non poterit, eam non poterit præſcribere.
¶Secundò no.quòd aliud eſt detinere, & aliud posſidere,vt
2 l.ſi quis ante.ff.de acqui.poſ.†Omnis autem,qui detinet,poſ
3 ſidere præſumitur,ſecundùm Inn.alibi.¶Tertiò no.ꝙ† detẽ
tatio parat cauſam præſcribendi: ſed poſſesſio, ſic interdum
tamen detentatio ponitur pro poſſesſione, & econuerſo.12.
4 q.1.c.2.¶Quartò no.quòd †poſſesſio decimæ nõ cadit in lai
cum.quod eſt verum, ſi fiat in titulum.nam in eleemoſinam
concedi poſſent laicis pauperrimis.11.q.c.penul.& fi.¶Vlti
mò aduerte ad gl.quæ dicit,quòd ad præſcriptionem requi-
ritur ciuilis poſſesſio.de quo remittit Ioa.An.ad no. per Dy.
de reg.iu.c.ſine poſſesſione.Et ego remitto ad no. per Bar.la
tius in l.3.§.ex contrario.ff.de acquir. poſ. vbi etiam tractat,
an ciuilis poſſesſio ſit cauſa acquiſitionis fructuum, & etiam
detentatio circa finem:& de his ibi plenè.

S V M M AE.

1 *Præſcriptio contra eccleſiam non currit,niſi ſpatio quadraginta annorum.*
2 *Præſcriptio requirit poſſeſſionem continuam.*
ad quæſt. dicitur in hoc. c. ꝙ requiritur bona fides in præſcri-
ptione. & quòd mala fides impedit curſum præſcriptionis.
9 quæro an bona fides præſumatur, vel mala, glo. hic, & com-
muniter vbique dicunt, qđ pręſumit bona. idē Io. 16. q. 3. c.
dilecto. in glo. ſi. vbi dicit, ſuper bona fide, & titulo ſtatur iu-
ramento. quod dictum eſt probabile quò ad bonam fidem:
quæ conſiſtit in conſcientia. vt Inſti. de actio. §. aliæ. hoc autē
verum, quò ad omnem, qui non nititur ex antiquiori poſſeſ-
ſione. Antiquior. n. poſſeſſor dēt dicere. ſcire debes, quod tuū
non eſt, ad alium pertinere, &c. vt l. fin. C. vnde vi. & ita hic Pa
pa argumentatur contra archiepiſcopum. Si autem poſſeſſor
antiquior non apparet: tunc quilibet dicitur poſſeſſor bonæ
fidei, cum ſibi non reſiſtat ius commune. & ita dicit Bart. in
d. l. Celſus. vbi etiam vide qualiter probabitur mala fides: de
quo in glo. quæritur. quia inter bonam fidem, & malam ſunt
media. ſ. error: titubatio: & ignorantia. An iſti. ſ. ignorantes, &
errantes dicantur habere bonam fidem. In errante tangit gl.
diſtinguens inter errantem in iure, vel in facto. quod proſe-
quere per Dyn. in reg. poſſeſſor malæ fidei. de reg. iuris lib. 6.
vbi etiam; quid iuris, ſi error facti, & iuris ſimul concurrant.
& per Bar. in d. l. Celſus. & ff. pro do. l. ſi vir. De dubitante. &
ignorante: an dicantur habere bonam fidem, vel malam, di-
cam. j. eo. c. fi. ¶ Vltimò ſcias, ꝙ materia glo. mag. de qua hic
an in præſcriptione rerum eccleſiaſticarum requiratur titu-
lus, & bona fides: vel ſufficiat bona fides tantùm, dic vt infra.
eo. c. 1. lib. 6.

*S V M M AE.*

1 *Superior conueniri debet, quando aliquis prætendit habere ius in ſubiectis.*
2 *Subditus poteſt præſcribere ius epiſcopale in alio, non in ſe.*
3 *Epiſcopus in eccleſiis ſuæ diœceſis fundat intentionem ſuam de iure communi.*
4 *Priuilegia plura poſſunt concedi ſuper vno facto.*
5 *Abbas poteſt præſcribere inſtitutionem in capellis.*
6 *Ordinandi ius non poteſt quæri præſcriptione per abbatem.*
7 *Poteſtas excommunicandi: abſoluendi: & interdicendi poteſt quæri præſcriptione.*
8 *Præſcriptio aliquorum capitulorum alterius vniuerſalis, ſiue generalis iuriſdictionis non extenditur ad alia capitula ſub eodem vniuerſali comprehenſa.*
9 *Sententia quomodo formetur, quando petitur aliquid generale, vt ius epiſcopale.*
10 *Arbitrium in ſpiritualibus priuilegiatum valet. & ſeruandum eſt.*

CVm olim. Abbas in capellis præſcri-
bere poteſt epiſcopalia: ob
tinet tamen in his ſolis, quæ præſcripſit. primò po
nit petitionem actoris: & ipſius iura. ſecundò ponit iura ab-
batis. ibi [ ad eligendam ] tertia diffinit. ibi: [ quia prædictus. ]
& partim pro abbate; vſque ibi [ ſuper aliis. ] & abinde vſq;
in finem pro epiſcopo. ¶ Primò. no. ꝙ agitur contra abbatē
ſuper vendicatione plebis: nō autem contra ipſum plebanū.
1 † Superior ergo non ſubiecti, in quo alius ius pretendit, con-
ueniri debet. de quo. ſ. eo. c. auditis. ſuper. 4. glo. per Ioā. An.
2 ¶ Secundò no. † quod ſubditus ( vt eſt abbas ) poteſt præſcri
bere ius epiſcopale. quod eſt verum in alios, non in ſeipſum.
3 de quo etiam in dicto c. auditis &c. ¶ Tertiò no. † ꝙ epiſco-
pus in eccleſiis ſuæ diœceſis fundat principaliter intentionē
ſuam de iure communi. An idem in ciuitate, in caſtris, & vil-
lis ſitis intra ſuum territorium. dic vt ſupra de iureiuran. c. ni
mis. ¶ Quartò no. quòd quis poteſt rem aliquam pluribus
de cauſis vendicare. vt iſte epiſcopus, qui fundabat ſe ſuper
iure cōmuni, & arbitrio. noua ergo actio oritur de arbitrio,
ſicut ex ſententia, vt l. fin. C. de arbi. & hæc noua non extin-
guit veterem actionem. imò corroborat, & accidit ei. quod
dic, vt no. in l. 1. C. de iudic. ¶ Quintò nota. ꝙ archipresby-
a ter, [a] & primicerius Lucani fuerunt arbitri pro ſua eccleſia
Lucana, quæ cum iſto abbate litigabat. & patet in iſta ſub-
ſcriptione: in perſona ergo eccleſiæ poteſt de iure ipſius eccle
ſiæ compromitti. quod patet, quia Papa approbat iſtud ar-
bitriū, vt patet ī fi. c. facit quod no. in Spe. de arbi. §. ſequitur.
4 verſi. ſed nunquid abbas. ¶ Sextò no. † ꝙ ſuper vno facto (vt
ſuper exceptione huius plebis) fuerunt plura priuilegia con-
ceſſa. vnum ante arbitrium promulgatum, & alia poſt. ar. cō-
tra. de fi. inſtru. c. inter dilectos. vbi quod ſemel meum eſt, am
plius meū fieri non poteſt. vt l. ſi creditori. de le. 2. ¶ Septimò
5 no. † ꝙ abbas poteſt præſcribere inſtitutionem in capellis. &
ſunt hæc nota. inſti. pro collatur. nam autorizabilis inſtitutio
in illis præſcribi non poteſt, ſcđm Hoſt. eſt. n. neceſſe, vt cura
tus auctoritate epi ingrediatur, & egrediatur. de quo remit-
tit Hoſti. de offi. Archi. c. cū ſatis. de cle. pe. c. penul. de renū.
c. am-



c. ammouet. vel dic, ſm̄ eum, illud, quod hic dicitur, referen-
dū eſt ad ſimplices clericos: vel capellas ſine cura. de priuile.
6 ca. volentes. §. fina. li. 6. ¶ Octauò no. † quòd ordinādi ius po
teſt quæri pręſcriptione per abbatem. quod intelligitur in or
dinibus, quos conferre poteſt abbas. j. de priuile. c. abbates.
in fine li. 6. Simile ad recipiendum in leuioribus culpis, ſuper
quo vide, quod no. de pen. & re. Similiter & præſcribit abbas
facultatem celebrandi in diuinis officijs: & poteſt intelligi de
facultate celebrandi, ſecundùm officium monachale, ſm̄ Ho.
de iure tamen cōi monachus aſſumptus ad regimen eccleſiæ
parochialis non reget illam ſm̄ officiū monachale. vt no. 16.
q. 1. c. 1. & quod no. in cle. 2. de cele. miſ. in gl. pe. ¶ Nonò no.
7 † ꝙ ptās excōicandi, & abſoluendi, atque interdicēdi poteſt
quæri præſcriptione. Sunt. n. iſta iura de his, quæ præſcriptio
ne quæruntur. quod eſt verum cum titulo. j. eo. c. li. 6. dicit tn̄
Ho. quod licèt in præſcriptione ſit neceſſarius titulus, in con
ſuetudine non: ſed ſufficit vſus cum præſcriptione, vt j. c. pro
xi. de cā poſ. & proprie. c. cum eccleſiā. & c. cum olim. de con
ſue. c. cum dilectus. & plenius in c. fi. de offi. archi. ¶ Decimò
8 not. † ꝙ licèt quis præſcripſerit aliqua capitula alterius vni-
uerſalis, ſiue generalis iuriſdictionis: dicta præſcriptio nō ex
tenditur ad alia capitula ſub eodem vniuerſali apprehenſa.
ſed capitula non præſcripta priori domino dimittuntur. facit
quod no. Bar. in l. j. §. ſi quis. & ff. de iti. ac. que priuato. Strictè
ergo præſcriptio ſumitur: conſuetudo verò latius, vt no. ſ. de
offi. archi. c. fi. ¶ Et ex hoc colligo aliud: videlicet quòd p vſū,
& exercitium in quibuſdam capitulis non retinetur poſſeſsio
in aliis, quæ ab alio poſsidentur. ſecus ſi à nullo poſsidentur:
quia tunc per retentionem, & exercitium in quibuſdā poſſeſ
ſio in alijs retinetur. quod dic, vt no. infra de c. mo. c. cū dile-
ctus. generi ergo per ſcriptas ſpecies derogatur. in alijs præ-
9 ſeruatur illæſum. ¶ Et aduerte ad formā ſniæ, cum petitur ali
quid generale: vt ius epale. nā ſnīa eſt formanda in ſpecie quò
ad ea, quę probata ſunt. quò ad non probata fertur ſenten
tia generalis. quę valet in iudiciis vniuerſalibus, & generali-
bus. vt. ſ. de libel. ob. c. 2. & de offic. ordi. c. conquerente. ſe-
cundùm Innocen. ¶ Vndecimò no. quòd Papa nititur hic ar
bitrio licèt priuilegia fuerint poſt arbitrium abbati ſuper li-
bertate conceſſa. & hoc ideo, quia de arbitrio non faciebant
10 mentionē: iō non valebāt, vt c. ex multiplici. j. de deci. † valet
ergo, & ſeruandum eſt arbitriū in ſpiritualib. priuilegiatū. &
& ſic de talib. p̄t cōponi. qđ intellige ī clericū, vel ī clericū, &
laicum. de arbi. c. cum tpe. & c. per tuas. ¶ Opp. hic Papa pro
nunciat pro abbate ſuper quibuſdam capitulis, ratione præ-
ſcriptionis. Sed contra iſta præſcriptio non potuit inchoari
poſt arbitrium, rōne defectus bonę fidei: quæ adeſſe non pōt
per abbatē poſt latum arbitrium. abſq; aūt bona fide pręſcri
ptio non procedit, vt in reg. malæ fidei. So. dicit gl. priuilegiū
non tangit capitula, ſuper quibus fuit pronuntiatum, ſiue ar
bitratū. ¶ Secundò oppo. ſententia arbitri non impedit exer
citium actionis: ſed operatur commiſsionem pœnæ: ergo vi
detur, quòd abbati non obſtet arbitrium. vt. C. de arbi. l. cum
manna. & ff. e. l. quis rem. Sol. dic, quòd ex ſententia arbitro-
rum aſſumptorum ſine pœna datur actio, & exceptio, vt l. pe
nul. C. de arbi. Innocen. dicit quòd iſti arbitri fuerant electi,
vt iudices ſine pœna compromiſſa. & hoc poteſt eſſe, quādo
aliàs habuiſſent iuriſdictionem, ſecundùm Hoſtien. qui re-
mittit ac not. ſupra de foro competen. cap. ſignificaſti. Item
& ſi priuati eſſent: & electi communiter ab epiſcopo conque
rente de ſubdito, & ipſo ſubdito (licèt vocentur arbitri) iu-
dices ſunt, & iuriſdictionem habent à lege, vel iure ſcripto.
ij. quæſt. prima. c. ſi clerici. & ff. de iuriſdic. omnium iudicum.
l. & quia &c.

ADDITIO.

a ¶ Archipresbyter. Vacante archipresbytero, cui ſpectet officium cuſtodiendi eccleſias, vide Ioan. de Turre cre. in c. ſi in plebibus. 63 diſt.

*S V M M AE.*

1 *Interdictum vti poſsidetis reſultat cōtra impedientem, ne ſubditi ſoluant domino decimas, & ſimilia.*
2 *Agens interdicto vti poſsidetis: poteſt reconueniri interdicto vnde vi.*
3 *Epiſcopali ordini, quæ attribuantur.*
4 *Impetrat aliquis primò priuilegium limitatè cum diminutione iuriſdictionis alterius: deinde ille impetrat aliud cum diminutione iuriſdictionis eiuſdem: debet de primo priuilegio facere mentionem: aliàs non valet ſecundùm. & nu. 8.*
5 *Impetrans priuilegium ſuper iure præſcripto poſt completam præſcriptionem: videtur præſcriptioni renuntiare.*
6 *Poſsidentis nulla preſumitur fides, eo ipſo quòd impetrat.*
7 *Indultum in fauorem: non debet in odium retorqueri.*
9 *Papa ſi alicui concedit partem alicuius rei (vt decimarum) ex priuilegio: & partem reliquit iure communi: quam poſtea eidem, vel alteri conceſsit: non valebit iſta ſecunda conceſsio: niſi de priori fuerit facta mentio.*
10 *Renunciatio iurium eccleſiæ ſponte facta videtur donatio.*
11 *Officium iudicis quod ſit, quando vna pars opponit interdictum vti poſsidetis: altera vnde vi.*
12 *Verba legis dicentis, quòd per interdictum vti poſsi. defendetur poſſeſſor: niſi procedat ab aduerſario vi clam, vel precario: quomodo intelligatur remiſsiuè.*

VEniens. Qui præſcriptione cōpleta pri
uilegiū impetrat, & vtitur illo:
pręſcriptioni renunciat. Et ſi præſcriptio nō erat
completa, malam fidem habet: & ideò nō pręſcribit. h. d. pri
mò ponitur conuentio abbatis: ſecundò reconuentio epiſco
pi. ibi [ prefatus. ] tertiò diffinitio. ibi [ chriſma. ] in qua duo
ſoluit obſtacula. primum ibi [ non obſtan. ] ſecundùm ibi
[ nec obſtare. ] ¶ Primò no. petitionem abbatis agentis con-
tra epiſcopum impedientem, ne illi, de quibus in text. deci-
1 mas ſibi ſoluant. † Quæ autem ſpecies actionis reſultet ex
hac forma agendi: ſentiunt hic Doct. & glo. quòd interdictū
vti poſsidetis. aliter videtur ſentire Inn. in c. querelam. ſ. de
elec. vbi dicit, ꝙ ſi ille, qui tenetur mihi ſoluere, ceſſat prop-
ter dictam prohibitionem alterius videor ſpoliari. & compe
tit interdictum vnde vi. uel officium iudicis. pro opin. tamen
Docto. hic vide quod no. in l. vim. facit. ff. de ui & ui ar. & c. fi.
de offi. Archi. Et procedit iſte modus agendi, quando pro in
tereſſe meo ago contra turbantem homines mihi obligatos
aliquo onere reali, vt eſt ſolutio decimarum. Si autem aliquis
detineret debitorem meum carceratum ( & ſic impediret ne
mihi ſolueret. ) an poſsim agere iuxta formam huius capitu.
videtur dicere Innoc. quòd non. c. dilectis. j. de appell. vbi e-
tiam dicit, quòd ad intereſſe, quod deberet ſubditis meis, a-
gere non poſsim. ¶ Conclude ergo, quòd aut ago pro in-
tereſſe meo contra impedientem meum debitorem, ne mihi
ſoluat; & tunc aut illa obligatio eſt realis: & poſsim interdi-
cto vti poſsidetis: vel alio, vt hic: aut debetur actione perſona
li. & vt poſsim. & ſimiliter tertio caſu, cum nolo agere pro
eo, quod ſibi debetur, vt dicto. c. dilectis. ¶ Secundò no. quod
iſte abbas agens interdicto vti poſsidetis contra epiſcopum
impedientem allegabat ſcilicet priuilegium Paſchalis: & re-
gis Stephani. & forte ideò, quia erat iuris pręſumptio con-
tra eum: cum decimas peteret in aliena dioeceſi. vt in cap. ad
decimas. de reſtitu. ſpolia. lib. 6. & diſtin. c. contra morem. ſe-
cus vbi non eſſet pręſumptio contra poſsidentem iura. quia
ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè quis poſsideat, turbari non debet regu
lariter, vt l. 1. in fi. cum l. ſequen. ff. vti poſside. ¶ Tertiò not.
2 † quòd agens interdicto vti poſsidetis, poteſt reconueniri
interdicto vnde vi. ut facit iſte epiſcopus, ſecundùm opi. Inn.
uel ēt rei uēdicatione. & ſic ēt poteſt intelligi iſte uer. p̄fatus.

ꝙ epiſcopus reconueniebat abbatem intrerdicto vnde vi.
& ſic officio iudicis in finiendo, & cognoſcendo vtranque
cauſam vti poſsit, & interdicto vnde vi, vt hic ſubtiliter per
Inno.& ĩ.dicam.¶ Quartò not. in ver. chriſma. † quinque,
quæ ſunt epiſcopalis ordi. & quæ de iure communi non de-
bent recipi ab alio, quàm à ſuo epiſcopo. Et innuit iſte text.
( dum loquitur de ſacris ordinibus recipiẽdis ab epiſcopo)
ꝙ minores poſſunt recipi à quocunq;. quod non eſt verum,
vt ĩ.tit. 1.c.cũ inter.de ordi.ab epiſcopo.c. 1. Vel dic, ſacros
ordines hic largè ſumi, vt no. 32.diſtinc.in ſumma.vel eſt di-
ctum propter illos minores, quos poſſunt conferre abbates
presbyteri Benedicti his, in quos habent temporalem iuriſ-
dictionem, vel quaſi.de æta.& quali. c. cum contingat. & de
4 priui.c.abbates.in fin.li.6.¶ Quintò no.in ver.non obſtã.†ꝙ
ſi quis impetrat primò priuilegium limitatè cum diminutio-
ne iuriſdictionis alterius. deinde ille impetrat aliud cum alia
diminutione iuriſdictionis eiuſdem, debet de primo priuile-
gio facere mentionem.aliàs non valeat, ſecundum quod. ĩ.
poſtea declarabo poſt Inno.¶ Sextò no.in ver.nec obſtare.
5 †ꝙ qui poſt præſcriptionem completam impetrat priuilegiũ
ſuper iure præſcripto: videtur præſcriptioni renunciare.quod
eſt mirum: nec fortè alibi reperitur cõtra id, quod no.in l.cũ
quis §.ſi qs pro eo.ff. de ſolu. vbi gl. no. ꝙ recognitio debiti
poſt præſcriptionem completam nihil operatur.facit etiam
in contrarium, quod nota.ſupra eo.tit.c. vigilanti. vbi etiam
mala fides ſuperueniens, præſcriptione completa, non impe-
dit effectum præſcriptionis. Obſtat etiam fortiter l.ſi quis vi.
§.differentia.ff.de acquiren. poſſeſ. certum eſt enim, ꝙ per
præſcriptionem, maximè canonicam, quæ procedit cum titu
lo, & bona fide, quæritur dominium.iuxta nota.in Auth. niſi
C.de bonis mater. quomodo ergo impetrando priuilegium,
perdit impetrans dominium ex præſcriptione quæſitum: &
maximè ſi perſona, quę vult dominiũ à ſe abdicare, eſt eccle-
6 ſiaſtica: vt eſt abbas.cogita.¶ Septimò nota, † ꝙ nulla fides
poſsidentis præſumitur eo ipſo, quòd impetrat priuilegium
ſuper re, quam præſcribit.quaſi videatur fateri ſe non legiti-
mè poſsidere: cum nouum quærit titulum.argu.contra.C. de
euictio.l.non ex eo.vbi licèt nihil teneam, nõ ideo ſciam: vel
mala fides præſumitur.dic vt ibi.¶ Venio ad oppoſitiones, &
primò opponitur.dicitur hic, quòd abbas nitebatur ex priui
legio regis ſancti Stephani ſuper petitione decimarũ eS.md
contra de.c.tua nos.& c.dudum.infra de decimis.glo.2.tan-
git iſtud contrarium, & non ſoluit.Innoc.dicit, ꝙ iſte rex erat
ſanctus, & legatus Papæ.vel ſecundùm Hoſti.donauit tempo
ralia: & Paſchalis ſpiritualia.ſ.eodem tit.c.auditis.vel dic, ꝙ
iſte articulus non diſcutitur, an valuerit hæc cõceſsio, vel ne.
Sed certè non diſcutiatur: tamen ſi non proceſsiſſet de iure,
non fuiſſet libellus admiſſus: ſed reiectus propter manifeſtã
ineptitudinem. ff.de officio aſſeſſo.l. 1.& ſupra de offi.vica.c.
1.& per Innoc.¶ Secundò opponitur, & videtur, ꝙ priuile-
gia Paſchalis, & Alexandri non valeant. conceſſerunt enim
abbati: vt illa, de quibus in tex.peteret ab epiſcopo ſuo, ſi eſ
ſet Catholicus: aliàs à quocunque &c.Sed hoc ſine priuilegio
videtur licere.45.diſtin.c.ſi forte.& 7.q. 1. pontifices.fruſtra
ergo precibus impetratur, quod de iure communi concedi-
tur.vt l. 1.de theſau.li. 10.¶ Sol. vt in glo.idem videtur.Hoſt.
contra, per.c.Romana.de ſup.negli.præb.li.6.Et hoc appro-
bat Io.An.remittens ad c.eos.de tempo.or.eo.li.6.¶ Tertiò
opponitur.hic actum fuit cum abbate, & clericis ſuis.manda
tur, vt recipiant illa, de quibus in tex.& ſic videntur clerici cõ
demnari, qui in iudicio non ſunt contra.l. 1. C. de ſen. & res
inter ali.acta.per totum. ſententia enim lata cum domino ſu
periore pro, vel contra, non debet prodeſſe, vel obeſſe ſubdi
tis non vocatis in illo iudicio, vt ſ.eo.in c.auditis.poſt Innoc.
¶ Sol.dicit Ioan.An.quòd abbas hic egit de mandato cleri-
corum: aliàs oppoſitio eſſet vera.¶ Quartò oppo.dicitur hic
quòd poſt priuilegium Clementis Papæ poſtea impetratum
ſuper his, de quibus in tex.ideo non valet. quia in ipſo de pri
uilegiis Paſchalis, & Alexandri non fiebat mentio.Sed cõtra,
quia non videtur fuiſſe expediens.nam dicta priuilegia: & ẽt
hæc cle.tendunt ad eundem effectum.ſcilicet ad confirmatio
nem, & augmentum iuris abbatis. Si enim habeo per priuile-
gium debile ius, ſiue paruum ſuper certa re ( vt habebat iſte
abbas ex priuilegiis Paſcalis & Alexandri) non videtur pro-
hibitum, ſed conceſſum alia priuilegia magis plena impetra-
re ſuper eodem. ſicut valet legatum factum creditori de eo,
quod ſibi debetur, ſi ex legato maius emolumentum conſe-
quitur. vt l.ſi creditori.ff.de legatis. 1.¶ Et ſi aliquid additum
eſt rei iudicatæ: non eſt à re iudicata receſſum, vt l. 3.ff. de re
iudi. Item facilius tranſitur de imperfecto ad perfectũ, quàm
7 de nihilo ad aliquid, vt ſup.de electi. c.quod † ſicut.& c.audi
tis. Item indultum in fauorem, non debet in odium retorque
ri, vt in reg.quod ob gratiam. quæ ratio, & iura videntur ob-
ſtare huic dicto, videlicet quòd habens priuilegium minus
pingue, teneatur de ipſo facere mentionem, aliud pinguius
8 impetrando. So.dicit notabiliter & Inno. † quòd ſi per priui
legium eſt ius ordinarii diminutum in certa parte.& ſibi alia
portio reſeruata: ſi ſine portione ſibi reſeruata ab eodem, vel
alio nouum priuilegium impetretur ( non facta mentione de
primo priuilegio ) non valet iſtud ſecundùm. ratio eſt, quia
ſi Papa, vel alius ſciuiſſet de primo priuilegio moderato, non
conceſsiſſet iſtud ſecundum.ar.de hoc.ĩ.de fil.presby.c.2. li.
9 6.& ĩ.titu. 1.cum olim. Et ex hoc infert † quòd ſi Papa, vel
alius primo conceſsit partem alicuius rei ( vt decimarum ex
priuilegio) & partem reliquit iuri communi, quam poſtea ei
dem, vel alteri conceſsit, nõ valebit iſta cõceſsio.niſi de prio-
ri fuerit facta mentio.quod dic, vt ĩ.de deci.c.2. lib.6.& pro
hoc faciunt no.ĩ.de reſcrip.c.penul.lib.6. ¶ Si enim in colla
tione tituli non intendit Papa grauare eccleſiam de duobus,
vel pluribus (niſi de priori collatione fecerit mẽtionem ) mul
to minus videtur grauare eccleſiam in diminutione patrimo
nii, & proprietatis: niſi hoc expreſsè ſentiat.¶ Quinto oppo.
dicitur hic, ꝙ etiam ſi abbas præſcripſiſſet hoc ius, ꝙ poſſet
percipere hęc ſacramenta à quo vellet epiſcopo: tñ poſt com
pletã præſcriptionem impetrando priuilegium ab Alex.vide
tur renunciare iuri ex præſcriptione acquiſito. contra quod
nõ põt renunciari expreſſe, non videtur poſſe tacitè.quia nõ
eſt maioris efficaciæ tacitũ, q̃ expreſſum.vt l.qui ad certum.ff.
loca.¶ Sed expreſsè abbas non poſſet renunciare iuribus ec
cleſiæ: ſicut nec alius adminiſtrator donare, dilapidare, vel
deteriorem domini conditionẽ facere poteſt, vt l.præſes. C.
10 de tranſac.& l.contra iuris ciuilis.ff.de pac.† Renũciatio eñ
iurium eccleſiæ ſponte facta videtur donatio, vt no.Cyn.in l.
vnica. C.de confeſ.¶ Sol.modica fuit hæc donatio: quæ non
cenſetur prohibita prælatis. ĩ.de dona.c.ceterum.& maxime
quia reuertebatur ad ordinarium ſuum: & de facili quælibet
res reuertitur ad naturam ſuam, vt l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pa
ctis. fatetur enim Inno.& Doc. ꝙ ſi ex iſta tacita renunciatio
ne, quæ reſultat ex impetratione priuilegij monaſterii, graui
ter læderetur: poſſet petere reſtitutionem, vt ſ.de reſti.in in-
te.c. 1.vnde ſi epiſcopus pręſcripisſiſſet decimas in aliena pa
rochia: vel eccleſiam aliam. & poſtea ſuper his priuilegium
impetraret, non tolleretur, ſaltem in effectu, ius ſuæ eccleſię
ex pręſcriptione quęſitum. Et cogita, an iſte tex. vendicet ſibi
locum in aliis iuribus realibus, & perſonalibus ex pręſcri-
ptione quęſitis. & ſuper his priuilegium poſta impetrando,
videatur iuri quæſito renunciare.& in alio titulo, quàm prę-
ſcriptionis, videtur caſus, quòd priuilegium iſto caſu ſit
nullum conceſſum ſuper iure quęſito ex conceſsis. ſupra de
fide inſtrumen. c. cum inter dilectos. circa finem. ¶ Sex-
tò opponitur.dicitur in fine, quòd ſi ille, qui pręſcribit, impe
trat priuilegium ſuper dicta re: videtur habere malam fidem.
contra quod fit ad augmentum, non operatur diminutio-
nem, vt l.legata inutiliter.ff.de lega. 1.& abũdare in cautela,
non



non eſt præſumptio malæ fidei, vt dicta.l.non ex eo.C.de eui
cti.& ſuper hoc, quòd nõ eſt firmũ de iure cõi, ſæpiſsimè pri
uilegia impetrantur, vt patet in toto titulo de confir. vti. vel
inuti.de procura.c.quia in cauſis.& de iureiuran. c. & ſi Chri
ſtus.& l.3.de teſta.militari.malè ergo videtur dicere iſte tex.
Sol.dicunt Hoſt.& Ab. ꝙ qñque id, quod impetratur per pri
uilegium, eſt contrarium præſcriptioni. & procedit iſte text.
& hoc ſonat verbum poſt impetratũ hmõi. Qñq; id, quod eſt
de iure cõi ſine contrarietate aliqua & priuilegium impetra-
tur.& procedunt contraria. Vel dic ſm̃ Io.An. ꝙ licèt ab im-
petratione priuilegij poſsit inchoari præſcriptio ex illo titu-
lo cũ bona fide.tñ curſus inchoatæ præſcriptionis videtur im
pediri per priuilegium impetratũ ſimpliciter: cum impetran
do ſimpliciter, videatur fateri rem ad ſe non pertinere.& hoc
fortè voluit gl.pe.& antepe.ſm̃ Ioa.An. periculoſum eſt ergo
habenti titulũ (& ſic præſcribenti) in curſu præſcriptionis pri
uilegium impetrare. quia dicta impetratio interrumpit ef-
fectum tituli præcedentis.& inducit malam fidem. vt in fine
huius c.quod no.¶ Quero de vtili quæſtione, quã hic format
11 Inno.† iſte epus contra iſtum abbatem agentẽ interdicto vti
poſsidetis ſuper eiſdem rebus intẽtauit interdictum vnde vi.
Quæro ergo, quod eſt officium iudicis ſuper vtraq; cã. dic ꝙ
qñq; cõuentus interdicto vti poſsi.excipit de ſpoliatione ſua
qñq; agit.ſi excipit: & tunc non videtur dubiũ, ꝙ repellit agẽ
tem per c.vlt.& c.cum dilectus.ſ.de ordi.cogni.licèt Inn. ali
ter ibi.vt ĩ.dicam.¶ Secundo caſu qñ agit: & tũc qñq; prius
liquet de turbatione, de qua principaliter agit, quàm de ſpo
liatione.& hoc caſu fertur ſententia ſuper interdicto vti poſ-
ſi.& compeſcetur reus à moleſtia, donec conſtet de interdi-
cto vnde vi.in arg.de inſtitu. c.cum veniſſent. Quandoque ſi
mul de vtroq; liquet.ſ.quod reus turbat actorem. & ꝙ actor
ſpoliauit reum.& tunc ſuper interdicto vti poſſid.non eſt fe-
renda ſententia ſm̃ quoſdam: qui ita intelligunt l. 1.in fine. ff.
vti.poſsid.vbi dicitur, ꝙ ſi quis vi.clã, aut præcariò ab aduer
ſario poſsidet, nõ dẽt vincere.i.nulla pro eo eſt ferenda ſnĩa.
tutius tamen eſt, ꝙ feratur, ſm̃ alios. Quandoq; prius liquet
de vi, quàm de turbatione. & hoc caſu non videtur dubium.
ꝙ ſit ſtatim actor condemnandus. Aduerte tamẽ ad id, quod
dixi.quòd ſi ſpoliatio in modũ exceptionis opponitur cõtra
agentem interdicto vti poſsid. an poſsit dicta exceptione re
pelli, dubitat Inno.magna.n.(ſm̃ eum) ſequitur abſurditas, ſi
hæc dicamus. Abſoluendo.n.eum videtur ei concedi, ꝙ poſ-
ſit moleſtare ſucceſſorem.& hoc eſt iniuſtum.quia etiam prę
do eſt reſtituendus.ſ.de reſtit.ſpolia. c.in literis. ergo multò
magis deferẽdus.ff.de ſuperficie.l.j.§.quod ait.ad finẽ. ¶ Itẽ
ſi dicamus, ꝙ huic ſpoliato liceret turbare. ergo eadẽ rõne
ſpoliare. quod eſt falſum, vt l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. &
etiam ipſi ſpoliatori competeret interdictum cõtra ſecundũ
ſpoliatorem: quamuis ab illo ſpoliatum. ff.de vi, & vi ar.l.cũ
à te.& per has rationes videtur concludere Inno. ꝙ tunc tan
tum agens interdicto vti poſsi.debet ſuccumbere contra ſpo
liatum, quando contra ipſum ſpoliatio principaliter intenta
tur, & probatur. vel ſi expoliatus conuentus excipiat, & reſti
tutionem petat. Sed Cyn.C. vti poſ. l. 1.in 5.quæſtione.poſt
Dy.tenet indiſtinctè, ꝙ ſpoliatus repellat agentem, & turba-
re poſsit impunè. Idem Bart.in l. 1.§. quod ait prætor. ff. vti.
poſ.vbi dicit verba Inn.ſunt contra caſum illius.l.& conclu-
dit, ꝙ licitum eſt deiecto.i.turbato, inquietare. i.turbare ſpo
liatorẽ ſuũ, quandocunque nec tenetur dicto interdicto, ſi ex
pellere non licet: niſi incontinenti.vt l.3.§.cum ergo.ff.de vi,
12 & vi ar.¶ Secundò quæro poſt Inn.† quomodo intelligantur
verba legis dicentis, ꝙ per interdictum vti poſsi. defendetur
poſſeſſor: niſi poſsideat ab aduerſario vi, clam, vel præcariò.
& latius per dictum Bar.in d.§ quod ait prætor.vbi etiã tra
ctat, ſi quis vaſallum meum, vel emphi. expellit: videtur me
turbare in meo ciuili per naturalem occupatã. Et iõ mihi li-
cet incontinenti talem expellere, iuxta no.in l.clam poſside-
re.§.qui ad nundinas.ff.de acquir. poſ. Et aduerte quia dicit
tex.quòd impetrando priuilegium, videtur renunciare præ-
ſcriptioni iam completæ. An autem per pactum poſsit renun
ciari, ne currat præſcriptio contra creditorem, quominus in
perpetuum poſsit debitum petere.dic, vt l. 1.ff.de vſucap.per
Barto.

*S V M M AE.*

1 *Poſſeſſor malæ fidei multo tempore præſcribit.*
2 *Præſcriptio omnis canonica, ciuilis, & conſuetudinaria, quæ non ha
bet bonam fidem, eſt ſublata de iure canonico.*
3 *Continuatio in toto tempore requiritur in qualibet præſcriptione.*
4 *Debitor ſi ignorat ſe debere: & creditor ceſſat petere: præſcribit debi
tor licèt ignorans non poſsit dici bonæ fidei.*
5 *Ius canonicum rectius procedit, quàm ciuile circa impediendum cur-
ſum præſcriptionis propter malam fidem ſuperuenientem.*
6 *Bona fides ſola an ſufficiat in ſubſcriptione ſine titulo.*
7 *Habens bonam fidem contra vnum, & contra alium, an præſcribat.*
8 *Mala fides adminiſtratoris an noceat domino, vel econtra.*
9 *Actor ſi habuit malam fidem, et ſucceſſor bonã: an præſcribat: vel no
ceat ſibi mala fides auctoris.*
10 *Furor ſi ſuperueniat in præſcribente an præſcribat.*
11 *Errans in præſcribendo an dicatur malæ fidei.*
12 *Error iuſtus quid dicatur. Et quid iuſtiſsimus.nu.13.*
14 *Pater meus ſi poſſedit.10.annis, & deceſsit: ego hæres eius alijs 10.
annis. & à poſſeſsione cecidi: & non habeo inſtrumentum, vel te-
ſtes, per quos poſsim probare titulum poſſeſsionis. 20. ann. quid
iuris.*
15 *Dubitans an dicatur bonæ fidei, vel malæ.*
16 *Titulus an requiratur in præſcriptione cuiuſcunque rei, etiam de iure
canonico.*
17 *Titulus putatiuus an ſufficiat ad præſcriptionem. Et an ſufficiat ad
præſcriptionem habere titulum ab vno, & poſſeſsionem ab alio.
numero.19.*
18 *Poſſeſsio continuata qualiter probetur.*

1 QVoniam. † Poſſeſſor malæ fidei vllo tpe
non præſcribit. Et eſt regula
2 iuris.de reg.iu.li.6.&c.¶ Primò no. † ꝙ de iure ca-
nonico omnis præſcriptio canonica, & ciuilis eſt ſublata: quę
non habet bonam fidem: & etiam cõſuetudinaria. Ratio red
ditur in text. quia non poſſunt tales conſuetudines obſeruari
ſine Dei offenſa.tendit ergo oĩs conſtitutio legalis, & canoni
ca legi Dei 11.q.3.c.Iulianus.& c.ſeq. An aũt i ſeculari iſtud
ius canonicũ ſit ſeruandũ.no.hic gl.& plenius.ĩ.de reg.iur.c.
2.li.6.¶ Secundò no.ſm̃ quoſdã, ꝙ iſta conſtitutio non reſpi
cit præterita, ſed futura. vnde illis, qui ante iſtam conſtitutio
nem præſcripſerunt: conſulerant, vt præſcripta non debeant
reſtituere.& hoc ſentit gl.3.in fi.¶ Idem Io.Vin.& Gof.Phi.
& Io.An.contra, per not.in c. vlt.ſ.de conſtit. & in c.cum tu.
de vſur. præſcriptiones autem inchoatas, ſed nondum conſũ
matas tempore huius conſtitutionis. tenet Io.illas non inter
rumpi. Gof.contra.¶ Tertiò no. regulam in materia præſcri
3 ptionum.† ꝙ in qualibet præſcriptione requiritur continua-
tio toto tempore, vt in dicta reg.poſſeſſor malæ fidei. ¶ Ve-
nio ad aliqua vtilia circa materiam tit.alibi per Doct. tacta.
vt.ĩ.dicã.¶ Opponitur ergo primò, & videtur, ꝙ poſſeſſor
malæ fidei præſcribat ſaltem ſpatio.30.vel.40.annorum. vt
l.ſicut & l.omnes.C.de præſcrip.30.vel.40.anno.Sol.aliud ſe
cundùm leges, vt ibi.aliud ſm̃ canones, vt hic.Canon enim cõ
ſyderat naturalem æquitatem [conuenientem diſpoſitioni di
uinæ, qua cauetur, quòd nullus cum aliena iactura debet lo-
cupletari. Ius autem ciuile conſyderat rigorem, publica vtili
tate ſuadente: ne rerum dominia ſint in incerto ſemper.& ita
ſit litium finis, vt l.j.ff.de vſuca.& pro ſuo.l.fin.¶ Et aduerten
dum, quia cõiter canones, qui exigunt continuam bonam fi
dem in præſcriptione, loquuntur in poſſeſſoribus.vt patet in
regu.poſſeſſor. & in ſimilibus. Quid autem in obligationi

bus merè perſonalibus, vbi non eſt dare poſſeſsionem, vel
quaſi.vt in debitore, qui tenetur mihi in certa ſumma: an poſ
ſit præſcribere. Bar. mouet iſtud dubium, quòd ius ciuile non
corrigatur in actionibus perſonalibus, vbi nõ reperitur poſ
ſeſsio ex parte præſcribentis. ſed creditor potius dicitur per
4 dere actionem per ſuam negligentiã. † Vnde ſi debitor igno
rat ſe debere: & creditor ceſſat petere: præſcribit debitor: li
cèt ignorans non poſsit dici bonæ fidei, vel malæ. vt l. 1. & ibi
no. C. de acqui. poſ. Et in debitore ignorante procedit hoc di
ctum: ſed in ſciente ſe obligatum: quòd præſcribat, non vi-
detur bene dictum, per illud c. vbi non ſit mentio de præſcri-
ptione: quæ procedit cum poſſeſsione, vel ſine: ſed indiſtinctè
ſimpliciter dicit [nulla valeat abſque bona fide præſcriptio]
quæ verba non ponderauit. Barto. ¶ Secundò opponitur, &
videtur, quòd licèt mala fides ab initio interueniens impe-
diat præſcriptionem inchoari: non tamen tollit effectum in-
choatæ, per illã regulam: ꝙ quædam à principio impediunt,
quæ ex poſt facto non dirimunt. l. diſtin. c. præcepta. & c. quẽ
admodum. de iureiuran. ¶ Sol. dicit Dyn. ꝙ aut impedimen
tum ſuperuenit poſt factum perfectũ, & cõſummatum: & nõ
impedit, vt reg. factum legitimè. de reg. iur. lib. 6. Quãdoque
factum eſt inchoatum, ſed non conſummatum. & tunc caſus
ſuperueniens poſt factum inceptũ impedit inchoatũ. & pro-
batur hæc ſolutio in l. pluribus. & §. & ſi placeat. ff. de verbo.
obli. & l. pro parte. de ſerui. Sol. qua ratione patet, ſecundùm
5 communes regulas vtriuſque iuris. † Rectius procedit ius ca
nonicum, quàm ciuile circa impediendum curſum preſcrip-
tionis propter malã fidem ſuperuenientem, ſecundum Dyn.
in d. reg. poſſeſſor in ſecunda oppoſi. ¶ Tertiò opponitur, &
videtur, ꝙ quantumcunque interueniat bona fides, præſcri-
ptio non poſsit procedere. Cõſtat enim, ꝙ æquitas realis ſcri
pta eſt, neminem debere cum alterius damno locupletari, vt
l. nam & natura. ff. de condi. indebi. ergo & rigor iuris præſcri
ptionem inducẽs, debet ſuccumbere naturali æquitati, vt l.
placuit. C. de iudi. & depoſi. l. bona fides. Sol. vt ibi per Dyn.
6 ¶ Venio ad quæſtiones. & primò quæro. † an ſola bona fides
ſufficiat in præſcriptione ſine titulo. reſpondeo. de iure ciuili
certum eſt, ꝙ in præſcri. 10. vel. 20. an. reqniritur tit. & bona
fides, vt l. 1. §. hoc tantummodo. C. de vſucap. transfor. Et idẽ
in vſucapione triennii, vt ibi. in præſcriptione autẽ. 30. vel.
40. annorum titulus non requiritur. nec bona fides neceſſario
ſed maius affert commodum, ſi accedat in tali præſcriptio-
ne, iuxta not. in Auth. niſi. C. de bo. ma. & l. ſi quis. de præſcri.
30. ann. de iure verò canonico videtur ſufficere bona fides ſi
ne titulo in rebus, quæ poſſunt poſſideri de iure communi,
vt ĩ. eodem. c. 1. Et hoc fortè ideo propter longiſsimum tem
pus: quod exigit ius canonicum in præſcriptione rerum ec-
cleſiaſticarum, ſcilicet. 40. annorum. ſ. eod. c. de quarta. & c.
7 illud. &c. ¶ Secundò quæritur. † ſi habeo bonam fidem con-
tra vnum, & non contra alium: an præſcribam. dic, ꝙ ſic con
tra illum, contra quem habeo bonã fidem, vt not. in l. ſi quis
fundum. ff. de acquiren. poſſ. & l. ſicut. de præſcrip. 30. anno.
in glo. quæ incipit. mala fide. & l. qui balneum. §. fin. ff. qui po.
8 in pig. ha. ¶ Tertiò quæro † an mala fides adminiſtratoris
noceat domino, vel econtra. dic vt l. in huiuſmodi. de contra
hen. empt. & l. procuratoris. ff. de inſtitu. actio. & l. qui fundũ
§. qui bona. & § procurator. ff. de pro. empt. ¶ Quartò quę-
9 ro. † pone, quòd actor habuit malam fidem: ſed ſucceſſor bo
nam. an pręſcribat, vel noceat ſibi mala fides auctoris in hæ-
rede vniuerſali videtur, ꝙ de iure ciuili mala fides ſibi noceat
Sed de æquitate canonica dicit Dyn. ꝙ ſi vult à ſe præſcriptio
nem inchoare poterit. de quo plenè in l. vitia. C. de acquiren.
poſſ. ff. pro empto. l. pro emptione. §. eius bona. l. Pomponius.
§. cum quis. & §. pręterea. cum ſequen. ff. eodem titu. facit. c.
10 cura. de iure patro. ¶ Quintò quæro. † Quid ſi non ſuperue-
nit mala fides: ſed furor. dicit, ꝙ dum eſt in furore, præſumi-
tur perdurare in bona fide, vel mala, prout erat ante furorẽ,
argu. ad hoc. ĩ. de baptiſ. c. maiores. ver. ſed adhuc quæritur.
11 & ff. de vſucap. l. nunquam. §. ſi vi. ¶ Sextò quæritur. † quid
de illo, qui errat: an dicatur bonæ fidei. dicas, ꝙ eſt error. iu-
12 ſtus: iuſtisſimum: & iniuſtus. ¶ Error iuſtus eſt, quando quis
errat in facto proprio, inductus perſuaſione aduerſarii, vt l. 1.
in fi. ff. quando. ac. de pec. eſt anna. l. doli. excep. in fi. cum ſua
13 glo. de noua. ¶ † Error iuſtisſimus eſt in facto alieno. Item
ex euidentia rei. quia erat pupillus, & apparebat maior ex a-
ſpectu: vel ex publica opi. viciniæ. inducitur error iuſtisſimus
vt l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hære. ¶ Et per
14 iſta Bar. conſuluit in tali quæſtione. † pater meus poſſedit rẽ.
10. annis, & deceſsit: ergo hæres eius alijs. 10. annis, & à poſ-
ſeſsione cecidi: non habeo inſtrumentum, vel teſtes, per quos
poſsim probare titulum poſſeſsionis. 20. annorum. non ſuffi-
cit ſine titulo. Item titulum pro ſuo nõ poſſum allegare: quia
ſuus videtur, l. nihil. C. pro hære. Bar. conſuluit, ꝙ allegato ti-
tulo, & probato per aliquã ex prædictis cauſis, & ſecuta poſ-
ſeſsione decem annorum ſufficit mihi. quod dic per Bar. in l.
Celſus. ff. de vſucap. Iuſtus autem error quo ad præſcriptionẽ
vel vſucapionem idẽ quod bona fides operatur. quod eſt ve-
rum in errore facti. ſecus in errore iuris, qui nõ nocet in vſuca
pione. vt l. nunquã. ff. de vſuca. ¶ Quid autẽ ſi erretur in iure,
& in facto ſimul. vtrum dicatur bonæ fidei: vel malæ fidei ar-
guit Dynus pro, & contra in dicta regula poſſeſſor. & conclu
dit quod reputetur bonæ fidei. & ꝙ poſsit præſcribere. & qđ
error facti cum errore iuris concurrens inducit bonæ fidei
præſumptionem. vt ff. pro donato. lege ſi vir vxori. & ibi ple-
15 nè per Bar. ¶ Septimò quæro, † quid in eo qui dubitat, an di
catur bonæ fidei, vel malæ. glo. dicit, ꝙ bonæ fidei. & habet iu
ſtam cauſam dubitandi. alibi dicit glo. ꝙ ille qui dubitat, nõ
dicitur habere bonam fidem, vel malam fidem. vt l. 3. §. gene
ra. in fi. ff. de acqu.. poſ. facit. l. manifeſtiſsimi. §. ſinautem du-
bius. C. de fur. l. fi. C. de cõdi. inde. ¶ Et prædictæ quæſtiones
omnes concernunt bonã fidem, quæ in præſcriptione requi-
ritur. Sed quia in præſcriptionibus de iure ciuili requiritur ẽt
titulus, vt ſ. dixi. ideo de titulo eſt videndum. ¶ Octauò ergo
16 quæro, † an in præſcriptione cuiuſcunque rei requiratur ti-
tulus etiam de iure canon. quia circa vſucapionem triennii ẽt
in rebus eccleſiæ nihil reperitur per ius canonicum immuta
tum: vt no. Dyn. in dicta regula poſſeſſor. in 2. columna, ꝙ te
ne menti. in præſcriptione aũt aliarum rerum an requiratur
titulus. dic, ꝙ in præſcriptione ſeruitutis titulus non requira-
tur. per l. ſi quis diuturno. ff. de ſer. vr. prę. imo. ff. ſerui. ven. ſed
in præſcribendo vſumfructum, vt ibi per eum. & per Cyn. in
17 l. 1. C. de ſerui. dic, vt in d. c. poſſeſſor. ¶ Nonò q̃ritur, † vtrũ
tit. putatiuus ſufficiat ad præſcri ptionẽ. dic, ꝙ ſic, vt l. quod
vulgo. ff. pro emp. & l. nunquã. §. ſi defunctus. ff. de vſuca. facit
l. ſi te. ff. ſi cer. pe. & l. non ſolum. §. quod vulgo. de vſuca. &
hoc de tit. breuiter ſufficiat remisſiſſe. Requiritur etiã in præ
ſcriptione continuata poſſeſsio, vt d. l. 1. §. hoc tantummodo.
18 C. de vſucap. transfor. ¶ Decimò quæro, † qualiter probetur
poſſeſsio cõtinuata. Spe. ponit in ti. de probat. §. 1. ver. ſi quæ
ritur qualiter. & dicit ꝙ ꝓbatur cõtinuata, probãdo ꝙ anno
quolibet recollegit fructus. vt l. Titia. ff. de ſolu. & de agri. &
cẽſi. l. litibus. l. 11. Alio modo probatur probãdo extremita-
tes, ſcilicet initiũ decẽnij, & ꝙ in fine poſsideo. ar. in l. pen. C.
de app. Bar. tñ dicit, ꝙ qui ſemel poſsidet cũ de ſuo cõmodo
tractatur ſemp præſumitur poſsidere. niſi cõtrariũ probetur.
ita no. in l. Celſus. de vſuca. & l. ſup lõgi tpis. per Cy. &c. ¶ Vl
19 terius quæro. † vtrũ ſufficiat ad præſcriptionem habere tit. ab
vno, & poſſeſsionẽ ab alio. dic vt l. cũ ſolus. eo. ti. & an debeat
fieri traditio reſpectu eiuſdẽ tituli. dic vt eo. tit. l. nunquam. §.
ſi defunctus. ff. de vſuca. & an debeat probari traditio vacuæ
poſſeſsionis. dic vt d. l. Celſus. per Bar. vbi plenè an debeat ꝓ
bari traditio poſſeſsionis, & facta ab eo qui habet titulum.





# De Sententia, & re iudicata.

*S V M M AE.*

1 *Res iudicata, an dicatur infra decem dies: infra quos poteſt apellari.*

DICTVM eſt. ſ. qualiter res acquirantur p
præſcriptionem. Videndum eſt qualiter ac-
quirãtur ciuiliter per ſentẽtias iudicum. vel
aliter expedito tractatu proceſſus iudicio-
rum ad ſententias quæ finem imponunt liti
bus veniamus, ſecundùm Goffr. habetur de
materia 2. q. 6. §. diffinitiua cum ver. ſe. 35. q. 9. per totũ. 5.
q. 4. in prin. 3. q. 9. per totum. 11. q. 2. quõ ſacerdos. cum 10.
c. ſeq. 30. q. vlt. is ita. reperitur in 6. & cle. ¶ Super hac rub. in
1 cidenter quæritur, † an res iudicata infra 10. dies infra quos
poteſt appellari. Doct. noſtri quòd nõ vt. ĩ. eo. c. quod ad cõ
ſultationem glo. iuris ciuilis contra in l. elegãter. §. ſi poſt. ff.
de condi. inde. Bar. dicit quòd non eſt diſcordia, niſi in equi-
uocatione. Si enim res iudicata ſumatur pro ſentẽtia, ſiue cau
ſa deciſa, tunc eſt cauſa deciſa incontinenti poſt ſententiam:
& ita loquitur. §. poſt. Si verò aſſumatur res iudicata perfectè
& irreuocabiliter, tunc verum dicunt Canoniſtę. quod dic p
a Bar. in l. 1. ff. eo. tit.[a]

ADDITIO.

a ¶ In l. 1. ff. eo. ti. Et vide Salic. eo. ti. ſuper rub.

*S V M M AE.*

1 *Sententia lata contra leges, eſt nulla ipſò iure, etiam in foro eccleſia-
ſtico. Et quid ſi feratur contra conſuetudinem nu. 2.*
3 *Lex ſi habet pluros intellectus, & feratur ſententia contra vnum in
tellectum, quid iuris?*
4 *Conuentus qui deſiit poſſidere rem ſuper qua conuenitur, an debeat
condemnari.*
5 *Sententia quæ lata eſt ſi ſit ipſò iure nulla, an poſſit iudex iterum pro
nuntiare.*
6 *Sententia, ſi eſt lata, & fuit ab ea appellatum, an per appellationem
efficiatur aliqua.*

1 SEntentia. Breue eſt: & ideo non ſummatur.
Primò no. † quòd etiam in foro
Eccleſiaſtico ſententia lata contra leges eſt etiam nulla
ipſo iure. ¶ Opponitur, & videtur, quòd valeat ſententia con
tra leges: vt. ff. eo. l. cum prolatis. Sol. no. in l. 2. C. quando pro
uo. non eſt ne. vbi diſtinguitur an error iuris ſit expreſſus in
ſententia, vel non: vel dic, quòd l. cum prolatis, loquitur quã
do ſentia fertur contra. l. extrauag. ſecus ſi contra l. redactã
in corpore iuris. facit quod no. Cy. in l. 1. C. đ erro. cal. vbi qd
iuris, ſi ſententia non continet expreſſum errorem iuris, ſed
tacitum. ¶ Et aduerte, quia tex. loquitur. cum fertur ſenten-
2 tia contra leges, vel Canones. † quid ergo ſi feratur cõtra cõ-
ſuetudinem. tenet Ia. de Ra. quòd valet ſentẽtia: quia conſue
tudo conſiſtit in facto: & ſic poteſt probabilius ignorare quã
a l. vt c. 1. de conſti. li. 6. & ita no. in d. l. 2.[a] C. quãdo prouoc. nõ
3 eſt ne. per Cy. vbi etiam no. † quid iuris, quãdo lex habet plu
res intellectus, & feratur ſententia contra vnum intellectum,
an valeat, dicit quòd non, ſi feratur ſentẽtia cõtra intellectũ
approbatum per conſuetudinem. ſecus ſi de eo dubitetur, vt
l. in lege. ff. de contrahen. emp. Io. An. poſt Hoſti. ponit longã
glo. obſcuram, & cõfuſam, quam per quæſtiones ordino hoc
4 modo. ¶ Primò ergo quæritur, † an conuentus, qui deſijt poſ
ſidere rem ſuper qua conuenitur, debeat condemnari, in qua
quæſtione dic, quòd aut quis cõuenitur actione perſonali ad
rem, aut actione reali. ¶ Primò caſu, aut deſijt poſsidere, q̃a
res perijt, aut perijt poſt moram, & tenetur vt l. ſi ſeruum. §.
vlti. ff. de ver. obli. & l. in re furtiua. ff. de condi. fur. aut perijt
ante moram. & tunc aut perijt ſine facto tertij, & liberatur
debitor. vt l. quam te. ff. ſi certum peta. & l. ſi ex legati cauſa.
ff. de verbo. oblig. an autem teneatur ad id, quod ſupereſt de
re perempta, vt ad coriũ. & ad carnes dic: vt l. ſi furtiuus ſer-
uus. §. boue. ff. de condi. furti. & l. mortuo. ff. de leg. 2. aut pe-
rijt cum facto tertij, quia ipſam interfecit: & tunc an debitor
debeat cedere creditori actio. l. quil. dic per Bar. in l. ſtichus
certa dic. ff. de verb. ob. Secundò caſu quando tranſtulit in al
terum rem, ad quam tenebatur actione perſonali: dic vt l. ſi
eum ſeruum. ff. ſi cer. pe. Tertiò caſu quando debitor perdi-
dit poſſeſsionem per factum tertij, an ſit liberatus: poſſet di-
ci, quòd liberetur cedendo actionem contra illum tertium:
qđ dic, vt d. l. ſi ſtichum. & l. arbitrio. §. vlti. ff. de dolo. ¶ Secũ
dò caſu principali quando quis conuenitur actione reali ad
rem quam deſijt poſſidere, diſtingue. nam aut deſijt poſside
re ante litem motam, aut poſt. ſi ante, & animo mutandi iu-
dicium: & tenetur ex illo edicto. de alie. iudi. mu. cauſa fa. C.
& ff. Si verò deſijt poſsidere bona fide, & non tenetur: vt l. ſi
autem. ff. de rei ven. & l. is qui ſe obtulit eo. tit. ¶ Quandoque
quis deſijt poſsidere poſt litem motam, ꝙ tũc aut deſijt poſſi
dere dolo: quia occidit, vel tranſtulit in alterum, & tenet per
inde ac ſi poſsideret iuxta no. in regula pro poſſeſſore. đ reg.
iur. li. 6. per Dyn. &. ſ. de iudi. quia V. vbi plenè dixi an ex ea
dem inſtantia fiat condemnatio. quandoque deſijt poſsidere
ſine dolo: quia fortè lite pẽdẽte fuit deiectus, aut res perijt,
& tunc aut erat malè fidei poſſeſſor; & tunc debet condem-
nari ac ſi poſsideret: quia perijt periculo ſuo: aut erat poſſeſ-
ſor bonæ fidei. & tunc aut quæris vtrum debeat condemnari
ad rem ipſam, aut quæris an debeat condemnari ex acceſſo
rijs ipſius rei, vt ad fructus, & ſimilia: vel ad illa quæ eius oc-
caſiõe prouenire poſſunt puta acti. l. Aquil. vi boñ. rap. furti.
vel alia acti. quæ competit dictæ rei occaſiõe: Primò caſu an
debeat condemnari ad rem ipſam, dicunt quidam quòd nõ:
ſed debet abſolui præſtita cautione de re reſtituẽda, ſi ad eũ
peruenerit. ff. eo. ti. ſi verò alij dicunt, quòd debet condem-
nari quando rem habuerit, vel pronuntiabit rem eſſe acto-
ris. Alij dicunt, quòd non feretur ſentẽtia quãdo ſubeſt ſpes,
quòd reus poſsit recuperare poſſeſsionem, & ſic habeat fa-
cultatem tradendi. & iſtos tres modos ponit hic Io. An. facit
quòd no. in l. ſi à te. in prin. §. ſi quis fundum. ff. de excep. rei
iu. & de hoc in Spec. de interro. §. 11. ver. quia ſæpè. ¶ Alio
verò caſu dum quæris, vtrum debeat condemnari ad fructus
dic vt ſubtiliter no. in l. ſi verberatum. §. vlt. ff. de rei ven. vbi
etiam glo. ponit formam ſententiæ quãdo reus ſine dolo đ-
ſijt poſsidere. Si verò quæris, an reus teneatur ad illa quæ ꝓ-
ueniebant occaſione dictæ rei, vt erat fortè actio. l. Aquil. vel
interdum vnde vi. furti vel ſimili. Et arguit Innoc. quòd has
actiones prouenientes occaſione rei reus cedere teneatur. ff.
de rei vendi. l. Iulianus. cum tribus l. ſeq. & de pign. act. ſi pi-
gnore. & de edil. edic. bouem. § ſi quis ſeruum. arg. contra de
peti. hære. vtrum autem. & verb. ſe. ff. loca. qui rem. & C. đ fur.
manifeſtiſsimi. §. penult. ¶ Sol. vt hic in nouella, & plenius p
Bart. in l. prætor. ait. § quod de fructibus. ff. de bo. aut. iu. poſ.
vbi plenè quando quis conſequitur pœnam rei meæ: an de-
beat mihi ſimul reſtituere cum dicta re ibi videas: & de hac
materia remittit Hoſt. de dolo. ſub rub. de contumacia §. qua
pœna afficiatur contumax ſub. §. punitur etiam contumax,
& doloſus. & ſe. & de intereſſe plenè no. in ſumma. e. ti. de ſen
tentia. §. quis ſit effectus ſub. §. ſed quia: & ſpeciales rubricas
5 habes de his in Spec. in fi. 2. partis. Secundò quæritur. † ſi ſen-
tentia quę lata eſt ſit ipſo iure nulla, quia lata contra leges,
vel canones: vt in tex. an poſsit idem iudex iterum pronuntia
re hoc tangit Io. An poſt Inno. minus plenè. dic ergo, quòd
aut ſententia eſt nulla ipſo iure propter turpitudinem iudica
tis, quia lata per corruptelam: & tunc ſiue ſit ordinarius, ſiue
delegatus nõ cognoſcit, ſed ſuperior: vt l. abſentem. C. de ac-
cu. quandoque eſt nulla ipſo iure alia ratione: & tunc aut ille

qui cognouit errat,& iterum ipſe cognoſcet vt l. 1. C. de ſen-
ten.& l.ſi accuſationibus.C.de accu.non tamen eo quin poſ-
ſit ſuperior ipſius pronuntiantis ſuper nullitate adiri : quod
dic per Bar.in l. 1.ff. quæ ſenten.ſine appe.reſcin.& l.iudex.ff.
eod.tit. Aut erat delegatus , & tunc aut erat ſibi commiſſum
aliquid in facto cõſiſtens. puta quod Titio prouideret de ali
quo beneficio:aut aliquid conſiſtens in iure , puta vt cauſam
inter talem,& talem vertentem audiat,& decidat.Primò ca-
ſu ſi prouiſio facta non tenuit : quia facta fortè de beneficio
non vacante:& tunc aut nõ vacabit de iure,& poterit de alio
prouidere quando probabiliter errauit.Si verò vacabat de iu
re,& non de facto,nõ poterit de alio prouidere, ſed imputet
ſibi qui ius ſuum non defendit,& idem ſi iudex delegatus er
rauit in iure ſecundùm Hoſti.qui remittit ad no. ſupra de of
fi.dele.ſignificaſti.Si autem eſt delegata cauſæ cognitio : tunc
ſiue benè,ſiue malè tũc functus eſt officio ſuo:& hęc no.Inn.
ſupra de offi.delega.ex literis.illi autem quibus committitur
certum miniſterium,puta vt eligant, vel aliquid aliud faciãt:
ſi id quòd geſſerunt non habuit effectum, an poterint itera-
to facere.dic vt ſupra de elec. cauſam. & l.ſerui electione. ff.
6 de leg. 1.¶ Tertiò quæritur,† pone quod ſententia eſt lata, &
fuit ab ea appellatũ, an per appellationem efficiatur aliqua.
dicit glo.quòd non,quando à principio eſt nulla : quia eſt de
fectus in iuriſdictione, ſecus vbi non eſt in iuriſdictione defe
ctus:de qua quæſtione dic,vt in Spe.de ſen.prola.§.iuxta ꝓ-
poſitionis ſerien.ver.quid ſi ſententia.& ver.ſe.vbi non, quid
iuris ſi ſnĩa nulla[a] eſt cõfirmata per iudicem appellationis:
de quo infra de confir.vti.vel inu.c.1. & quid iuris ſi appellãs
nõ proſequitur appellationem interpoſitam à ſententia nul-
la:dic vt l.ſi expresſim.ff.de appel. vbi plenè per Bart. Et 9.
modos quibus ſententia dicitur nulla. ſ.ratione iudicis litiga
toris,loci,quantitatis, temporis,proceſſus, modi, manifeſtè
iniquitatis,& conditionis, enumerat Spe.in d.§.iuxta propo
ſitionis ſeriem.

ADDITIO.

a ¶ In d.l.2.Et ibi Salice.in fi.

SVMMAE.

1 *Celeritas commendatur in ſententiis ferendis.*

1 IVrgantium. Non ſummatur , quia breue
eſt.Primò not. † quòd in ſen-
tẽtiis ferendis cõmendatur , quandoq; reprobatur : de
quo in glo.& plenè pro , & contra in c.vlti. de elec.li. 6.facit
Cle.ſæpè.de verbo.ſigni.ibi non ſic tamen.

SVMMAE.

1 *Epiſcoporum numerus quantus eſſe debeat, quando aliquis ſubmoue
tur à ſacerdotali ordine.*

1 NOn poteſt. Non ſummatur, qa bre
ue eſt .Primò no.† quòd
à ſacerdotali ordine nullus ſubmouetur niſi adſit
numerus Ep̃orum. de quo in gl. quam intelligo quo ad nume
rum Ep̃orum trium præter proprium Ep̃m: de quo in Spec.
de accu.§.4.in prin.& in fi.& ſi non ſunt tot ep̃i in prouincia,
vocabuntur vicini.3.q.6.ſuggeſtio. ¶ Quærit gl. an debeãt
omnes concordare,an ſufficiat quòd maior pars: videtur qđ
omnes,per illud verbum concors ſacerdotũ &c. contrarium
tenet gl.niſi in cã Ep̃i,in qua debent omnes concordare, qui
bus per Papam cauſa eſt commiſſa : quia aliter non poſſent
condemnare.2.q.4.nullam.nec etiam abſoluere. licet Hu.cõ
tra 12.q.2.pręceptis.3.q. 6.accuſatus. & quando Papa dele-
gat cauſam , videtur ꝙ debitus numerus debeat interuenire.
vt no.3.q. 8.in fi.ſummæ.

SVMMAE.

1 *Sententia quæ eſt aliqua confirmatur per Papam: & quid importet
illa confirmatio.*

1 EA quę iuxta. Non ſummatur , quia
breue eſt . ¶ Primò
† no.quòd ſentẽtia quæ eſt aliqua per Papam, con-
firmatur,quam autem vtilitatem ex iſta confirmatione , ſeq
tur ille pro quo ſñia lata eſt poſtquam eſt de ſe valida, glo.tã
git & ſubtilius per Doc.poſt Inno.infra de cõfir.vti c.1.& 2.

SVMMAE.

1 *Executio ſententiæ,an retardetur, ſiue ſuſpendatur per obiectum ex
ceptionis.*
2 *Exceptio nullitatis falſi, & ſimiles , an impediant executionem ſen-
tentiæ.*
3 *Papa confirmauit aliquem in prælatum procurantem confirmationẽ
aliquo ſuo familiari pecunia corrupto taliter confirmatus,an pote
rit accuſari de ſimonia coram ſuo metropolitano.*
4 *Epiſcopus,vel alius,an poſſit cognoſcere contra Bertam, quæ dicitur
adulterium commiſiſſe cum Papa.*

DE cætero. Merus executor ſententiæ
corã quo excipitur de frau
de,de fraude non cognoſcit, ſed remittit.h.d.nõ
diuiditur.Tangit Io.An.tria puncta , ſiue qõnes ſuper illo.c.
1 ¶ Primò quæro hic innuit iſte tex. † ꝙ executio ſñię retarda
tur,ſiue ſuſpẽditur per obiectum exceptionis: quæro ergo an
hoc ſit verum.dicit Gof.quod talis ſñiæ executor Papæ , ſiue
alterius merus,vel mixtus ſi ſibi videbitur non obſtante ex-
ceptione exequetur:aliàs dicet ſe exequi nõ poſſe.ar.s̃. de of
fi.dele.c.ſignificãtibus.Alij diſtinguunt inter executionẽ me
ram appellant qñ ille cui cõmittitur nõ habet cognitionẽ ad
mixtam:puta qa eſt nuntius cõis. & tunc contra executionẽ
non debet aliquam exceptionẽ admittere. mixtus aũt execu
tor admittere tenetur.¶ Ex his dictis,& aliis per eum nõ põt
percipi clara doctrina.In iſta qõne Bar.dicit,quòd quãdoq;
mandatur executio nulla præcedente cognitione:puta qa Pa
pa ſcribit:cõqueſtus eſt nobis talis , ꝙ fuit tali poſſeſſione in
debitè ſpoliatus:quare ſi verum eſt,cõmittimus tibi vt eũ re
ſtitui facias:& tunc videtur commiſſum,vt cognoſcat de veri
tate pręcum. & ita loquitur. s̃. & ſi non cognitio canonizata.
25.q.2.Qñq; eſt prius cognitum de cauſa.ſed lex committit
executionem alicui propter defectum iuriſdictionis pronun
tiãtis:quia fuit arbiter,vel delegatus ab alio,q̃ à Papa: & tũc
5 nullum. facit. l. ſolam. C. de teſti. ¶ Quintò not. † iudex non te
netur exprimere cauſam in ſententia: & hoc regulariter. fal-
6 lit † in cauſa appellationis, vt j̄. eo. cum Bertoldus. Item vbi
pars abſoluitur propter ineptam petitionem, vt s̄. de iud. c.
examinata. vel vbi abſoluitur: quia inſtantia eſt perempta, vt
C. de iudi. properandum. §. illo. vbi per Cy. Item in caſu vbi
abſoluit condemnatum ab expen. vt in Aut. de iudic. §. opor
tet ver. illo. Item vbi ſententia poteſt ſe habere ad famam, &
infamiam cōdemnati, vt l. 3. §. in nomine. ff. de his qui no. in-
7 fa. & l. hæc enim. ff. de ſuſpec. tuto. ¶ Quærit Ioan. An. † an ſit
vtile, vel damnoſum exprimere cauſam in ſententia tex. non
exprimit: ſed dicit, ꝙ nō eſt moris in pleriſque locis exprime
re. Io. An. dicit, ꝙ eſt fatuum exprimere cauſam: quia facilè
poſſet malam cauſam exprimere, & bonam ſubticere, & ſic
ſententia nō valeret. j̄. de cōceſ. pręben. ex parte. & ff. de ex-
cu. tu. l. qui teſtamento. & s̄. de reſti. in inte. c. tum ex literis. §.
nos igitur. & hoc eſt verū nedum in diffinitiua, ſed in interlo-
cutoria, arg. s̄. de offi. dele. cum ſuper. & ſic refert Hoſti. iu-
dicatum per dominū Clementē. ſuper quo articulo latius ſic
a diſtingue. qn̄que fertur ſn̄ia ex falſa cauſa[a] allegata à parte.
qn̄que ex falſa cauſa allegata à iudice. quādoque ex cauſa in
8 mente retenta. † Primò caſu aut fuit allegata cauſa falſa circa
ſubſtantiam iudiciorum, vt quia dixit litem conteſtatā, cū nō
eſſet, & ſimilia, & ſentētia eſt ipſo iure nulla, vt ff. de fal. l. ſi qs
ōbrepſerit. aut fuit allegata falſa cauſa circa iuſtitiā partis, vt
quia dixit pactum factum ſolutioni, & ſimilia: & tunc aut ſen
tentia lata eſt contra minorē, & eſt ipſo iure nulla, vt C. ſi ex
fal. alleg. l. 1. aut cōtra maiorem. & tunc aut illa allegatio fuit
facta dolo partis, aut abſque dolo. primò caſu ſi ſentētia fuit
lata contra abſentem, & eſt ipſo iure nulla. Si contra præſen-
tē eſt aliqua, ſed per reſtitutionem reſcinditur, vt l. ſi prætor.
§. Marcellus. ff. de iudi. Si verò abſque dolo tunc ſententiā eſt
aliqua, ſed ope reſtitutionis reſcinditur. Et iſtis duobus vlti-
mis caſibus loquitur titulus. C. ſi ex falſ. inſtru. & ff. de re iud.
l. diuus. ¶ Et aduertendum, quòd prædicta ſunt vera in ſen-
9 tentia ſecus in decreto: † quia illud interpoſitum ex falſa cau
ſa reſpectu agentis indiſtinctè eſt ipſo iure nullum, vt l. cū ve-
rò. §. ſubuentum. de fideicom. lib. & l. inſtè. de acqui. poſ. per
Bar. Secundò caſu principali, qn̄ falſa cauſa fuit à iudice ex-
preſſa in ſententia, & tūc aut falſa in facto, & in iure, vel in iu-
re tantùm, & ſententia eſt ipſo iure nulla: quia continet ex-
preſſum errorem, vt l. qui teſtamento. ff. de excu. tu. & qn̄ pro
uoc. nō eſt neceſ. l. 2. & l. ſi expreſsim. ff. de appel. Aut fuit fal
ſa in facto tantum, ſed non in iure. puta dixit: quia comperi-
mus talē ſoluiſſe. & ideo abſoluimus, cum de ſolutione nō ap
pareat in actis: tūc ſententia valet. ſed ope reſtitutionis reſcin
ditur, vt l. præſes. de re iudi. Et ita poteſt intelligi glo. in l. ſi is
ad quem. de acqui. hære. quæ dicit, ꝙ nō valet in effectu: quaſi
innuat ꝙ peti debeat reſtitutio eſt contra talem ſententiam.
¶ Aduertēdum tn̄, ꝙ ſi iudex debuiſſet ex alia vera cauſa idē
ſententiare, propter illam veram cauſam quam in mente re-
tinuit, puta propter pecuniam, vel gratiam ſententiam tulit,
dic, vt l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Treb. & s̄. de excep.
c. cum venerabilis. Iſta eſt diſtinctio Bar. in d. l. ſi is ad quem.
de acqui. hæredi. Et circa falſam cauſam expreſſam in ſenten
tia, dic, vt no. Inno. in c. in præſentia. de renunc. & c. ex parte.
de offi. archi. & quod ipſe no. j̄. eo. c. cum Bertoldus. ſecundò
tangit Ioan. An. an ſolemnitas præſumatur, & poſsit probari
in cōtrarium, dic vt j̄. de eo qui fur. or. ſuſce. c. innotuit. per In-
noc. & s̄. de proba. c. quoniam contra falſam: & quod no. in
l. iure gen. §. ꝙ ferè. ff. de pac. & plenè per Bar. in l. ſciendum.
de verb. oblig. Et quia in iſto c. tangitur de falſa cauſa adie-
cta in ſententia. Quid de falſa cauſa adiecta in alia diſpoſi-
tione. dic vt no. j̄. de affi. & conſan. c. quia circa.

ADDITIO.

a ¶ Ex falſa cauſa. Vide Ang. & Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. ob.
& l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſ. Inno. in c. cum Bertoldus. infra. eo.

SVMMAE.

1 *Sententia lata contra reum appellantem, ſi nil doceat contra eam; confirmatur.*
2 *Tertia perſona veniens poſt ſententiam contra alium latam, poteſt appellare pro ſuo intereſſe.*
3 *Sententia poteſt eſſe valida, & firma quò ad vnum, & quò ad aliū in ſuſpenſo.*
4 *Tertius appellans à diffinitiua debet exprimere cauſam, & ſufficit ſibi deſtinare nuncium ad appellationem proſequendam.*
5 *Poſſeſſor perdit poſſesſionem, ſi fit executio contra detentorem eiuſdem rei.*
6 *Tertius veniens pro iure ſuo poſt latam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non potes impedire ipſius executionem; & nu. 13. Et quid ſi comparet, vt actorem remoueat. nu. 12.*
7 *Sententia lata contra alterum, non præiudicat alteri, etiã ſcienti cauſam illam motam.*
8 *Condemnatus de furto, vel publico crimine tanquam infamis à teſtimonio, & à iudicato repellitur in quacũque cauſa, & cum quocunque alio agatur.*
9 *Victor ſi prior velit ſuſcipere defenſionem, præferendus eſt illi, qui tũc de nouo cœpit eam mouere.*
10 *Comparens in iudicio, vt aſsiſtat reo, quid operetur.*
11 *Interueniens poſt publicas atteſtationes cum principali, an poſsit ſuper eiſdem articulis, aut ſuper diuerſis, ſicut poſſet, vel non poſſet ipſe principalis.*
14 *Libertus vel ſeruus meus ſi conueniatur, & vendicatur ab alio me ſciente, an ſententia contra eum lata mihi præiudicet.*
15 *Sententia lata cõtra eum qui detinet mandatur executioni, nõ obſtante contradictione veri poſſeſſoris, qui ſciuit talem cauſam agi.*

1 CVm ſuper. † Confirmatur ſententia
lata contra reum appellã
tem, ſi nil docet cõtra eam: differtur tamen ipſius
executio, ſi tertius de ſuo docet intereſſe. hoc dicit. ¶ Et pri-
ma pars deciſa narrat factum quo ad reum principalem. ſe-
cundò ſententiam confirmat: ibi [ cum ex parte. ] tertio quo
ad tertium appellantem committit cauſam executionis fien
2 dę, vel non ibi [ mandamus ] ¶ Primò no. ꝙ † tertia perſona
veniens poſt ſententiam contra aliam latam, poteſt appella-
re pro ſuo intereſſe. In hac enim Decre. tam monaſterium, q̃
epiſcopus appellauit ad Papam. & primò expeditur appel.
mona. ſecũdò appellatio epiſcopi, ſecundum Hoſti. ¶ Secũ
3 dò not. † ꝙ quò ad vnum ſententia eſt valida, & firma: quo
ad alium eſt in ſuſpenſo. concor. in ſimili. C. de teſta. l. hac cõ
ſultiſsima. §. ex imꝑfecto. & l. ſi duobus. de inoffi. teſta. ¶ Ter
4 tiò no. † ꝙ tertius appellans à diffinitiua dẽt exprimere cau
ſam, & ſufficit ſibi deſtinare nuncium ad appellationem pro
ſequendã. ex quo dicit Hoſt. apertè colligi, quòd ſufficit ap-
pellanti infra tempus legitimũ mittere ad curiam Nuncium,
etiam ſi non fuerit conteſtatus litem, nec obtulerit libellum,
nec ſe iudici præſentauerit. Sola enim Nuncii miſsio facit ip
ſum audiri lapſo tempore appellationis proſequendæ. ad idẽ
ĩ. de app. c. ſignificãte. nõ obſt. Auth. ei qui. C. de tẽp. app. &
in corpore: vñde ſumit, quia benignus in hoc agunt canones,
quã leges. Alii aliter dicũt, & melius, vt dicã in c. ex ratione.
5 ĩ. titu. 1. ¶ Quartò no. † ꝙ poſſeſſor perdit poſſesſionẽ ſi fit
executio contra detentorem eiuſdem rei; facta enim execu-
tione contra hoc monaſterium fuiſſet præiudicium genera-
tum epiſcopo Oueten. ſi circa poſſesſionem, vt hic. ibi [ nec
6 circa poſſesſionem Oueten. &c. ] ¶ Quintò no. † ꝙ tertius
veniens pro iure ſuo poſt latam ſententiam, quæ tranſiuit in
rem iudicatam, non poteſt impedire ipſius executionem: vt
7 in ver. alioqui. ¶ Sextò. no. † ꝙ ſententia lata contra alterum
non præiudicat alteri, etiam ſcienti cauſam illam motam: &
hanc regulam, ſcilicet quòd res inter alios acta aliis non præ
iudicet, exponit Ioan. An. Alii ſcilicet ignorantibus, qui non
ratione poteſtatis, ſocietatis, contractus, vel officij, vel procu
ratoris agentis ſint aſtricti, aliàs contra. ff. de iureiu. ſi duo. §.
ſi qs iurauerit, & l. ſeruus. & l. ſeq. & l. ſed & ſi ſeruus. & l. duo-
bus. Iſtis enim, & vtriſque illorum qui agunt inter ſe in vna
cauſa, vel ſi cum alio agant, vel agat alter eorum, nocet ſentẽ
8 tia. † nam condemnatus de furto, vel publico crimine, tãquã
infamis à teſtimonio, & à iudicato repellitur in quacũq; cau
ſa, & cum quocunque alio agatur. 3. q. 7. c. 1. 2. & 3. & de te-
ſtib. c. teſtimonium. & hoc verum eſt in his, quæ conſecutiua
ſunt priorum ſententiarum, vel aliorum actuum. In alia autẽ
cauſa non præiudicat, vt ſi conuentus ciuiliter ſuper crimine
condemnetur, non nocebit ſibi ſententia in criminali, vt C.
qñ ciuilis actio. l. 1. ¶ Venio appoſitiones, dicitur hic, ꝙ ter
tius veniens impedit executionẽ ſentẽtiæ latæ contra alium.
contra aliũ. cõtra de l. is à quo. ff. de rei vend. vbi non obſtã.
contradictione tertii mandatur ſententia executioni, præſti-
ta cautione de ſeruando reum indemnem. ¶ Sol. ibi non in-
tererat tertiæ perſonæ ſententiam exequi, nec quo ad cau-
ſam, nec quo ad poſſesſionem, quia ibi non poſsidebat ter-
tius, hic autem epiſcopus Oueten. prætendebat ſe poſsidere,
nec etiam quò ad proprietatem fit ſibi præiudicium, vt hic
in fine. & his rationibus ibi tertius impedire non poteſt exe-
cutionem. & ſi dicatur poteſt intereſſe quantum ad inſtan. iu-
dici, quia ſi poſſeſſor alteri condemnatus rem reſtituit, vide
tur ꝙ debet ab altero petitore abſolui cum ſine dolo deſinat
poſsidere, vt dixi. s̃. c. 1. dico, quòd ratione dicti intereſſe. l. il-
la. is à quo. prouidit de prædicto remedio cautionis prẹſtan
de: de qua hic tractat Inno. qui tangit etiam circa hoc ſi reus
condemnatur ambobus, ſcilicet primo & ſecundo: antequã
à primo prædicta præſtetur cautio. hic vide per eum, qui di-
9 cit, † ꝙ ſi prior victor velit ſuſcipere defenſionẽ, præferẽdus
eſt illi, qui tunc de nouo cœpit eam mouere: poteſt etiam ap
pellare ſi ſentiat, quòd feratur ſnĩa cõtra eum à quo habuit
poſſeſsionẽ. Si verò nõ appellauit reus conuictus, cedit actio
nem, quam habet contra primum victorem vigore ſatiſdatio
nis receptæ. & ſi poſt ceſsionẽ velit ille, qui vicit probare, de
iure ſuo nõ audietur. Illa ergo cautio ſuccedit loco ipſius rei,
& ſicut ſi ſuper re fieret executio, nõ admitteretur exceptio,
ita neque contra executionem illius cautionis contra primũ
victorem. ¶ Duobus ergo cõcurrẽtibus diuerſis temporibus
ſuper rei ven. eiuſdem rei: vnus proceſſus non impeditur per
alium, etiam ad fidem productum, ſed quodam nouo reme-
dio effectus ſententiæ contra reum latæ extẽditur ad victorẽ
primum. ¶ Incidenter circa hoc quærit Gof. pone ꝙ abbas
in ꝓpria pſona defendebat cõtra vnum: exinde & cõtra aliũ
in alio iudicio defendebat p ſindicũ, & eodẽ die, & hora vin-
cit vterq; eps, cui obediet abbas. Reſpondet, ꝙ ei qui melius
probauerit. s̃. de proba. l. licet. vel erit locus gratificationi, de
iurepatr. cũ aũt. cum concor. Vel vterq; aliũ impediet ex cõ-
curſu. ff. de vſufru. l. quoties. cum neutri obediant, donec inter
ſe agãt cõfeſſoria, vel alia occaſione, vt ſic appareat qs ſit po
tior in iure ſubiectionis. ¶ Secundò opponitur de l. à diuo
Pio. ff. de re iudi. vbi dicitur, ꝙ tertius indiſtinctè impedit exe
cutionem ſententiæ. hic diſtinguitur appellauerit, vel nõ ap-
pallauerit, quare malè. ¶ Sol. dicit Inn. ꝙ qñque petitur ſiue
fit miſsio in re petita, & tunc diſtinguitur ſuper re vacante,
vel non vacante fiat executio, vt dixi. s̃. de teſtibus. c. veniens.
Quandoq; fit executio in re non petita: & tunc loquitur con
trarium, vbi vide rationem diuerſitatis. & hic per Hoſt. ¶ Ter
tiò opponit, & videtur, ꝙ tertius. i. Epiſcopus Oueten. q non
aſtitit liti nõ audiatur, ſed præiudicet ſibi ſentẽtia contra mo
na. lata, vt l. ſępe. ff. eo. titu. vbi dicitur, ꝙ ſi ſeruus, vel libertus
meus pronuncietur alterius (me ſciente) fit mihi præiudiciũ.
¶ Sol. aut ille tertius appellauit à ſententia lata contra illum,
in quem



in quem ius prætendit, & ſibi non preiudicat; vt hic. aut non
appellauit, & tunc aut ignorauit cauſam illam agi. & idẽ quia
non præiudicat ſibi in proprietate, vel poſſeſsione, & veniens
etiam poſt ſententiam impedit executionẽ, aut ſciuit iſte ter
tius cauſam agi: & tunc ſententia lata contra eum, in quẽ ius
prętendit, præiudicat ſibi, vt nõ poſsit executio impediri, ſed
non quò ad proprietatem, niſi aſtitiſſet in cauſa pro iure ſuo.
& ita Inno. in gloſ. quæ incipit. ſi epiſcopus. ¶ Quartò opp. &
videtur, ꝙ hic Papa immiſceat contraria, dum mandat ſenten
tiam firmam eſſe quo ad monaſterium, & ſortiri effectũ ſuũ;
quo ad epiſcopum autem appellantem mãdat executione ſu
perſedi. Sed contra, quia cũ executio ſit facti, non põt contra
monaſterium exequi, quin exequatur etiam cõtra epiſcopũ,
cum actus executionis ſit indiuiduus: quia cõcernit eandem
rem, & fit reſpectu eiuſdem rei. ¶ Sol. text. non dicit, ꝙ con-
tra monaſterium exequatur, ſeu debeat exequi ſententia. ſed
confirmatur quo ad monaſterium, & ſuſpenditur executio,
ſcilicet ne alteri ſcilicet epiſcopo Oueten. noceat, ſimile dici-
mus in muliere prægnante damnata ad mortem: quia donec
pariat ſuſpenditur executio propter partum, licèt quo ad ip-
ſam ſententia remaneat valida, vt. ff. de ſtat. ho. l. Imperator.
¶ Quintò oppo. dicitur hic, ꝙ epiſcopus Oueten. appellauit,
& ideo ſuſpenditur executio ſententię. Sed contra hoc oppo-
nitur, & videtur ꝙ fruſtra iſte epiſcopus proſequatur cauſam
appellationis, cum enim non fuerit lis conteſta. cum eo in
prin. cauſæ nõ videtur, ꝙ in hac cauſa appellationis poſsit ſen
tentia ferri, quæ non valet niſi lite conte. de quo dic, vt. s̃. de li
tis conteſt. c. vno. ¶ Item quomodo poteſt eſſe, ꝙ ſententia
contra monaſterium lata, & confirmata per Papam, & quæ
tranſiuit im rem iudicatam, reuocetur per appellationem
Oueten. epiſcopi, vel alterius cuiuſcunque? Solutio, iſta contra
ria ſentit Inno. in glo. quęritur quomodo agitur. in prin. & in
ver. Sed contra prædicta &c. dicit glo. per conſequentiam hu
ius appellationis non fertur ſentẽtia ſuper principali: ſed hoc
tantùm pronunciatur, ꝙ per ipſam ſententiam non fiat præ-
iudicium ipſi epiſcopo Oueten. nec dictus epiſcopus debet
petere, ꝙ ipſa ſententia recitetur, ſed debet petere, ꝙ cũ poſ
ſideat iura, alij ſcilicet epiſcopo Oueten. adiudicata, pronun-
ciat iudex, ꝙ per illam ſententiam non fiat ſibi præiudicium,
& detineat, ꝙ executio ſententię nõ ſit facienda in iuribus ab
eo poſſeſsis. ¶ Aliam tñ formam pronunciandi ponit Inn. in
glo. ſemper. dicit enim, ꝙ iudex debet dicere abſoluimus ab
impetitione epiſcopi Oueten. & latam ſentẽtiam pro ipſo re
uocamus. Et iſta forma eſt bona ſecũdùm eũ, quãdo fieret ſi
bi plenum præiudicium ex prima ſententia, ꝙ eſt quando ad
eum primo loco pertinet defenſio, vt in caſibus no. ĩ. eo. c.
pe. ¶ Si verò non fit præiudicium, niſi quo ad præſumptio-
nem: tunc debet pronunciare ſententiam pro epiſcopo Oue-
ten. arg. ff. de app. l. à ſententia. 1. reſponſo. & §. idem rñdit.
¶ Sed reſpectu formæ ſupradictæ, ſecundum quam ſententia
pro Oueten. epiſcopo lata ſtat contrarium, quomodo ſine li-
tis conteſt. aliqua valebit iſta ſententia reuocatoria primæ,
quæ tranſiuit in rem iudi. poteſt dici, ꝙ litis conteſt. & proceſ
ſus primus habitus cũ monaſterio proſit huic epiſcopo Oue
ten. ratione proprij intereſſe: nam poſtq̃ adeſt cauſæ, & iura
volunt dicto caſu, ꝙ noceat proceſſus cum eo principali ha-
bitus: ergo prodeſſe debebit, & non ſolùm ſibi, ſed ipſi reo ẽt
condemnato, qui per appellationẽ huiuſmodi epiſcopi Oue-
ten. habebit quod per ſe habere non poterat: quia propter ap
pellationem ab eo emiſſam, cuius intereſt, abſoluet eum, arg.
ff. quemad. ſerui. amit. l. ſi cõmunẽ. & de lib. leg. l. ſi quis reũ.
mirabile eſt ergo, ꝙ ſententia quę tranſiuit in rem iudicatam
quo ad principale propter appellationem tertij reſcindatur
per iudicem appellationis ſine nouo proceſſu. Sed tantum-
modo ex proceſſu iam finito quo ad principale, & alibi hoc
contingit, ꝙ perit ſententia pro parte, & pro parte durat, vt l.
ſi conſt. ante. §. vlti. ff. ſo. ma. & hoc quod dixi, videlicet, ꝙ no-
ceat ſententia lata contra monaſteriũ epiſcopo Oueten. quia
ius quod vendicabatur à monaſterio prætendebat ad ſe ſpe-
ctare. Si autẽ reſpectu altetius intereſſe quis aſsiſtit ad auxi-
liandum reo: vel alteri. videtur dicere Io. And. ſuper glo. 2. ad
fi. ꝙ talis qui aſsiſtit poterit ſuo nomine iudicium inchoare,
non obſtante, ꝙ ſuccubuerit principalis, cui aſsiſtebat, niſi in
caſibus. ĩ. eo. c. quis. & ita Inno. poteſt eſſe ratio, ꝙ pro eo, vel
contra eum qui aſsiſtit non fertur aliqua ſentẽtia, ſed contra
ipſum reum, vel pro reo. ſecundùm Io. An. ſuper eã glo. cir-
ca prin. ¶ Sextò opponitur, dicitur hic, ꝙ epiſcopus Oueten.
appellans debet exprimere cauſam ſuæ appellationis. Sed cõ
tra: quia appellans à diffinitiua, nõ debet exprimere cauſam
appellandi, vt no. in c. cũm cauſam. ĩ. de app. & 2. q. 6. diffini-
tiua. Solutio. dicit Ioan. de Ligna. ꝙ aut ille contra quem la
ta eſt ſententia appellat à diffinitiua, & non tenetur cauſam
exprimere cauſam iniquitatis ſententiæ, & non tenetur. Aut
cauſam quare debeat audiri, & tunc tenetur exprimere tàm
in cauſa principali, q̃ in cauſa appellationis: & ita loqtur hic,
& s̃. de teſtibus. veniens. ¶ Venio ad quæſtiones, & quia iſte
tex. & Doct. proſequuntur hic materiam de iſto tertio com-
parente in iudicio cum alio inſtituto, quando & ad quid ad-
mitti debeat eſt videndum. Et præmitto ad euidẽtiam, quòd
qñque tertia perſona ſuperuenit in iudicio in auxilium rei, vt
ſibi aſsiſtat. qñque contra ipſum reum, vt ipſum à defenden-
do remoueat. quandoque venit in auxilium actoris, vt ſi ali-
qua eccleſia prouocat in libertatem, dicens ſe ſoli Papę ſubeſ
ſe: nam Papa poterit ei aſsiſtere, ar. ĩ. de confir. vti. vel inuti.
c. cum dilecta. quandoque venit contra ipſum actorem, vt ip
ſum remoueat, & ipſe agat, vel vt ſibi aſsiſtat. qa timet de col
luſione. Item quandoque in ſupradictis caſibus quis venit an
te litem conteſt. quandoque poſt litem conteſt. & ante ſenten
tiam: qñque poſt ſententiã in cauſa appellationis: qñque poſt
ſñiam appel. non ſuſpenſa ad impediendũ executionem: qñ-
que poſt executionem factam, quę omnia ſingula ſupradicta
membra colligi poſſunt ex his, quæ hic confusè proſequũtur
10 Doct. ¶ Primò ergo † quæro, quando aliquis cõparet in iudi-
cio vt aſsiſtat reo, & tunc ſi fecit hoc pro ſuo intereſſe, & po
teſt tam in cauſa principali, q̃ in cauſa appellationis exẽplũ,
cum agitur contra hæredem querela de inofficioſo teſtamẽ.
ſi enim pronunciabitur contra teſtamentum, non valebũt le
gata. poterunt ergo legatarij aſsiſtere: & ſi contra teſtamen-
tum fuerit pronunciatũ appellare, & teſtes producere, & in-
ſtrumenta, vt ff. de inoffi. teſta. l. ſi ſuſpecta. & l. ſi pro legata-
11 rio. §. 1. ff. de app. & ibi per Bar. ¶ Sed hic incidenter quæri-
tur, † an interueniens poſt publicatas atteſtationes cum prin
cipali, poſsit ſuper eiſdem articulis, aut ſuper diuerſis ſic, ſi-
cut poſſet, vel non poſſet ipſe principalis: nam competunt hæ
redi defenſiones, vt hic quæ competunt principali reo: vnde
ſicut principalis reus non poſſet tertio appellare, ita nec iſte,
quod eſt verum ſi ſciuit cauſam agi. Si autem ignoraſſet, poſ
ſet appellare, quia non debet ſine culpa damnum pati: nõ ta-
men proderit dicta appellatio ipſi reo, vt hic ſentit Innoc. in
glo. quæritur quo iure aget. ver. & publicatę ſunt atteſtatio-
nes. & ver. ſed ſi primo reus. & Bar. in d. l. ſi perluſorio. & l. ſi
à ſententia. ff. de appella. & hũc articulum de tertio aduenien
te ꝓ iure ſuo, vt aſsiſtat alibi dixi, & remiſi ad nota. in l. idẽq;.
§. & generaliter. ff. mãda. & l. procurator. §. 1. ff. rem ra. hab.
per Bar. ¶ Secundò quæro, quando comparet tertius, vt reũ
12 à defendendo remoueat. Et expedio me breuiter per no. in l.
ſæpè. ff. de re iud. & c. pe. ĩ. eo. ¶ Tertiò quæro, † quandoque
tertius comparet vt actorem remoueat ab agendo: & dic vt
no. in l. Titia. ff. ſo. ma. per Doc. & in c. veniens. de ſponſ. Si au
tem veniet, vt aſsiſtat actori. & hoc etiã poteſt, vt dixi per c.
dilecta. ad fi. de confir. vti. vel inut. facit. d. l. ſæpè. ff. de re iudi.
¶ Quartò quæro omiſsis alijs qñ quis venit ante litem conte
ſta. vel poſt, vel in cauſa appellationis: quia oĩa recipiunt eandem iuris deciſionem an admittatur tertius, vel nõ admitta-

13 tur.† Quid ſi venit poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudi
catam, an præiudicet ſibi dicta ſententia, vel debeat audiri:
& ſi loquimur, an audiatur volens impedire executionem ſen
tentiæ, diſtingue, vt in c. veniens. ſ. de teſti. & per Bar. in l. à di
uo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. Si autem poſt executio-
nem ſententiæ velim agere pro iure meo: an poſſim. pone
14 enim, † ꝙ libertus meus, vel ſeruus conueniatur, & vendica-
tur ab alio me ſciente, an ſententia contra eum lata mihi præ
iudicet. Rogerius tenet, ꝙ ſic: in d. l. ſæpe. ar. C. de liber. cauſa.
l. principaliter. Et ibi hanc opi. Rogerii tenet Barto. Io. con-
tra: dicit enim, ꝙ ſi quis petat iura, quæ poſſideo in re aliqua
me ſciente, ſed non defendente, quandocunque appareat nul
lum mihi facit præiudicium. non ob. l. ſæpè. præalleg. ibi nam
& ſi libertus meus me interueniente, &c. Quia ſubaudiendũ
eſt. ideſt defendente. hoc enim caſu ex quo me obtulit defen
ſioni, probare debeo de iure meo, aliqui præiudicium mihi
ſiet. Sed iſtud c. facit pro Roger. quia hic ſi epiſcopus Ouetẽ.
non appellaſſet, fuiſſet ſibi grauatum præiudicium circa poſ-
ſesſionem, ex quo ſciebat cauſam agi, nec defendit. Sol. fate-
tur Inno. ꝙ ideo hic fuiſſet præiudicium grauatum, quia iſte
qui conueniebatur hic ſcilicet monaſterium habebat detẽta
15 tionem eius, ad quod agebatur. Ex quo infert Innoc. † quòd
ſententia lata contra eum qui detinet, mandatur executioni
non obſtante contradictione veri poſſeſſoris, qui ſciuit talem
cauſam agi: & perdet poſſesſionẽ ſuam propter talem immiſ
ſionem: quia poſſesſio per alium detenta amittatur, quàm ci
to ab alio occupatur: eo etiam qui per alium poſſidet ignorã
te. ff. de acqui. poſ. l. peregre. §. pen. ¶ Aliqui tamen de æqui-
tate dicunt, quòd ſi poſſeſſor ſtatim haberet probationes
ſuas paratas ſuper ſua peſſesſione recipiendæ eſſent, & execu
tio differenda. ar. in præalleg. l. à diuo Pio. Et hęc procedunt
cum ſciuit cauſam agi, & non appellauit. Si autem ignorauit
cauſam agi, vel appellauit infra decem dies, nõ fiet executio
ſi poſſidebat veniens pro ſuo intereſſe, non audiretur volens
impedire executionem ſententiæ, & hoc dicit glo. Inno. quæ
incipit, epiſcopus Ouenten. Nocet ergo ſententia iſti tertio.
ſecus ſi incidenter venit pro ſuo intereſſe aſſiſtẽs principali,
vt prædixi in quarta oppoſitione, circa finem.

*S V M M AE.*

1 *Ius patronatus licet tranſeat cum vniuerſitate, non tamen tranſit cũ vniuerſitas transfertur in alium titulo pignoris.*
2 *Ius patronatus eſt tranſmisſibile ad hęredes.*
3 *Præſentatus debet eſſe clericus ſaltem in minoribus, dummodo ſit ido neus infra tempus idoneum poſſit promoueri.*
4 *Patronus cui debeat præſentare rectorem.*
5 *Secunda pręſentatio, non caſſata prima, valet.*
6 *Præſentatus à vero patrono, & non receptus ab epiſcopo, poteſt age re vt remoueatur ab illa eccleſia, quicunque reperitur in eadem inſtitutus.*
7 *Delegatus in prouincia poteſt cauſas audire, & etiam delegare.*
8 *Sententia diffinitiua poteſt ferri in cauſa beneficiali, quando agitur de beneficio, vt in titulum altera parte abſente, & lite non coteſt.*
9 *Reſtitutio in integrum contra ſententiam, petitur coram eodem iudi- ce, qui eam tulit.*
10 *Libello eodem auditur quis ſuper officio reſcindente, & reſciſſo- rio.*
11 *Cauſa reſtitutionis in integrum, poteſt delegari.*
12 *Petens ſe reſtitui tanquam lęſus ratione abſentiæ, ſufficit, quòd iuſtã cauſam abſentię ſemiprobet.*
13 *Sententia venit reuocanda cum ex tempore ſententiæ deprehenditur iniquitas, & falſæ cauſæ inſeruntur in ea.*
14 *Retractari debet quod ſit per circunuentionem, ſiue conſtet ex actis, ſiue aliàs liqueat.*
15 *Patronus præſentans poteſt mutare voluntatem.*
16 *Inſtitutus ab Ordinario ſine pręſentatione patroni, eſt ab eccleſia amo uendus, fallit in caſibus.*
17 *Ius ad rem vendicandam contra quemlibet poſſeſſorem, quæritur in beneficijs ex ſolo titulo.*
18 *Peremptoriè verbum neceſſariò eſt apponendum in citatione, quan- do eſt vnica.*
19 *Iudex, an poſſit committere vnum articulum, puta receptionem teſtium.*
20 *Sententia principis confert plenum ius, nec eget alijs adminicu- lis.*
21 *Libellus, ſiue petitio iſta procedit, peto electionem meam confirmari, & confirmationem aduerſarij irritari.*
22 *Libellus iſte, an ſit admittendum, peto confirmari talem electionem, vel proceſſum meũ, non obſtante electione alterius, vel proceſſu.*

CVm Bertoldus Probata iuſta cau
ſa abſentiæ, reuo-
catur ſententia contra abſentẽ, lata maximè, vbi
apparet iudicem circunuentum. h. d. Et ſunt duæ partes prin
cipales. In prima proceſſus narratio. In ſecunda ibi. [licèt au
tem.] partis reſtitutio, auditoris datio, ipſius relatio, & Papæ
diffinitio ſuum motiuum continens. Iterum prima ſubdiui-
ditur in tres partes. primò ponitur creditũ, vacatio eccleſiæ,
præſentatio creditoris, inſtitutio, & inueſtitura præſentati. ſe
cunda ibi: prædictis præſentatio debitoris. & repulſio præſen
tati mota per ipſum quæſtio: & contra ipſum facta diffinitio
tertia ibi: poſtmodum contra ſentẽtiam petita reſtitutio cau
ſæ delegatio. ſubdelegatorum ſubdelegatio, & victoris ap.
1 ¶ Primò no. † ꝙ licet ius patronatus tanſeat cum vniuerſita
te, vt ĩ. de iure pa. c. ex literis. tamen non tranſit cum vniuerſi
tas transfertur in alium titulo pignoris: ſed tamen transfer-
tur titulo apto ad tranſlationem dominij, & productio acqui
ſitionis fructuum, ꝙ non eſt in titulo pignoris, vt ĩ. dice. ¶ Se
2 cundò no. † ꝙ ius patronatus eſt tranſmisſibile ad hæredes.
& ex hoc nitebatur iſte. A. nepos. quod dic, vt in c. 2. de iure
3 pa. in Cle. ¶ Tertiò no. † ꝙ ille qui præſentatur, debet eſſe cle
ricus, & ſufficit, ꝙ ſit clericus in minoribus, dũmodo ſit ido-
neus, & ĩ. tempus debitum promoueri poſſit. ĩ. de inſti. c. 2.
4 lib. 6. ¶ Quartò no. † quòd patronus debet præſentare re-
ctorem coram Archidiacono, & per epiſcopũ inſtitui: & in-
telligo, ꝙ de conſuetudine competebat Archidiacono hoc
ius. Nam de iure communi ſpectat ad epiſcopum. ĩ. de inſti.
c. 3. Iure ergo ſuo Archi. poteſt facere inueſtituram corpora
lem, non autem autorizabilem. de offi. Archi. vt noſtrum. &
c. ad hæc. ¶ Quintò no. in ver. prædictis coniuncto fine capitu
5 li, † quòd valet ſecunda præſentatio non caſſata prima [a] de
a qua dicam. ĩ. in elec. dic. vt ſ. de elec. cum terra. c. conſidera-
6 mus. ¶ Sextò no in ver. cũ autem, † ꝙ pręſentatus à vero pa-
trono, & non receptus ab epiſcopo, poteſt agere vt remouea
tur ab illa eccleſia quicũque reperiatur in eadem inſtitutus,
& ſic conceditur ius agendi ex ſola præſentatione: de quo. ĩ.
dicã. de ele. autem non eſt dubiũ, ꝙ agere poſſunt poſtquam
conſenſerunt electioni de ſe factæ. vt. ſ. de elec. cum inter ca-
nonici. In alijs quoque officijs temporalibus, ad quę quis per
electionem aſſumitur, an conſequatur ius per ſolam electio-
nã. dic plenè per Bar. ff. de dona. l. abſenti &c. ¶ Septimò no.
7 † ꝙ delegatus in prouincia poteſt cauſas audire, & etiam de-
legare. ſ. de offi. leg. c. j. Et delegati debẽt mittere cauſam in-
ſtructam ad delegantem incluſam ſuis ſigillis. ĩ. de fideiuſ. cõ
ſtitutis. & ĩ. ti. j. per Inn. & ĩ. de elec. dudũ. il 1. ¶ Octauò no.
ꝙ iſta remiſsio poteſt fieri per partes, & ſic quilibet deferat
acta ſua: & ſic poteſt quis eſſe nuncius in re propria, & ferre
literas ad ſui vtilitatẽ: vt. ff. de fur. l. eũ qui. §. ſi epiſtola: & fa-
cit c. conſtitutus. ſ. de teſti. in atteſtationibus apud eum depo
8 ſitis ſit contentus, &c. ¶ Nonò not. † ꝙ altera parte abſen-
te, & lite non conteſtata, põt ferri ſententia diffinitiua in cau
ſa beneficiali: quòd eſt verum, qñ agitur de beneficio, vt in ti
tulum. ſecus ſi tanquã de proprietate, vt in Cle. diſpẽdioſam.
de iudi.



de iudi. Et licèt incidenter ad confirmationem tituli deduca
tur proprietas in caſu noſtri capituli, tamen hoc non attendi
tur: ſed reſpectus habetur ad cauſam, quæ mouetur principa
liter, & quæ eſt apta parare pręiudiciũ: facit c. ſuper eo. ĩ. d
9 præben. lib. 6. &c. ¶ Decimò no. † quòd reſtitutio in integrũ
contra ſententiam petitur coram eodem iudice, qui ipſam tu
lit: quia per reſtitutionem non redarguitur iniquitas iudican
tis erroris proprij, vel iuſtæ cauſæ abſentiæ venia poſtulatur:
vt. ff. de minori. l. præfecti. licet iſte text. non dicat aliquid de
reſtitutione petita per iſtum c. Sed quòd tantũmodo veniẽs
poſt ſententiam iuſtam cauſam abſentiæ allegauit: & hoc ſo
lum ſufficit ſecundum Tan. qui per hoc reprobat diſtinctio-
nem Legiſtarum, qui dicunt, quòd aut abſens conſtituit pro
curatorem, aut non. Item aut habuit iuſtam cauſam abſen-
tiæ, aut probabilem: de quo articulo dic, vt no. in l. vlti. ff. de
reſti. in integ. &c. ¶ Vndecimò not. in verb. poſtmodum. for
mam commiſsionis cum quis petit propter iuſtam abſentiã
aduerſus ſententiam reſtitui, committitur enim vt legitima
cauſa, probata ſententia reprobetur, vel reſcindatur, & de iu
10 ſtitia cognoſcatur, aliàs obſeruet. ¶ Ex quo collige, † quòd
in vno libello auditur quis ſuper officio reſcindente, & re-
ſciſſorio. Item quòd non reſtituitur quis ad rem principa-
lem, quam petit propter iuſtam abſentiam, ſed ad audientiã
cauſæ: de quo. ff. de procu. l. qui proprio. §. item quæritur: &
ſ. de in inte. reſti. c. cũ ex literis. vbi plenè in nouella. ¶ Duo
11 decimò not. † quòd cauſa reſtitutionis in integrum poteſt de
legari: quòd intellige, vt not. ſ. de in integ. reſti. c. cauſam. &
quòd delegatus ab alio, quam à principe poteſt ſubdelegare
vt faciunt iſti abbates delegati ab Archiepiſcopo: de quo. ĩ.
12 dicam. ¶ Tertiodecimò no. † quòd ſi quis petit ſe reſtitui tan
quam læſus ratione abſentiæ, ſufficit iuſtam cauſam abſen-
tiæ ſemiprobare. ¶ Ratio eſt: quia per talem reſtitutionẽ mo
dicum læditur aduerſarius, cum reſtituatur ad audientiã cau
ſæ. læuior enim probatio requiritur, vbi aduerſario magnum
præiudicium non paratur. facit l. theſaurus. ff. ad exhiben. cõ
13 cor. ſupra de reſti. in inte. ex literis. ¶ Quartodecimò no. † ꝙ
cum ex tempore ſententiæ deprehenditur iniquitas, & falſæ
cauſæ inſeruntur, in ea, eſt dicta ſententia reuocanda: quod
an ſit verum infra dicam. ¶ Quintodecimò no. quòd quan-
doque iudex circumuenitur in proceſſu, quo caſu quid iuris
cum erratur in proceſſu, vel ſententia, dic vt. ĩ. de pur. vulg.
14 c. 2. in nouella. † Retractari ergo debet, quòd ſit per circum-
uentionem, ſiue conſtet ex actis, vt hic. & ſ. de reſti. ſpo. c. cũ
ad ſedem. ſiue alias liqueat de hoc, vt. ſ. eo. c. cum olim. Et ex
hoc collige ſecundum Hoſt. quod fatuum eſt exprimere cau
ſam in ſentẽtia: vt. ſ. eo. ſicut. ¶ Sextodecimò no. formam ſen
tẽtiæ Papæ inquantũ adiudicat eccleſiã huic. c. nõ eñ fuit cõ
firmatus, vel admiſſus ab epiſcopo: ſed repulſus, vt patet ſu-
pra poſt princip. c. quomodo ergo poſſit eccleſiam obtinere
ex ſola ſententia Papæ, vt. ĩ. dicam. ¶ Venio ad oppoſitiones,
& primò opponitur: dicitur hic, quòd iſte. T. fuit pręſentatus
poſt. D. & ſua præſentatio pronunciatur, ſeu iudicatur va-
lida facta à vero patrono, vt in fi. c. Sed contra: quia ſecunda
præſentatio facta à diuerſa perſona prima non caſſata non
tenetur, ſicut nec electio. ſupra de elect. conſideramus. ¶ So-
lut. quandoque primus præſentatus non habet ius, & tunc va
let ſecunda præſentatio non caſſata prima, quòd habet ius
fundamentaliter: licèt ſit aliqua ratione priuatus, vel priuan
dus ille vice, & tunc loquit. c. conſideramus, & c. auditis & c.
dudũ. de elec. Et ita not. hic nouellator ſuper verbo præſenta
uit. ¶ Secundò opponitur dicitur hic iſte. T. non fuit admiſ-
ſus per epiſcopum, & tamen egit cõtra. D. Sed contra quia ſi
non fuit admiſſus, non fuit conſecutus ius aliquod ex dicta
præſentatione ad dictam eccleſiam vendicandam: ſed tan-
tummodo videtur, ꝙ potuit agere cõtra epiſcopum nõ ad-
mittentem. ĩ. de iure pat. c. paſtoralis, quæ dicit, ꝙ ex pſenta
tione laici quęritur ius præſentato, licet epiſcopus eum non
15 admittat. fatetur tamen glo. † quòd patronus præſentans po
teſt mutare voluntatem: ſuper qua Io. An. poſt Inno. proſeq
tur articulum, an præſentatus à non patrono poſſit agere cõ
tra alium inſtitutum in eccleſia ab epiſcopo, vel ab alio: & te
16 net quòd ſic, † quia inſtitutus ab ordinario ſine præſentatio-
ne patroni eſt ab eccleſia amouẽdus, vt hic patet, & 16. q. 7.
decernimus. fallit in caſibus, puta propter delictum patroni,
qui minus idoneum præſentat, vt ſupra de ſup. neg. præla. c.
2. §. ſi. vel propter eius negligentiam c. 1. & 2. ĩ. de iure pa. &
c. cũ propter diſcordias. Dicit enim, quòd licet patronus lai-
cus poſſit variare: tamen illud eſt verum, quãdo alium pñta-
ret, vt d. c. paſtoralis: antequam ergo ſm præſentet primus pre
ſentatus poteſt petere, vt remoueatur omnis à quocunq; in-
17 ſtitutus. Ex quo collige, † quòd in beneficiis ex ſolo titulo q̃-
ritur ius ad rem vendicandam contra quemlibet poſſeſſorẽ.
facit c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. 6. Secus eſt in rebus pro
phanis, quæ debitè actione perſonali non poſſunt annotari
ab eo: cui debentur à tertio poſſeſſore, ſi non eſt nactus domi
nium ab eo, cui debentur traditione, vel aliis modis: de qui-
bus in l. traditionibus. C. de pac. Et hinc eſt, quòd ſi vendo rẽ
vni, & non trado: deinde ſecundo, & trado: ſecundus pręfer-
tur primo: vt l. quoties. C. de rei ven. Collige etiam ex prædi-
ctis, quòd habens ius reuocabile, vt præſentatus à laico põt
ante reuocationem agere. ad hoc bene l. nõ ideò minus ff. de
rei ven. ¶ Tertio oppo. dicitur hic, quòd Remẽſis legatus tu
lit ſententiam contra dictum. T. & tamen apparet, quòd fece
rit eum citari peremptoriè. ergo ſententia nulla. ff. quæ ſen.
ſine appe. reſcin. l. 1. Sol. dicit glo. quod debet intelligi, quòd
18 fuerit citatus peremptoriè, † quòd quidem verbum perem-
ptoriè eſt neceſſarium apponi in citatione, quando vnica eſt
b citatio: [b] de quo 24. q. 3. c. de illicita. in fi. magnæ glo. & in Spe.
de cita. §. viſo de temporibus. ver. alias autẽ. & ver. quid ſi la-
ta. de accu. c. ad petitionem per Io. An. & quod no. in c. ſæpè.
circa fi. de verbo. ſigni. ¶ Quartò opponitur. legatus hic mã-
dauit irritari ſententiam ſuam, ſi iſte. T. probaret legitimam
cauſam abſentiæ ſuæ. Sed cõtra: de leg. 1. & per totum C. ſen.
reſcin. non poſ. cum ſi. ¶ So. hic potuit legatus per viam reſti
tutionis, vt hic, & ff. de mino. l. in cauſæ. & l. præfecti. delega-
tus verò an poſſit reſtituere. Vin. quòd non. Io. And. remittit
ad no. per eum de accu. §. qualiter ſuper 1. glo. ¶ Quintò op
po. dicitur hic, quòd iſti delegati ab Archiepiſcopo commiſe
runt aliis vices ſuas. Sed contra hoc opponitur delegatus ab
alio, quàm à Papa non ſubdelegat, vt l. à iudice C. de iudic. &
in c. ſuper quæſtionum ſupra de offi. dele. Sol. gl. quæ incipit,
ſed qualiter delegatus. ſoluit & minus benè, inquantum di-
cit, quòd poſt litis conteſta. poſſit ſubdelegare: licet Azo, &
Vin. hoc teneant: & in Spec. in ti. de lit. conte. in fi. Io. An. re-
mittit ad no. in c. is cui. de offi. dele. lib. 6. in vl. gl. Et hic poſt
19 Inno. incidenter quærit, † an vnum articulum, puta receptio-
nem teſtium ſine iuriſdictione poſſit committere, puta ſi arti
culi interrogatoria, & omnia ſunt plenè examinata, & nume
rus teſtium limitatus: ita quòd nudus Auditor eſt is, cui com
mittitur nota. vt ſupra de offi. delega. c. ſuper quæſtionum. &
quod ibi per Io. An. ſuper glo. ſi ergo plus: de facto tamẽ ſer
uatur, quòd iudex committit Tabellioni examinationem te-
ſtium quo ad ſcribendum, & examinandum. Et hoc no. gl. in
l. hac conſultisſima. C. de teſta. & in Spec. de teſti. §. nunc tra-
ctandum. ver. item ad offic. ¶ Sextò oppo. dicitur hic, quòd
ab iſtis ſubdelegatis fuit appellatum ad Papam. contra imò
videtur, quòd debuerit appellari ad ipſos ſubdelegatos, vt in
c. ſuper quæſtionum. §. porrò ſupra de offi. deleg. Solutio fini
ta erat fortè legatio, & delegati in totum ſubdelegauerunt.
ar. c. ſi is cui. de offi. dele. li. 6. vel aliter, vt in nouella ſuper ver
bo, ad nos. ¶ Septimò opponitur: Papa irritat hic ſententiam
legati, & tamen non apparet in hoc c. fuiſſe ab eo appellatũ.
Sed contra hoc opponitur, quia videtur, quòd ſententia tran
ſierit in rem iudicatam, & ſic non videtur poſſe retractari, vt

C.ſenten.reſcin.non poſ.per totum; vt ꝉ.e.c.inter. & c.ſubor
ta.Solutio.dicit Io.And.quòd ſpeciale eſt,cum agitur de be-
neficiis, *in quorum collationibus debet eſſe omnis* puritas:
& abeſſe omnis ſurreptio.ſupra eo.c.cũ olim. & de elec.c.cũ
dilecti.vel dic,quòd illud,quod hic dicitur, habet locum cũ
in tenore ſententiæ deprehenditur euidens iniquitas.dixerat
enim iſte Remen.Archiepiſcopus per atteſtationes fuiſſe ꝓ-
batum, quòd.A. habuiſſet poſſeſsionem inter patronum, &
quomodo in probatione.D.defecerat,& in vtroq; contrariũ
apparebat per acta:ita quòd iſta euidens, & expreſſa iniqui-
tas in ſententia reddit ſententiam inualidam, ſicut expreſſus
error iuris.facit ad hoc.ꝉ.de pur.vul.c.2. quod no.de frigi.c.
fraternitatis.in glo.propter quam.per Io. An. & de proba.c.
quoniam.& vide Pe.de Anch.3.q.fi.ſuper gl.vel dic,quòd ex
quo apparet ſententia diffinitiua per obreptionem, & do-
lum lata, ipſe idem qui tulit ſi eſt ordinarius, poteſt reuoca
re.ſed ſi ſine dolo, malè dicatur lata,tunc ſecus.ff. de iud.l.ſi
prætor.& ſupra de reſcri.c.cum dilecta. & quod ibi per Ioã.
An.poſt.Inno.in glo.dicuntur, ad finem. vel dic,quòd licet à
principio poſſet,debet repelli is, qui petebat ſententiam re-
uocari. Si tamen admiſſus eſt de facto, & apparet ſententia
iniuſtè lata,reuocabitur.ff. de iudic.l.de qua re.vel dic,quòd
hic fuit admiſſus beneficio reſtitutionis propter abſentiam,
quę licèt minus ſufficienter probata fuerit: tamen ex illa mi
nus ſufficienti probatione data fuit reſtitutio in integrũ ad
audientiam cauſæ.*Simile* ſupra de reſt.in *inte.c.ex* literis,vbi
de hoc per Inno.no. Et hæc vltima amicatur literæ, vt patet
ibi [licet autẽ]:licet præcedentes ſolutiones ſint multũ no-
tabiles.¶Octauò oppo.dicitur hic,quòd iſte dominus perci
pit decem annua conſueta præſtari patronis: ergo per acqui
ſitionem, quaſi poſſeſsionis illorum decem videtur quæſiuiſ
ſe,quaſi poſſeſsionem in omnibus.ff. de ſerui. ru.prędi.l. vna
eſt via.Solutio,vt in glo.ſed videtur, & dixi plenius ſupra de
præſcrip.auditis.nam per receptionẽ vnius capituli ſub vni-
uerſali comprehenſi,benè retinetur poſſeſsio ab alio nõ poſ
ſeſſa.Sed per acquiſitionem quaſi poſſeſsionis vnius capituli
nõ quæretur quaſi poſſeſsio alterius,vt hic,& infra de capel.
mo.c. dilectus.facit quod Bar.no.in l.3.ff.de acqu.poſ.¶No
nò opp.& videtur, quòd ad iſtum creditorem ſpectet ius ꝓ-
ſentandi:nam ius patronatus ſequitur fundum,vt in c.ex lite
ris.de iure patro. Sed iſte.A.poſſidebat fundum ſibi obliga-
tum,quia creditor poſſidet pignus,vt not.C.de præſcrip.30.
an.l.cum notiſsimi §.ſed cum illud. Ex quo ſequitur,ꝙ quaſi
poſſeſsio iuris præſentandi ſit penes creditorem, ſi ſit ergo
ad ipſum,debet ſpectare præſentatio rectoris,vt in c.conſul-
tationibus.de iure patr. Ad idem creditor recipit fructus rei
pignoratæ,vt in c.ad noſtram.el.1.ſupra de iureiur.ſed præ-
ſentare eſt fructus iuris patronatus: ergo debet ſpectare ad
creditorem,ſicut & perceptio aliorum fructuum. Sol.vt gl.ſi.
ſentit iſta contraria, & ſubtiliſsimè ſoluit: dicit enim ꝙ perce
ptio fructuum tunc ſpectat ad creditorem,quando poteſt ſi-
bi in debitum compenſare,vel reſtituere debitori.ſed iſte fru
ctus,vt ſic dixerim, præſentandi non poteſt in ſortem compẽ
ſare, quia non recipit compenſationem. Item non poteſt de-
bitori reſtituere,quia licet reum releuet præſentatio à credi-
tore,remoueri non deberet.6.di. ſatis peruerſum. Ex his ra
tionibus concluditur,quòd perceptio huius fructus non trã-
ſit in creditorem.& hoc tenet Phi.Inn. & Hoſti. licet Dama-
ſus in q.ſua infra de iure pa. dicat ꝙ præſentare poteſt credi
tor nomine debitoris: & licet glo. arguat in contrarium cir-
ca finem.ibi[arg.contra iſta]&c.Tan.dicit, quòd dictum eſt
ſupra ſimpliciter verum eſt,quod probat benè hæc litera.gl.
tamen in ſui prin.videtur dicere, quòd hic patronus de obli.
excipit ius patronatus:aliter trãſiſſet cum vniuerſitate.& hoc
tenet Tan. Vin.& Goff.& vide quod not.in lib.feud.ſi de feu.
contro.fuerit.c.generali.& de capi.qui curiam vendidit.an in
telligatur ven.c.1.vbi ſatis de hoc.¶Decimò oppo.hic Papa
in fine adiudicat eccleſiam iſti.C. & tamen à principio appa
ret ipſum fuiſſe repulſum: & ſic videt quòd Papa maius ius,
& *pinguius* ſibi conferat quàm habuerit,ſcilicet ius admini-
ſtrandi cum eccleſiã adiudicat,vt ſupra de elec.tranſmiſſam.
Sed contra,quia ſententia nõ debet augere ius petitoris, ſed
ius antiquum tantummodo conſeruare,& declararet, vt l.ſi-
cuti.§.ſi quæritur.ff.ſi ſerui.ven.So.Inno. & poſt eum Io.An.
tangit iſtud *contrarium circa finem* c.ſuper verbo memora-
to.& dicit quòd preſby. petiit primò inſtitui à diœceſano,&
repulſus ab eo petiit à legato:legatus diſcretè agens citari fe
cit iſtum.D.& auditis iuribus vtriuſq;, quia dictus.T.melius
probauit Papa tulit ſentẽtiam pro eo: per quam ſententiam
20 intelligitur confirmaſſe, vel inſtituiſſe, †quia ſententia princi
pis confert plenum ius,nec aliis adminiculis eget.C.de teſta.
l.omnium.vel dic,quòd ſpeciale eſt in beneficiis, quòd malè
inſtitutus remoueatur,ex quo conſtat de minus canonica in-
ſtitutione,& ille qui habet ius inſtituatur.vt patet in eo quod
leg.& no.ſupra de offi.dele.c.1.& de cle.pere.c.ſi. & infra de
21 inſti.c.3.&c.¶Quæro poſt Inn.de iſta quæſtione. †an proce
dat iſta petitio, ſiue libellus:peto electionem meam cõfirma
ri, & confirmationem aduerſarii irritari. & quid iuris vbi ſit
admittenda: ſi probo electionem aduerſarii caſſandam eſſe,
ſed de iuſtitia electionis meæ nihil probo, an caſſabitur ad-
uerſarii electio.Specu. hæc duo dubia proſequitur in Spe. 4.
parte.ſ.de elec.§.1.pe.col.ver.ſi verò duę, & ſibi placet,ꝙ ta
les actiones admittantur.allegat de elec.dudum. il 1.in ſi.&
c.congregato.de cau.poſ.cum eccleſia.in ſi.Cum enim ſentẽ
tia debeat conuenire petitionibus, & ſententiis latis in prędi
ctis iuribus, patet petitiones fuiſſe tales. Quo ad ſecundum
dubium dicunt quidam, quòd iudex non caſſabit reum ele-
ctum,niſi actor probet intentionem ſuam. Simile quod not.
Io.An.de offi.dele.cum contingat in glo. quia melius.alii me
lius dicũt, quòd cum iſte libellus habeat duas partes. prima
pars inquantum quis petit ſuam electionem confirmari de
facili recipit: nec tenetur actor modos ſuæ electionis expri-
mere:ſed ſufficit,quòd dicat *ſuam electionem canonicam*,&
ideò confirmanda eſſe. ſecunda verò pars, in qua petitur ele-
ctionem aduerſarii caſſari,magna vis eſt facienda,& peti po
teſt expreſsio cauſæ caſſationis.Nam quandoq; cauſa auget,
& confirmat ius actoris. quia ex eo quod facta eſt de homine
indigno,ideò ſuam præualere,& admittitur ipſe libellus,aut
ipſa cauſa non concernit ius actoris:puta,quia non dicit,qua
de cauſa illa caſſatio ſibi proſit, & nunc non recipitur: ſecun
dum Inno.Hoſt.verò ſentit,quòd tam canonici,quàm patro
ni, ac parochiani admittantur ad petendum talem caſſatio-
nem,ſaltem propter periculum animarum. Sed hoc eſt verũ
via ordinaria.Per viam autem exceptionis,& contra iam in-
ſtitutum non videtur quis debeat admitti,niſi via ordinaria,
vt in c. ſuper his,de accu. Et niſi ille,qui dicit ſe potiorem in
22 beneficio. & ſic intelligit Inno. ¶Secundò quæritur, †an ſit
admittendus iſte libellus, peto confirmari talem electionẽ,
vel proceſſum meum non obſtan.electione alterius, vel pro-
ceſſu, vel peto talem fundum non obſtã. venditione, & tradi
tione ab aduerſario meo facta:vel peto 10.non obſtã. pacto
de non petendo, vel ſententia contra me lata.Inno. tenet om
nes iſtos libellos recipiendos eſſe: & hoc eſt notandum,quia
fortè reus non vult tunc talem exceptionem proſequi,ſed diſ
ferre. cogetur ergo ſe defendere per iſtum indirectum mo-
dum,vel actor ipſam exceptionem in ſua petitione deducit:
de quo hic vide latius in nouella.

ADDITIONES.

a ¶Non caſſata prima Vide hic Io.An.& infra de elec.in c.vadit. & c con
ſiderauimus.

b ¶Vnica citatio.Vide gl.quę inci.peremptoriè hic.& doc.14.q 3.de illi
cita.& ibi Io de Turre Crema.Card.in Cle.1.§. ſanè 5.q. de ſo compe.
& in Cle.ſæpè.§.& quia de ver.ſig.





SVMMAE.

1 *Papa in ſententijs quas profert ordinem iuris,ſeruat.*
2 *Papa vocatur ſummus.*
3 *Ordo iuris ſeruandus eſt in cauſis,quæ aguntur coram Papa.*
4 *Papa poteſt diſpenſare contra ſolemnia iudiciorum, & ſupplere defe
ctum ex plenitudine ptãtis,niſi in caſu capi.paſtoralis.*
5 *Diſpenſatio etiam per ſummum Pontificem, nõ debet fieri ſine cauſa.*
6 *Sententia ſummi Pontificis facit ius quo ad omnes.*

1 IN cauſis †Papa in ſententijs quas profert ordi
nem iuris ſeruat.Et primò ponitur di
ctum.ſecundò ratio.tertiò exceptio. ſecunda ibi. [cum.]
2 tertia ibi:[niſi] &c.¶Primò no:†ꝙ Papa appellat ſummus,
a & ſic ſumme ab iniurijs abſtinere debet: ab iniurijs reſpe-
ctu Dei.9.q.3.c.aliorum.& etiam reſpectu hominum,quam
uis non ſit aſtrictus legibus.C.de legi.l.digna vox.¶ Secun-
3 dò no.† quòd ordo iuris ſeruandus eſt in cauſis quæ agitan-
tur coram Papa:quædam tamen obſeruantur in Curia in cõ
ſequentiam non trahenda:nam per facti narrationem,& ver
balem petitionem,& contradictionem, & reſponſionem co
ram Papa,& fratribus habitam inter partes (maximè in cau
ſis electionum) intelligitur lis conteſtari etiam nullo oblato
libello:contra hoc quod no.de lib.ob.c.pe.facit.ſ.de tempo.
or.c.1.& de offi.leg.c.quod tranſlatione. ¶ Tertiò no.quòd
hic cõmendatur ſubtilitas,de quo.ſ.de iudi.c.dilecti.¶Quar
4 tò no.in ver.niſi.†quod Papa poteſt diſpenſare contra ſolen
nia iudiciorum,& ſupplere defectum ex plenitudine poteſta
tis,niſi in caſu.c.paſtoralis.eo.ti.in Clem.vbi defenſionem iu
re naturali permiſſam,& prohibitam ſupplere non poteſt,de
conſenſu autem partium an poſsit ſuppleri defectus ſolenni-
tatis omiſſæ,vel à principio renuntiare,dic vt l.2.C. commu
nia vtriuſque iudi.& quod no.Inno.ſ.de teſti.c.cum cauſam.
& in c.vlti.ꝉ.eo.tit.lib.6.&.ſ.de offi.dele.c.de cauſis.¶Quin
5 tò *no*.†quòd diſpenſatio etiam per ſummum Pontificem nõ
debet fieri ſine cauſa.ꝉ.de præben.c.2.niſi.& ibi in nouella:
ſiue enim loquamur de diſpenſatione, quæ tendat ad pœnæ
mitigationem,vel augmentum,ſiue ad alicuius beneficij con
ceſsionem,debet ſubeſſe legitima cauſa diſpẽſandi,vt l.quid
ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.& facit quod not.
ꝉ.de voto.c.non eſt.& de æta.& qua.c.committimus.li.6.&c.
6 ¶Vltimò no.†quòd ſententia ſummi Põtificis facit ius quo
ad omnes,quia alij iudices tenentur ſimiliter iudicare.ſuper
quo articulo poſt legiſtas.Io.An.ſic diſtinguit, aut ſententia
principis eſt interlocutoria,aut diffinitiua. primò caſu aut ẽ
in corpore iuris clauſa:& tunc facit ius.C.de no. Cod.cõpo.
in ſi.& hoc ſi tenor ipſius ſententiæ patiatur, alias ſi non pati
tur,non facit ius generale.C.de ſacro.ecc.l. non plures. Si ve
rò non eſt in corpore iuris clauſa facit ius.C.de le.l.2.& 3.ſe
cundo caſu cum eſt diffinitiua. ſi ſcripta eſt in corpore iuris
facit ius,ſi tenor eius hoc patitur, vt de interlocutoria dictũ
eſt,aut non eſt ſcripta.& tunc ſubdiſtingue, aut ſententia illa
eſt contra legem principis corpore iuris ſcriptam; aut non.
primò caſu non facit ius generale, quia non præſumitur tu-
liſſe talem ſententiam ad legem corrigendam, ſed ſolùm ad
lędendum ius litigatoris. tertiò caſu quando non eſt contra
legem,ſed ſupra,vel præter,tunc refert,aut lata eſt ſine cau-
ſæ cognitione,& tunc nõ facit ius generale.ar.l.vlt.C. de leg.
à contrario ſenſu, aut cum cauſæ cognitione, & tunc aut eſt
lata parte abſente,& tunc non facit ius:vt l. qui repudiantis.
C.de inoffi.teſta.aut parte præſente,tũc quo ad oẽs facit ius.
vt l.ſi. Et ſic intelligit Inno. hic illam l. ſcilicet cum princeps
partibus præſentibus diffinit,& cognoſcit.

ADDITIO.

a ¶ Papa appellatur ſummus.Adde Hoſt.in c.1.§.quia verò.de ſum.Tri.

SVMMAE.

1 *Cauſa legitima,& non friuola eſt inferenda in recuſacione iudicis.*
2 *Exceptio ſuſpitionis eſt dilatoria,& quando ſit opponenda.*
3 *Secundæ litteræ,quæ non faciunt mentionem de proceſſu,non valent.*
4 *Secunda ſententia lata contra prima,valet, vbi de prima non opponi
tur in iudicio.*
5 *Inſtrumentorum appellatione continetur ſententia.*
6 *Abbas ante benedictionem,an dicatur abbas.*
7 *Reus conuentus ſi habet plures dilatorias,puta,quòd reſcriptum ob-
reptitium,vel aliter iudex incompetens, actor excommunicatus,
vel aliter inhabilis,an proponendo alteram ex prædictis coram iu
dice,& reus opponens ſuccumbat,vel obtineat ſuper ea poſſit re
dire ad exceptionem recuſationis iudicis.*
8 *Secunda ſententia lata contra primam,an valeat.*

INter monaſterium. Tenet ſentẽ
tia diffiniti-
ua lata contra primam ſi non fuit exceptum; nec appella
tum à ſecunda ſcdm lec.Io.An.in vlti.glo.Et diuiditur in qua
tuor partes.nam prima ponit thema deciſum. ſecũda cauſas
diffinitionis,& cauſas cauſæ: tertia ſoluit quoddam obſtacu
lum.quarta diffinit.ſecunda ibi.[cũ cõſtiterit.]tertia ibi[nõ
1 obſtan.]quarta.ibi:[factum priorum.] ¶ Primò no.† quòd
in recuſatione iudicis eſt legitima,& non friuola cauſa inſerẽ
da.de qua exceptione coram quo ſit proponenda, & coram
quo ſit probanda:& ſi proceditur ipſa non admiſſa, an pro-
ceſſus teneat,dic vt.ꝉ.de ap.c.cum ſpecialis.&.ſ.de offi.dele.
c.ſuſpitionis.& quod no.in l.quia poterat.ff.ad Trebel.¶Se-
2 cũdò no.†quòd exceptio ſuſpitionis eſt dilatoria, & per cõ
ſequens opponenda ante litis ingreſſum: vtrum autem de-
beat præcedere omnes alias dilatorias,hic plenè in gloſ.&.ꝉ.
3 dicam.¶ Tertiò not.† quòd non valent ſecundæ literæ,quæ
non faciunt mentionem de proceſſu: vtrum autem de ipſo de
beat fieri mentio generalis, vel ſufficiat ſpecialis. concludit
Io.And.quòd debeat fieri ſpãlis, & expreſſa mentio de prin
cipalibus articulis,& iudicibus,& de litigatoribus, & rebus,
de quibus agitur.ſ. de do. & contu. c. ex literis. vbi de hoc.
dens.qđ reprobat Io.An.per Cle.appellanti.e.ti. & dic, vt ibi
per eũ ſuper glo.quare. ¶ Tertiò opponitur.dicitur hic,ꝙ ſuf
ficit deducere cauſam probabilem. Sed cõtra imò videtur,ꝙ
debeat deduci cauſa grauaminis iure expreſſa:aliàs nõ ſit ap-
pellatio admittenda.vt s̃.c.paſtoralis.So.gl.3.laborat in ſolu-
tione huius contrarij,& ponit duas opi. Io. primò non appro
bat.& vltimò ponit ſuã opi.ſ. ꝙ illud c.corrigatur per iſtud,
vt ſi poſsit ſemper ex cã legitima appellari: licèt nõ ſit in iure
expreſſa quantũcũq; cõmiſſa fuerit cã appellatione remota.
de hoc etiã no.2.q.6.c.ad Romanã.in prima gl.& l.biduum in
glo.antepe.& Spec.e.ti.§.2.in fi.Hoſt. vt refert hic Io. An. te-
net ſecundã opi.Io.ſcilicet, ꝙ dicta cã appel-
latione remota operetur effectũ ſuum hodie
ſicut olim,vt videlicet appellari nõ poſsit vbi
cunq; dicta clauſula reperitur inſerta, niſi in
caſibus expreſsis in iure,vt dicitur in d. c. pa-
ſtoralis.Et ſubdit Hoſt. quaſdã virtutes huius
clauſulæ.prima eſt,de qua dixi. ſecunda, ꝙ ſi
delegatus cõmittit alij negotium ad eum,non ad Papã appel
lari debebit.s̃.de offi.dele.c.ſuper quæſtionũ.§.porrò.tertia,
quia ſi in ſecundis literis ſit mẽtio de prioribus, ſed nõ de il-
la clauſula,non valẽt ſecũdæ.vt s̃.de reſti.ſpo.c.ex cõqueſtio-
ne.quarta,ꝙ non obſtante appellatione interpoſita à ſenten-
tia,ipſa ſententia mãdabitur executioni.s̃.e.c.peruenit.niſi iã
ſit appellatio recepta per ſuperiorẽ.s̃.de offi.dele.c. paſtora-
lis.§.præterea.quinta,ꝙ non deferens appellationi, nõ patie
tur pœnam.c.de cætero 2.q.6.& C.de appel.l.qm̃ iudices. ſe-
xta.s̃.de reſcr.c.1. ſeptima, quia cõmiſſa cã cum hac clauſu-
la,nõ cogitur collega admittere ſubdelegatũ collegæ:propter
id quod habetur.s̃.de offi.dele.c.ſuper quæſtionũ.§.ſi verò.&
hoc no.Hoſt.s̃.e.c.paſtoralis.& Ioan. An. prædictos effectus
enumerat hic ſuper.3.glo.¶ Quartò opponitur.dicitur hic,ꝙ
non ſufficit allegare nũtij miſsionem.Sed contra de c.memini
mus.& c.ſuggeſtum.& c.dilectis.s̃.e.vbi propter pũentionem
in nuntij miſsione impeditur iuriſdictio delegati.Sol. Io. An.
ſuper verbo nuntiũ,tangit iſtud contrarium,& dicit, ꝙ præ-
dicta c. locum habent cũ quis in propria pſona arripuit iter.
tunc.n.ſi vadat ex iuſta cauſa, debet eſſe ſub protectione Pa-
pæ,nec pòt procedi interim cõtra eũ.vt j̃.ti.proxi.c.1.& s̃.e.
c.dilecti.dicit tamẽ Inn. ꝙ ſi aliquis cõdemnatus, vel graua-
tus vadit ad ſedem Apoſtolicam,vel ad aliũ ſuperiorẽ, dum-
modo certum ſit,ꝙ pp hoc vadit, vel mittit,vt de grauamine

Not. de virtutibus huius clauſulæ appellatione remota. & vide ſupra in c.paſtora.nu.7.§.4.oppo.& ibi in additioni.

cõqueratur,& proceſſum contra ipſum habitum reuocari pe
tat,ꝙ talis miſsio habet vim appellationis. qđ eſt verũ ſi iter
arripuerit infra 10.dies.& infra illud tẽpus ſignificetur iudi-
ci,& aduerſario,vel eorũ alteri.ar.in eo quod le.& no.s̃.de p
cura.c.mandato.¶ Item requiritur,ꝙ non habeat, nec de fa-
cili haberi poſsit copia iudicis, à quo vult appellare, vt corã
eo appellet,& petat Apoſtolos.2.q.6.c.biduũ.Itẽ ẽt prudẽter
facit ſi corã teſtibus exprimat grauamina, pro quibus vadit,
vel mittit ad curiã,& alios obſeruare tenetur:de quibus hic in
nouella ſuper verbo nuntiũ, non inſiſto quia magis laborio-
ſum eſſet litigare,q̃ appellare,qđ dic vt hic per eum.¶ Quin-
13 tò opponitur.dicitur hic, † ꝙ non põt conuentus opponere
de literis impetratis prius. contra imò videtur, ꝙ poſsit p c.
plerũq;.& c.ſi aũt.s̃.de reſcrip. ibi diſtinguitur vtrum vti ne-
glexerit necne.hic aũt indiſtinctè dicitur,ꝙ conuentus nõ po
teſt opponere de literis impetratis prius:quare malè ſecundũ
Vincentium,& Hoſti.textus iſte intelligitur de conuento co-
rã ordinario.quo caſu per ordinaria iuriſdictionem conuen-
tus non poteſt opponere de literis impetratis prius, & ſi non
fuerit negligens in vtendo. quod eſt verùm,niſi in duobus ca-
ſibus ſecundũ Vincen.in primò ſi fuit per aduerſarium impe
ditus vti literis impetratis,ad cuius petitionem per aduerſa-
rium præuenitur. Item niſi literæ fuerint de quaſi conſenſu
partium impetratæ,vel etiã ſciẽte, & præſente aduerſario,vel
eius procuratore,& ſe non offerente.Iſtis.n.caſibus non poſ-
ſit talis impetrans per ordinarium præueniri ſecundùm Vin-
centium.Idem Io.& Philippus. Si autem non loquitur de or-
dinario,ſed de delegato qui citari fecit, tunc benè poteſt ex-
cipi contra eũ de literis impetratis prius, per quas ſua iuriſdi
ctio eliditur,niſi prius impetranti poſsit dolus, vel negligẽtia
imputari.vt d.c.plerunq;.& d.c.ex parte.ſupra de reſcrip. per
quæ cap.limitatur iſtud ſi ipſum intelligimus in delegato. fa-
uorabilior eſt ergo iuriſdictio ordinarij,quam abſorbet regu
lariter iuriſdictio iudicis delegati per ſolam conuentionem,
quàm ſit iuriſdictio alterius delegati,quæ non abſorbet dele-
gationẽ primò factam per ſolam cõuentionẽ: & ita ſentit hic
Io.And.ſuper verbo literas. ¶ Sextò opponitur.iſte text. in-
nuit,ꝙ per ſolam præſentationem literarum dicatur iuriſdi-
ctio ordinarij,vel alterius delegati prẹuenta. Sed contra imò
videtur,ꝙ non ſola præſentatio,ſiue literarum aſsignatio ope
retur præuentionem iuriſdictionis,ſed citatio ſubſecuta:vt de
foro compe.c.penul.So. glo. quæ incipit,ſed nunquid, ſentit
cõtrarium,& fatetur ipſum,& ſupplet ad iſtum tex. maximè.
Et aduerte,quia licèt per citationem à delegato factam ſit p̃-
uenta iuriſdictio ordinarij:tamẽ ſi poſt talem citationẽ corã
eo factam fiat talis conteſtatio coram ordinario expirat re-
ſcriptum,licèt citatio emanauerit,vt prædixi.& hoc no.Spec.
tit.1.§.reſtat ad fi.Et facit quod no.Io.And.j̃.de purga. ca.c.
penul.ſuper fi.vltimæ glo. ¶ Septimò opponitur. dicitur hic,
ꝙ tunc demũ iudex appellationis poteſt cognoſcere de prin-
cipali quando conſtitit legitimè prouocatum.Contra imò vi-
detur,ꝙ omiſſo dicto articulo poſsit de principali cognoſce-
re.vt j̃.e.c.cordi.lib.6.Solu.ibi loquitur cũ partes in hoc con-
ſentiunt,vt omiſſo appellationis articulo procedatur in prin-
cipali.Et idẽ dicunt quidam,ꝙ poterit ſi conſenſerit appella-
tus tantùm,& inuito appellante ſi iudex appellationis reuo-
cet grauamina ſi quæ ſit illata per eum à quo fuit appellatum
ipſi appellanti.etiã hoc no.Compoſt.in c.ſtatuimus. de elect.
lib.6.ſup verbo appellari. Et p̃dicta oppoſitio eſt vera cũ ap-
pellatur ad Papã.Et idẽ fortè cum appellatur ad ſuperiorem,
q adiri poterat in illa cã per modũ querelæ.In metropolita-
no verò quo ad cãm ſubditorum falſa eſt dicta oppoſitio, vt
patet.j̃.de fo.compe.c.Romana.3.reſpon.lib.6.& ibi de hoc
in prima glo. Nam coram eo etiam de vtriuſq; partis volun-
tate non põt omitti articulus appellationis, & ratio patet ibi:
poſſet etiam vera eſſe dicta oppoſitio in metropolitano, &
quocunq; alio qui non poſſet adiri per modũ querelæ,quan-
do eſſet



do eſſet appellationi delatum, & ratio patet ex dec.cũ appel
lationibus.j̃.eod.lib.6.Et idem tenet Inno.eo.tit.c. cordi. &
quod ibi per Io.And.ſuper verbo partium.& iſta no. hic Io.
And.ſuper verbo remittat.Tu etiam limita iſtud c.inquantũ
dicit,ꝙ iudex appellationis cognoſcit de tota cauſa ſi repe-
ritur eſſe appellatũ iuſtè:quia iſtud eſt verũ niſi in caſu.c. cũ
olim.s̃.de excep.quod huic.c.aſsignatur pro contrariò. dic,
vt ibi dixi.Aduerte etiam,ꝙ textus non declarat vtrũ iſte iu
dex appellationis fuerit ordinarius ſuper appellationibus
cognoſcendis,an verò delegatus Papæ ſuper illo articulo tã-
tũ per appellationem deuoluto. quo caſu maius eſt dubium,
an ſi pronuntiat benè appellatum,poſsit cognoſcere de tota
cauſa principali.& videtur,ꝙ non:quia articulus ille tantum
fuit ſibi commiſſus.glo.pen.videtur hic ſentire, ꝙ poſsit. Et
idem not.2.q.6.in fi. Et idem hic Inno. & Hoſt.inducunt de
teſt.c.Rainu.& de reſcrip.c.ſuper literis.& j̃.eo. c. Romana.
§.ꝙ ſi obijciatur.lib.6.Vin.dicit formam mandati ſeruãdã.
& propter hoc ſibi videtur,ꝙ non poſsit ſine nouo reſcripto
de principali cognoſcere,nec etiam de alia appel.cauſa, quæ
non fuerit expreſſa.credo intuenda verba reſcripti, vt dicit
Io.And.hic,& in fi.c. ¶ Octauò opponitur. iſte tex. & multi
alij innuunt,ꝙ valet impetratio literarum ad lites.Sed cõtra
de.§.ſi tibi.& §.ſe.in Aut. de mand.princ. & Aut.de quæſto-
re.1.reſponſo.& §.1.vbi dicitur,ꝙ ſi quis dimiſſo ordinario
vadit ad principem, remittit eum princeps cum correctio-
ne,& non dabit reſponſum.ad idem in Aut.vt diffe. iudic. in
prin.& per totum.Sol.iſta iura loquuntur de iure ciuili,ſecũ
dũ quæ nõ poteſt etiam adiri imperator omiſsis medijs, nec
principaliter,nec per viã appellationis. vt l. Imperatores.ff.
e.ſecus de iure canonico,ſecundũ quod principaliter,& per
viam appellationis põt omiſsis medijs Papa adiri.vt in c.ad
Romanam.& ſe.2.q.6.quod ius incedit rectius in hoc, per-
mitto conſiderare per te ipſum.¶ Quẹro.dicitur hic, ꝙ põt
ſemper appellari ex cauſa probabili, quæ expreſſa debent vl
14 tima reputari &c. † quæro ergo,quæ dicatur cauſa probabi
lis,ſiue rationabilis.glo.quæ incipit,& videtur, de hoc quæ-
rit,& ſoluit,ꝙ hoc relinquetur arbitrio iudicis.de hoc etiam
no.in Spec.de app.§.nunc dicamus.ver.1.Tenendum eſt er-
go, ꝙ an ſit deferendum, vel non ſtandum eſt arbitrio iudi-
cis à quo: caueat ſibi tamen,quia ſi non admittit appellatio-
nem legitimam punietur,niſi ſit priuilegiatus.s̃.eo.c.paſtora
lis.1.reſpõ.vel niſi probabilis error ipſum excuſet.j̃. de ſen.
exc.c.ſacro.vbi etiam de hoc.in antep.glo.& 2.q.6.c.ad Ro-
manam.in prima glo. An autem cauſa ſit probabilis,vel nõ:
dicitur.quando eſt dubium,relinquit arbitrio iudicis appel-
lationis. & hoc innuit tex.iſte dum dicit, ꝙ de hoc ſuperior
cognoſcit.& ad hoc ſupra de reſcrip.c.dilectus filius. Colli-
ge ergo,ꝙ quandoq; cauſa eſt probabilis manifeſtè, & iu-
dex à quo deferre tenetur,quandoq; eſt fruſtratoria manife
ſtè,& nõ tenetur,immò punitur deferens:& ſimiliter appel-
lans calumnioſè in quinquaginta libris auri in ciuili,& in cri
minali perdita lite vocatus accedat.C.e.l.proconſulibus. ſe-
cundũ Io.An.Vin.& Gof.Quandoq; appellatio eſt dubia ſit
legitima,vel non.& tunc deferre tenetur in dubio in d. c. ſa-
cro.ad fi.& hic in prædicta glo.& hoc caſu ſi op. faceret pro
appellãte,licèt cõtra eum pronuncietur, non condẽnabitur
in expẽſis.vt in Spec.de expenſis.§.nunc videndum. vbi ſatis
de hoc.& no.vnũ verbum huius gloſſ. ꝙ vbi iudex eſt dubius
ſit probabilis cauſa vel non,debet habere collationẽ ſapien-
tum.ad hoc ff.de fun.inſtruc.l.cum delanionis.§. aſinam. ibi
qua præſumptione,qui in quacunq; regione morantur.

ADDITIO.

a ¶ Dictio vt eſt modalis.Bar.in l.1.in verſ.vlterius quæro ff. de cond.& demon.idem in l.quibus diebus.§.Termilius eo.tit. Bal. in Aut.cui relictum.ver.quid ſi teſtator.C.de indic.vidui.tollen.Gemi. in c. ſicut. nu. 6.ver.quid importet.de verb ſig.lib 6.Sali.in l.1.C.de act.& obli. Quãdoq; ponitur pro ſicut,quandoq; pro ꝙ Bar.in l.1.ff.de eo, qđ cer. loc. qñq; ponitur in vim cãæ,vt hic.& Zab.& in Cle.2.de æta.& quali.

*SVMMAE.*

1 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
2 *Appellari poteſt à comminatione, ſicut à ſententia.*
3 *Iudex ſi lædit partem verberando, vel metum inferendo, an habeat locum recuſatio, vel appellatio.*
4 *Iudex poteſt ſententiam interlocutoriam reuocare. Et an hoc ſit verum ſemper.nu.7.& nu.9.*
5 *Iudex reuocando, quæ malè geſsit, dicitur vti ſano conſilio.*
6 *Reuocatio facta verbo non ſufficit, niſi de facto reuocetur.*
8 *Interlocutoria de iure canonico poteſt mutari ex cauſa. Et an inuitis partibus.nu.11.*
10 *Iudex an poſsit cogi, ſiuè compelli ſuam interlocutoriam reuocare. Et an poſsit pluries eandem interlocutoriam reuocare.*

CVm ceſſante Iudex in principa
li procedit ſi reuo
cat grauamen, propter qđ fuerat ab eo appella-
tum.& principium,& finis ponit duplicem cõſtitutionis cau
ſam: medium verò ponit quẹſtionẽ.ibi ſtatuimus. ¶ Primò
1 no.regulam † quòd ceſſante cauſa,ceſſat effectus. de qua in
l.generaliter.C.de epi.& cle.per Cy.& domi.Bal.& in l.2.ff.
de do. per Bar. & in c.poſt tranſlationem.s̃.de renun.c.cum
2 ſuis remiſsio.¶ Secundò no. † ꝙ appellatur à cõminatione,
ſicut ab interlocutoria:& intellige cõminationem omne præ
ceptum factum ſine cauſæ cognitione, vel etiam cum cauſæ
cognitione,ſi eſt iniquum,vel ſi comminatur, ꝙ lædat par-
tem:ab omnibus enim iſtis grauaminibus poterit appellari,
ſi ille,qui comminatur,prædicta facit tanquàm iudex:ſecus
ſi tanquã petẽs,& non tãquã iudex, quia tunc nõ appellatur
3 à tali cõminatione,&c.¶ † Quid ſi iudex partẽ lædit verberã
do,vel metũ inferendo. dicit Hoſt. ꝙ tunc locũ habet potius
recuſatio,quàm appellatio.tunc.n. p appellationẽ non tollit
maxillata.& qa talia fiunt vt plurimũ extra iudiciũ.& pariũt
inimicitias,& odiũ.& ex quibus iudex recuſatur.3.q.5.qa
ſuſpecti.nõ meminit Ho.de l.ſi quis prouocationẽ.C.eo. tit.
In illa.n.l.declaratur iſte articulus an ab iniuria facti poſsit
appellari.quod dic,vt ibi.& in Spec.de excep.§.viſo.verſ.ſed
4 ſi iudex.& ver.ſed nunquid.¶ Tertiò no.† ꝙ iudex põt ſentẽ
tiã interlocutoriã reuocare.concor.l.qđ iuſsit.ff.de re iud.&
j̃.dicã.diffinitiua aũt regulariter non reuocatur.fallit in caſi-
bus notatis p Io.An.j̃.de accu.qualiter.el.1. in ſecũda gloſſ.
5 ¶ Quartò no.† ꝙ iudex reuocando,qđ malè geſsit,dr̃ vti ſa
no cõſilio.cõcor.22.q.4.magnæ.laudabile eſt.n.errorẽ pro-
prium corrigere,nec expectare, ꝙ ab alijs corrigatur. vt in
Aut.de nup.§.1.col.4.& j̃.de accu.c.qualiter.Et aduerte,qa
a ſi grauamen fuit reale debet reuocare a de facto, nec ſufficit
dicere,ſum paratus reuocare, niſi de facto faceret ſecũdùm
Inn.qđ eſt no.ſecundũ Hoſt. Ego pro hoc allego l. ſeruus ſi
heredi.in fi.ff.de ſtatu libe.& l.qui decem.§.idem reſpõſum
eſt.ff.de ſolu.& idem Io.And.in c.vt circa.de elec.lib.6.in gl.
ſup verbo pſtito. Quandoq; aũt tacitè reuocatur: puta ſi qs
appellauit à iudice,ne procederet cõtra ipſum,quia exẽptus
ab ipſius iuriſdictione, iudex qui citauerat ſuper principali,
nunc aſsignat terminũ ad probandum exemptionẽ. hoc.n.
modo reuocat grauamen, quod intulerat quo ad proceſſum
principalis cauſæ.¶ Vltimò no.in fi.ſecundũ Hoſt.quòd bo
ni prẹtoris eſt,exceptiones, & dilationes ſuperfluas reſeca-
ro.de præſump.nullus.facit,quod dixi de excep.c. exceptio-
nẽ. ¶ Opponitur de l.ſiuè pars.C. de dila. vbi ſi iudex dedit
dilationẽ,conquieſcit officium ſuũ.So.vt no.in l. quod iuſsit
ff.de re iudi.circa fi. ¶ Secundò opponitur de l. quod ſemel
ff.de deci.ab or.fa.Sol.ibi loquitur de decreto, qđ tranſit in
formã contractus, vel quaſi,qui reuocari non põt ad volun-
tatem alterius contrahentis.vt l.ſicut.C.de act.& obl.hic ve-
ro loquitur in ſententia interlocutoria. nã de diffinitiua cer-
tum eſt, ꝙ non poteſt reuocari regulariter. vt l. ſi vt propo-
nis.

nis.C.quomodo,& quando iudex. ¶Et rō differentiæ eſt du
plex,quia diffinitiua fertur cū maturiori conſilio,puta in ſcri
ptis.ĵ.de re iudi.c.fi.lib.6.ergo eſt validior.C.de repud.l.du
bium.ſecunda ratio eſt,quia iudex diffiniendo cām functus
eſt officio ſuo.ſupra de offi,dele.in literis,quę rō ceſſat in in-
terlocutoria.aliæ aūt diſpoſitiones an poſsint reuocari,lōgū
eſſet tractare:oporteret.n.diſcurrere multas partes iuris, &
primò in legum diſpoſitionibus,& ſtatutis,de quibus in c.1.
de conſti.lib.6.Itē in vltima voluntate, de quibus in c. ſicut.
C.de act.& obl.& l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cām.facit qđ
not.de elec.c.cum cām,& de cle, coniu. diuerſis fallacijs. &
p Dy.plenè in regula,qđ ſemel placuit.de reg.iur.lib.6, &c.
¶Tertiò opponitur.dicitur hic,ꝙ à cōminatione iudicis ap
pellatur.contra de l.in peremptoria.ff.de iudic. vbi iudex ex
officio cōminare debet,nec propter hoc appellari. Sol, vt in
principio glo.magnæ,cui adde,quod no.Spec.in tit.de ap.§.
in quibus.ver.37.¶Quartò oppo.de l.nemo.ff.de reg.iur.&
de c.mutare.de reg.iur.lib.6.Sol.dicit gloſſ. ꝙ iudex re inte-
gra reuocare poteſt:tunc.n.nulla aduerſæ parti irrogatur in-
iuria.Si autem propter dictam appellationem aliquid inter-
eſſet ſua,non poſsit reuocare:niſi ſibi ſatisfacto de intereſſe.
ĵ.eod,interpoſita §.2.Hoſt.tenet, ꝙ donec ſit iuriſdictio ab
dicata à iudice à quo ſemper poterit reuocari:quia iſta reuo
catio non fit in partis iniuriam,ſeu p̄iudicium,vt opponitur,
ſed potius fit ad litigatoris expedientiam.vt in fi.c. Si aūt iu-
dex eſſe deſierit,puta tradendo Apoſtolos delatorios,vel tra
dere recuſando infra tempus debitum, vel ſi iudex appella-
tionis inhibeat appellatione recepta:his enim caſibus, cū de
ſierit iudex reuocare,non poteſt grauamen. quod dic, vt in-
fra c.cum appellantibus.& c.vt ſuper.& quod ibi per Io. An.
in glo.antequàm.& c.Romana.§.ſi verò.ĵ.eo.lib.6.¶Venio
7 ad quæſtiones,& quærit gloſſ.† vtrum iudex poſsit ſemp ſuā
interlocutoriam reuocare,& tenet quod ſic.dicēs, ꝙ quo ad
iudicem non tranſit in rem iudicatam quominus reuocare
poſsit etiam poſt 10.dies.ſed quo ad partem bene tranſit in
rē iudicatam:vt habes in glo.alij,vt Inno.& Abb. dicunt,qđ
poſt 10.dies ſine licentia illius pro quo lata eſt. Iudex nō po
teſt ſuam interlocutoriā reuocare.ſed ante 10. dies, vel poſt
vbi appellatum eſt,reuocare pōt.vt l.quod iuſsit.ff.de re iud.
niſi appellans feciſſet expenſas.tunc.n.ad plenum non reuo-
catur grauamen,niſi reſtituerentur expenſæ, vel niſi appella
tionis cauſa ſit iam commiſſa ſecundū Guil. qui ita dicit, ſe
obtinuiſſe in Spec.de excep.§.viſo.ver.ſed nunquid iudex.fa
cit ad hoc,quod no.Io.And.ſ̃.quod metus cauſa.c.fin.ſuper
verbo ab ipſo.ver.quid ſi iudex.Tertia eſt opi. Hoſt.dicētis,
ꝙ ex officio ſuo poteſt etiā poſt 10.dies.ſed ad partis inſtan
tiam nō tenetur reuocare.Inducit ſimile.ſ̃. de teſti.c. p tuas.
& c.cū clamor.Et iſta opi,in idem reſidet in effectu cū opin.
glo.Quarta eſt opi.Ioan. And. diſtinguentis tres ſpecies in-
terlocutoriarum. nam quædam præparant, vel ordinant li-
tem, quædam incidunt in incidentia, vel emergentia, quæ-
dam iubent aliquid reſtitui, vel dari, vel non fieri, ſiue
aliud ęquipollens.de primis interlocutorijs,quæ præparant,
vel ordinant litē,dicit,ꝙ poſſunt reuocari. vt ſi iuſsit adeſſe
Calendis,pōt iubere,vt adſit Idibus.vt l.qualem.in fi.& l.diē
proferre.in principio.ff.de arbi.Non obſtat,ꝙ dilatione pē-
den.iudicis officiū cōquieſcit.vt l.ſiuè pars,C.de dila. Reſpō
dit.n.vt no.ĵ.eod.c.ſignificante ſuper 3.glo.per Ioan. An.in
ſecundis verò interlocutorijs,quæ incidunt, vel emergunt in
lite quidam dicunt,ꝙ eas reuocare poteſt indiſtinctè p iſtud
c.quod generaliter loqtur.ĵ.de priui.c.quia circa.alij dicūt,
ꝙ reuocare nō pōt,cum ex ipſis quæratur ius parti, ſicut ex
diffinitiua,quantum ad articulū deciſum.alij diſtinguūt,ſint
elapſi 10.dies,vel non,vt ſupra per Inno,alij vt Hoſt.dicunt,
quod pōt ex ſuo officio, non ad partis inſtantiam poſt 10.
dies.Circa tertiā ſpeciem interlocutoriarum, in quibus iu-
betur aliquid fieri,dari,vel reſtitui,legiſtæ tenent,ꝙ reuoca-
ri non poſſunt. Sed Ioan. And. circa prædictas tres ſpecies
8 tradit regulam generalem † ꝙ omnis interlocutoria de iure
canonico pōt mutari ex cauſa,adducit l.1.in fi. ff. de præto.
ſtip.ſine cauſa verò non poſſunt,maximè poſt decem dies ſi-
ne voluntate partis, pro qua lata eſt. & ſic intelligatur opin.
contraria.adducit ĵ.eo.c.vlt.lib.6. Nam ſi iudex appellatio-
nis omnem interlocutoriā latam per iudicem à quo, & quæ
concernit cauſam principalem poteſt reuocare,vt ibi, ita ēt
poſsit iudex ipſe à quo.adducit etiam, quod no.Inno.in c.ſa
cro. de ſen.exc.vbi licèt ſuper hoc titubet, tamen poſtea ſic
concludit.vel dic idem in alijs interlocutorijs, vt de expēſis,
& ſimilibus,quod reuocari poſsint à proferente, etiam poſt
quàm per lapſum 10.dierum tranſierint in rem iudicatā. &
ſic loquatur lex.quod iuſsit.nam ſicut ex officio ſuo,ſiue ſo-
lemnitate condemnat, ex quo partibus oritur ius, & actio.
ſic,& ſine magna ſolēnitate reuocari poſsit.arg.4.q.5.c. qſ-
quis.fatetur tamen Inno.ꝙ,ſi ſine cauſa reuocet,poterit ap-
pellari.dominus Bart,in d.l.quod iuſsit, in prædicta quæſtio
ne aliter,quàm alia duo mēbra diſtinguit. & ſic ꝙ ſunt quæ-
dam interlocutoriæ,per quarum prolationem iudex deſinit
eſſe iudex,& finitur officium ſuum, vt ſi pronuntiet non eſſe
procedendum.vel ſe non eſſe iudicem competentem.& iſtas
non poterit reuocare:quia habent vim diffinitiuæ quo ad il-
lam cauſam.pro hoc benè facit c.ſignificantibus.ſ̃. de offic.
dele.Quædam eſt interlocutoria, qua lata iudicis officiū nō
finitur,ſed adhuc durat, & iſtam indiſtinctè poterit iudex re
uocare.& ita intelligitur d.l.quod iuſsit.& iſtud.c.&c. ¶Se-
9 cūdò quæritur.† in caſibus, in quibus pōt reuocare, an po-
terit omni tēpore. plura enim ſunt tempora in iudicijs, quò
ad propoſitum noſtrum:nam quoddam eſt tempus 10. die-
rum ad appellantem poſt grauamen illatum, quoddam eſt
tempus poſt grauamen illatum vſque ad ſententiam, quod-
dam eſt poſt ſententiam diffinitiuam,quoddā poſt executio
nem ipſius interlocutoriæ. vſque ergo ad quod tēpus datur
hæc poteſtas iudici reuocandi,dic breuiter,vt ſ̃. dixi, ꝙ pōt
vſque quo functus fuerit officio ſuo ſuper illa cauſa, hoc eſt
vſque ad ſententiam diffinitiuā, vel vſque quò detulerit, vel
inhibitum ſibi fuerit per iudicē ad quē,vt dixi ſupra in quar
ta oppoſitione:poſtquàm verò interlocutoria fuit executio-
ni mandata reuocare nō poteſt,niſi cauſa cognita,vel de par
tium voluntate. vt probatur in l. 1. in fi.ff. de præto.ſtipu.Et
hac rōne reuocat primum decretum,& tenutā.ſ.cauſa cogni
ta,vt in Aut.ei qui.C.de bo.autho.iudi.poſ.Item prætor mā-
dat nuntiari nouū opus, & nuntiationē reuocat. vt l. ſi opus.
ff.de oper.no.nun.& hoc not. Bart.in d.l.quod iuſsit.vbi etiā
10 quærit † an iudex poſsit cogi, ſiue compelli ſuam interlocu-
toriam reuocare,& dicit quod non de iure canonico. quia
talis reuocatio grauaminis petitur coram iudice appellatio-
11 nis. ¶ † Quærit etiam,an inuitis partibus poſsit reuocari.&
12 dic,vt ſupra dixi.aut eſt mādata executioni,vel non. ¶†Itē
quærit,an poſsit pluries eandem interlocutoriam reuocare.
tenet, ꝙ bis tantum ſecundùm Dy.vt l.fideicommiſ. §. ſi qs
10.ff.de leg.3.Item quærit,an poſsit reuocare partibus ab-
ſentibus.Item quid iuris ſi ſuper eodem apparent duæ ſentē
tiæ interlocutorię contrariæ,nec apparet,ꝙ iudex tulerit ſe-
cundam animo reuocandi primā.dicit ipſe, ꝙ prima nō vi-
detur reuocata,quia ſecunda præſumitur lata per errorē: nā
in iudice ordinario propter multitudinem factorum præſu-
mitur iuſta ignorantia. ad hoc benè facit c.cum olim. ſ̃. de
re iudi.& c.auditis.ſ̃.de procura.per Inno.

ADDITIO.

a ¶ Reuocare.Non ſufficit verbo reuocare niſi de facto reuocetur.adde Bal.in l.acceptam.1.oppoſi.C.de vſur.c.ſi iudice.de appel.lib.6.

*SVMMAE.*

1 *Iudex, qualiter procedat,cum recuſatur vt ſuſpectus, & qualiter cum grauat partem.*

Cauſa



2 *Cauſa ſuſpitionis eſt proponenda coram iudice recuſato, ſiue ſit ordinarius,ſiuè delegatus. & nu.8.& 9.*

3 *Suſpitio iudicis debet eſſe iuſta,& emiſſa ex cauſa probabili.*

4 *Electio arbitrorum ad quem ſpectet.*

5 *Iudex, contra quem ſuſpitio eſt probata, debet committere cauſam perſonæ non ſuſpectæ de recuſatoris aſſenſu, vel tranſmittere ad ſuperiorem.*

6 *Delictum,quando eſt manifeſtum per confeſsionem rei euidentis, vel alio modo, non admittitur appellatio.*

7 *Generalis conſtitutio non derogat ſpecialibus obſeruationibus regularium contra regularem conſtitutionem diſponentibus.*

10 *Proceſſus iudicis recuſati poſt eius recuſationem factus an valeat.*

11 *Recuſauit aliquis iudicem ex cauſa legitima,& in iure expreſſa, iudex pronunciat ipſam non legitimam,vel contra illegitimam,pronunciauit legitimam,an valeat. Et an poterit appellari.nu.13.*

12 *Iudex an poſsit recuſari ex cauſis non expreſsis in iure.*

14 *Iudex an ſit ſemper citandus ad defendendum ſenteutiam,& proceſſum ſuum.*

CVm ſpeciale ſit Prouidet con-
cilium contra
fruſtratorias recuſationes, & appellationes ſubdi-
torum, quas à prælatis moniti interponunt, vt correctione
eludant.h.d.& primò expedit tractatū friuolæ excuſationis.
ſecunda ibi [porrò:] proſequitur tractatum friuolæ appella
1 tionis.¶Primò no.† ꝙ alio modo proceditur,cum iudex re
cuſatur vt ſuſpectus. alio modo cum grauat partem. quia in
primo recuſationis, ſecūdo appellationis remedio opus eſt.
& ex hac diuerſitate,vt puto, dicit Inno.ꝙ à iudice,quem ſu
ſpectum habeo,non poſſum recedere appellando, ſed appel
lationem forma hic tradita proponendo.non enim ſequitur,
eſt ſuſpectus,ergo me grauat,& iuſto grauamine appellatur.
vt ſ̃.c.vt debitus.Nec obſtat,quod hic dicitur,ꝙ monitus ha
bet vtrunque remedium. quia intelligitur ex diuerſis cauſis
non ex eadem,ſcilicet vt recuſet propter ſuſpitionem, & ap-
pellet pp grauamen,& per eundē modum reſpondetur ad c.
2 quoties il 1.2.q.6.¶Secundò no.†ꝙ cā ſuſpitionis eſt propo
nenda coram iudice recuſato,& hoc ſiuè ſit ordinarius, ſiue
delegatus. de ſubdelegato autem ĵ.dicam poſt Io.An.Et qd
iuris,ſi vnus ex pluribus recuſatur, an coram omnibus alijs,
vel coram illo tm̄ erit recuſatio ꝓponenda.dic vt in c.ſi con-
3 tra vnum.de offi.delega.li.6.¶Tertiò nor.† ꝙ ſuſpitio debet
eſſe iuſta,& emiſſa ex cauſa probabili. de quo multa exēpla
vide p Hoſt.in ſumma.eo.ti. ſub rubrica de recuſation. §. ex
quibus cauſis.& in Spec.eo.ti.1.§.ſupereſt videre.¶Quartò
4 not. † ꝙ ad partes ſpectat electio arbitrorum.& ſi iudex lo-
cū partis obtinet,ptinet electio ad ipſum iudicē. Ex quo col
ligit Inno.quòd iudex,à quo appellatur, citari debet ad de-
fendendam ſententiam,& proceſſum ſuum,de quo in gl.ſed
qualiter.quę tenet,ꝙ ſi actor, & reus appellationē ꝓſequun-
tur, non eſt neceſſe citare iudicem.quod verum eſt, niſi læde
retur ius ſuum.puta quia dicitur feciſſe litem ſuam, vel inci-
derit in conſtitutionem cū æterni.de re iudi.lib.6. & proba-
tur hoc.ĵ.de ſen.ex c.venerabilibus.§. actum.il 1. Et circa
iſtos arbitros eligēdos vide quod no.in l.cum ſpetialis. C.de
iudi.vbi dicit textus,ꝙ à ſententia talium arbitrorū pōt ap-
pellari.quia non ſunt arbitri voluntarij, ſed neceſſarij, quos
partes cogūtur eligere.ad idem ĵ.de offi.deleg.c.de arbitris.
5 lib.6.¶Quintò no.† ꝙ probata cauſa ſuſpitionis iudex,con
tra quem ſuſpitio eſt probata,committit cauſam perſonę nō
ſuſpectæ de recuſatoris aſſenſu,vel ad ſuperiorē tranſmittit.
cuius autem ſit electio an remittere, vel committere non ſu-
ſpecto. quidam intelligunt hunc tex. quòd ordinarius recu-
ſatus delegat de recuſatoris aſſenſu.ſed delegatus recuſatus
remittit ad delegantem. & ſecundum hoc, quod ſequitur ad
ſuperiorem: expone ſcilicet ad delegantem. Sed alij intelli-
gunt, ꝙ etiam ordinarius recuſatus remittit ad ſuperiorem.
qđ Hoſt.dicit, ſe nunq̄ vidiſſe obſeruari,vel audiuiſſe.& illud
quod hic dicitur,quòd recuſatione probata recuſatus com-
mittit cauſam de recuſatoris aſſenſu, intellige in ordinario
recuſato.delegatus autem recuſatus, vel recuſandus an poſ-
ſit cauſam ſubdelegare,dic vt in c.iudex. de offi. dele. lib. 6.
vtrum etiam recuſatione probata coram arbitris ipſis arbi-
tri cognoſcent de cauſa principali. Ex iſto c.& ex his vide-
tur, quòd non.quia cauſa ſuſpitionis probata,debet recuſa-
tus delegare cauſam, vel remittere.& per hunc textum vide-
tur corrigi d.l.cū ſpecialis.C de iudi.quæ dicit,ꝙ ipſi arbitri
de cauſa principali cognoſcent. Sed ibi loquitur in delegato
recuſato, non in ordinario.quod dic,vt dixi ſ̃.eo.c. ſecundo
6 requiris.per Ioan.poſt Hoſtiē.¶Sexto no.† ꝙ vbi offenſum,
vel delictum eſt manifeſtum per confeſsionem rei euidentis,
vel alio modo,non admittitur appellatio. & ſic confeſſus nō
appellat. quod dic vt in gl.¶Septimo nota, quòd appellatio
emiſſa ex cauſa probabili ſemper eſt per iudicem admitten-
da, qua non probata debet appellans remitti ad iudicem à
quo.idem per omnia habetur.ſ̃.eod.c.vt debitus. ¶ Vltimo
7 no.† ꝙ generalis conſtitutio non derogat ſpecialibus obſer-
uationibus regularium ſupra regularem conſtitutionem di-
ſponentibus.facit ca.1.ĵ.de conſti.li.6.¶Venio ad quæſtio-
nes:& primo quæro. dicitur hic,quòd qui dicit iudicem ſu-
ſpectum, debet legitimam ſuſpitionis cauſam allegare corā
8 eo.† Quæro ergo de quo iudice loquatur, an de ordinario,
an de delegato. Solutio vt in glo.quæ incipit.nota ergo. quæ
etiam ſubdit,quòd non ſolum recuſatoris,ſed etiam alterius
9 partis requiratur aſſenſus. ¶Secundò quæro † an iſta conſti
tutio locum habeat cum recuſatur ſubdelegatus, vt corā eo
ſit proponenda cauſa ſuſpitionis.no.Ioan.And.ſuper verbo,
iudicem.& dicit quòd non, ſi delegatus ſubdelegaus eſt præ
ſens.quia tunc coram eo eſt proponenda.vt no.ſ̃.de offi.de-
lega. ſuper quæſtionum. §.fi. Si autem delegatus eſt abſens,
tunc dicunt quidam,ꝙ eo abſente debet fieri proteſtatio co-
ram ordinarijs,de quibus in d.l. cum ſpecialis. cui ſtandum
eſt,poſtq̄ non inuenitur per canones reprobata. Alij dicunt
quòd delegato abſente debet recuſans venire coram ſubde-
legato,& ipſum recuſare ſimpliciter propoſita cauſa legiti-
ma corā,& ſignificare ꝙ vult ire, vel mittere ad delegatum à
quo ꝓbata cauſa recuſationis vult obtinere cauſam alij com
mitti.& extunc ſubdelegatus procedere nō debet. & ſi ꝓceſ
ſerit,vel cām nō admiſerit,appellari debet ab eo.& hoc ipſo
iudicabitur eius appellatio legitima,ꝙ caſus rationabiles re
cuſationis non admiſit etiam ſi non probauerit ſuſpitionem
allegatam.vt infra eodem c.interpoſita.¶Sed hic incidenter
10 quæritur.† pone quòd propoſuit quis cauſam recuſationis,
quam iudex non admiſit, vel de ipſa mentione non facta ad
a vlteriora proceſsit:an valeat proceſſus. a dicit Inn. quòd nō
meminit ſe legiſſe quando proceſſus ſubdelegati,delegati,&
ordinarij teneat etiam poſt recuſationem habitus, niſi ab eo
appelletur, vel alio modo legitimo cauſa eximatur à ſua iu-
riſdictione.inducitur pro,& contra l.non diſtinguemus.§.cū
quid.ff.de arbi. Sed Hoſtien. dicit q̄uque ab ipſo Inno.audi-
uiſſe contrarium,& remittit ad ſummam de offi.delega.ſub.
§.ſed nec illud.verſi.quid ſit effectus.à principio vſq; ad ver.
ſed qd ſi ſubdelegatus.do.Io.de Lig.allegat pro Hoſti.c.legi
tima.ĵ.eo.lib.6.& dicit,ꝙ hoc tenet Archi.& Io. Mo.de offi.
deleg.c.iudex.§.poſt.li.6. Idem tenet Bar.ſ̃.de offic.deleg.c.
ſuſpectionis.in vltima glo. Bar.idem conſuluit. ſcilicet quod
proceſſus non valeat per l.1.C.ſi.quacunque prædi.po.vbi al
legans ſuſpitionē hoc ipſo eximitur à iuriſdictione iudicis,&
per conſequens non valet,quod agit.de hoc in Spec.de recu-
ſa.§.qualiter.verſic.ſed quis cognoſcet. Tertio quæritur.po-
11 ne † quod recuſauit quis iudicem ex cauſa legitima, & in iu-
re expreſſa iudex pronunciauit ipſam non legitimā,vel econ
tra illegitimā pronūciauit legitimā,an valeat.Io. An.ſup ver
bo recuſationis poſt Inn.dicit,ꝙ conſideranda eſt forma in-

terlocutionis iudicis.aut enim pronunciauit ſuper cauſa,quia
legitimam pronunciat non legitimam,vel econtra,& eſt nulla
ipſo iure.quia contra ius ſcriptum.2.q.6.diffinitiua quarũ nõ
pronunciat ſuper iuribus cauſæ intentatæ. ſed contra ipſum li
tigatorē proponentē legitimam cauſam,quam iudex pronun
ciat non admittendã. & tunc valet talis ſnĩa, niſi appelletur,
cum ſit lata contra ius litigatoris, vt s̃.titu. 1. cum inter.facit
2 qđ no.in l.2.C.quando prouo.non eſt neceſſe.¶† Quid de du
bijs cauſis,hoc eſt in iure non expreſsis.an poſsit iudex à tali
bus cauſis recuſari ita quod iudex teneatur admittere. glo. 4.
ſentit,ꝙ ſic.Idem Inn.& Ioan.And.nam multæ cauſæ poſſent
obuenire,quæ eſſent iuſtiores, quàm expreſſæ in iure. & hoc
relinquendũ eſt arbitrio iudicis.pone enim quod eſt compa-
ter,vel patruus,vel affinis coniugis,non.n. iſtæ cauſæ ſunt ex-
preſsę in iure,vt ſi recuſari quis poſsit ex aliqua ipſarũ. & ta-
men ad iſtas perſonas habetur magna affectio. & ideo ſuper
hac glo.4.ſubdit Io. An. notabile verbũ. ꝙ in cauſis ſuſpitio-
nis non expreſsis in iure habeatur conſideratio ad mores re-
gionis. Nam in certis regionibus plus ſe diligunt conſangui-
nei quantuncunq; remoti,quàm in certis alijs.vt dixi s̃.eod.c.
3 poſtremo.¶ † Hic etiam incidenter quæritur.ſi iudex cãm al
legatam pronunciat non legitimam,an poterit appellari. vi-
detur,ꝙ non,cum hoc ſuo arbitrio relinquatur. tenet Inn.ꝙ
appellari poterit.quod verbum no. vt ſcilicet in his, quæ arbi
trio iudicis ſunt cõmiſſa,poſsit appellari.concor. qđ no. Inn.
in c.vltimo,s̃.de ferijs. & j̃.de accuſ.c. ſuper his. ſuper verbo
arbitrium. Conclude ergo,quòd inter ius ſcriptum, & æqui-
tatem permiſſum eſt iudici in cauſis arbitrari, & remittit ſu-
pra de poſtula.c.1.verſi.nec valet.& ibi per Io.An.ſuper ver-
bo no.Talis tamẽ interpretatio non facit ius niſi inter partes.
nam gñalis interpretatio, quæ ius conſtituat inter oẽs, nõ fit
ab alio,quàm à principe,vt C. de legi.l.fi.& j̃.qui fi. ſint legi.
c.per venerabilẽ.§.rationibus.ſecundũ Io.An.Ego dico,qđ ſi
lex,vel canon ſit certo modo per iudicẽ interpretata,talis in-
terpretatio in cauſis ſimilibus eſt ſequenda per eoſdem iudi-
ces,& ſucceſſores,vt l.minimè.ff.de legi.& l. ſi de interpreta-
4 tione.eod.tit.¶† Quarto quæritur,an iudex ſit ſemper citan-
dus ad defendendũ ſententiã,& proceſſum ſuum.glo.quæ in-
cipit,ſed qualiter, dicit qđ ſic,ſi iudex interuenerit in iudicio
tãquàm pars.puta quia ꝓcedit ex officio: aliàs ſecus. de hoc
no.Inn.s̃.de procur.in noſtra.vt dixi s̃. in notabilibus. & hic
plenius in nouella ſuper verbo,cum iudice.vbi ſubdit ſi deli-
ctum ſit notorium,an ſit loco recuſationis iudicis,videtur qđ
non:quia tunc non eſt locus appellationi,vt in §. porrò. dicit
notabiliter Io.An.ꝙ quandoq; pęna delicti notorij eſt certa,
& limitata à iure, quod qñ iudex vult imponere: non poterit
recuſari, ſicut neque poſſet merus executor.vt s̃.ca.propo-
ſuit.aut vult infligere arbitrariam, & à iure non ſtatutam, &
tunc poterit appellari,quia poſſet iniquè arbitrari.cum.n.ar-
bitrium habeat annexam cauſæ cognitionẽ, dictat ratio natu
ralis,ꝙ perſona ſuſpecta nõ arbitretur æquè, & ſi dicatur cer
tè poterit appellari,& ſi iniquè arbitrabitur.dic quod iſta nõ
eſt iuſta allegatio, quia ſecundũ hoc nunquàm poſſet aliquis
recuſari,& melius eſt ante tempus,&c.vt l.fi.C. in quibus cau
ſis in integ.reſti.non eſt neceſſe.

ADDITIO.

a ¶ Valet proceſſus. Inno.in c.cum ſuper.de offic.dele.& hic.& do. Ant.& Card. Alex.conſi.182.vol.2.& conſi.86.1.volu.tenet quod valet:niſi appelletur.Bar.& Ag.contra in l.1.quia poterat.ff. ad Treb.per l.1.C. ſi qua cunq; prædi.po.vbi Bal.tenet cum Inno.vide Pau.de Ca conſi.22. qui refert opi.& ſequitur Bar.& Arch.in c.cum plures,de offi.dele.in 6. Alex.in d.l. quia poterat.

*SVMMAE.*

1 *Eccleſia vna poteſt vendicari à tertio,qui ipſam poſsidet iure proprietatis.*
2 *Factũ procuratoris ſi contradicat ei, quod dominus fecit prius indirectè,ꝓualet factũ domini, ſi eadẽ die reuocat factũ procuratoris.*
3 *Obiectus præſcriptionis habet vim litis conteſtationis.*
4 *Exceptiones dilatoriæ ſunt proponendæ ante litis conteſtationem, & an inter ipſas ſit ordo.*
5 *Delegatus ab alio,quàm à principe,non ſubdelegat.*
6 *Appellans debet probare veritatem cauſæ in appellatione deductæ.*
7 *Iudex licet non grauet ex animo,ſi tamen grauat,appellari poteſt.*
8 *Delegatus an poſsit ſubdelegare poſt litem conteſtatam.*

CVm cauſam. Si iudex confeſsionẽ aduocati eadem
die reuocatam pro litis conteſtatione velit habe-
re,vel proceſſum à ſubdelegato factũ ratificet, ab ea lite ap-
pellatur.h.d.Et in prima narratio appellantis.In ſecunda iudi
1 cum datio ibi: mandamus. ¶ † Primò not.ꝙ vna eccleſia po
teſt à tertio,qui ipſam poſsidet, vendicari, & debet intelligi
iſte textus,cũ dicta eccleſia vẽdicat iure proprietatis,nõ tan-
quàm in titulũ, quia tunc non fuiſſet litis conteſt. neceſſaria.
vt in cle.diſpendioſam. de iudi. altero.n. ex prædictis modis
vẽdicatur eccleſia,vt in c.1.& 2.j̃.de eo qui mit.in poſ. lib.6.
2 ¶ † Secundò no.quod cum factum procuratoris contradicit
ei, ꝙ prius fecit dominus indirectè,præualet factum domini,
ſi eadem die reuocet factum procuratoris. facit ad not. c. ſi
duo.de procurato.lib.6. In extraiudicialibus vero (vtputa in
contractibus)an valeat factum domini, vel procuratoris fa-
3 cientis contrariũ.dic vt l.ſi hominem.ff. man. ¶ † Tertiò hic
colligitur, ꝙ obiectus præſcriptionis habet vim litis conteſt.
4 de quo in glo.& j̃.de litis conteſt.c.2.lib.6. ¶† Quartò no.ꝙ
ante litem conteſt.ſunt exceptiones dilatoriæ proponẽdæ, in
ter quas an ſit ordo,dic,vt s̃.tit.1.c.inter monaſterium. facit
quod no.in l. ſi quæramus.ff.de teſta.per Bar. & Bal. vbi not.
5 quid iuris,ſi ordo ſeruandus in ipſis peruertitur,&c.¶† Quin
tò no.quòd delegatus ab alio,quàm à principe,non ſubdele-
gat.de quo in glo.& l.à iudice.C.de iudi. per docto. ¶ Sextò
colligitur.ꝙ termino dato dilatorijs proponendis videtur re-
nunciari per actum,qui ſapiat litis conteſt.vt per reſponſionẽ
indirectam.facit l.ad ſolutionem.C.de re iudi.& s̃.tit.1.quod
6 ad conſultationem: ¶† Septimò no. ꝙ appellans debet pro-
bare veritatem cauſæ in appellatione deductæ. de quo infra
dicam.¶ Vltimò no.in verſi.iudices. iſti ducti errore repule-
runt iſtam reuocationem confeſsionis,ex quo no.Ioan.And.
7 † ꝙ licet iudex non grauet ex animo,ſi tamen grauat, appel-
lari poteſt.de quo remittit ad not.per eum s̃. eo. c. ex parte.
¶ Venio ad oppoſitiones: dicitur hic, ꝙ iſte prior reuocauit
confeſsionem aduocati allegantis præſcriptionem,quia erat
contraria ſuæ petitioni. Sed contra. quia prior iſte nitebatur
ex præſcriptione:ergo confeſsio aduocati non erat contraria
ſuæ intentioni.Item hic prior non agebat, ſed cõueniebatur:
ergo malè dicit tex.quòd erat contraria petitioni ſuæ. Solu-
tio,dic ꝙ factum aduocati erat contrarium facto domini in
modo,ſcilicet anticipando tempus debitum in proponendo
exceptionem peremptoriã: vtilius eſt enim reo iudicium ex-
cludere per obiectum dilatorię,quàm ea omiſſa iudicium in-
gredi,cuius dubius eſt euentus:vt l.eo tempore.ff.de pęcul.&
dominus petebat hic in iudicio non procedi. In iſtis ergo fa-
ctum aduocati contrariatur facto domini tendentis ad exclu
ſionem iudicij,aduocati aũt ad ipſius ingreſſum &c.¶ Secun-
dò opponitur:dicitur hic, ꝙ ſi dñs confeſsionem aduocati re
uocauit eodẽ die,appellatio ab eo interpoſita fuit iuſta: quaſi
innuat ſecus eſſe, ſi eodẽ die non reuocaſſet. Sed contra. C.de
erro.aduo.l.3.vbi infra triduum reuocari poteſt. Sol. vt in gl.
quæ incipit,ſed nunquid.ſuper qua dicit Io. And. ꝙ aut quæ-
ritur de effectu confeſsionis,quo ad iudicium negotij princi-
palis.& habent locũ iura obligata in gl. aut quo ad litis ordi-
nationẽ per cõteſtationẽ,& habet locum iſtud c. de materia.
dic vt in c.olim. j̃.de cenſi.¶ Tertiò opponitur.dr̃ hic, ꝙ dele
gatus ab alio,quàm à principe, nõ ſubdelegat. Sed contra de
c.cum Bertoldus.s̃.tit.1.Solu. aut vult quis delegare articulũ,
qui



qui requirit cauſæ cognitionẽ,puta receptionẽ teſtium ſuper
articulo per iudicem nõ examinato,& non põt, vt hic: aut ar
ticulus ille non exigit examinationem, puta, quia teſtes ſunt
cõprobati, & articuli examinati ita qđ non reſtat niſi exami-
natio facti tñ,& põt fieri,d.c.cum Bertoldus.& ibi per Ioan.
8 And.ſuper gl. ſed qualiter.† Aduerte tamen ad dubiũ, quod
hic mouet glo.an poſt litem conteſt. poſsit delegatus ſubdele
gare.arguit,qđ ſic ad ſimilitudinẽ procuratoris, qui põt aliũ
ſubſtituere poſt litẽ conteſtatã.vt l.neque.C.de procura.& j̃.
de procur.c.1.lib.6. Io. An.ſuper dicta gl. tenet contrarium.
& aliud in ꝓcuratore,qui per litis cõteſt. effectus eſt dñs in-
ſtantiæ,& ideo reuocari non põt,vt ibi: & aliud in iudice dele
gato,qui ſemper reuocari põt:vt l.iudicium ſoluitur,ff.de iu-
di.Item in conteſtatione procurator eſt, vt agens,iudex,vt pa
tiens.fortius ergo operetur conteſtatio in agente, q̃ in patien
te.facit s̃. quod metus cauſa,c.ſacris. ¶ Quarto opp.iſte tex.
in fi.exigit,ꝙ appellatio debet iuſtificari ex cauſis deductis in
appellatione.Sed contra.de l.ſcio.ff.eo.& de iuribus allegatis
in vltima gl.So.hic loquitur, cũ eſt appellatum ab interlocu-
toria,quæ debet iuſtificari ex cauſis allegatis.vt in cle. appel-
lanti.j̃.eo.contraria loquuntur, cum appellatur à diffinitiua.
facit qđ no.80.diſt.c.1.& 2.q.6.non ita.vbi de hoc.Et aduer-
te,quia ſi plures cauſæ grauaminis exprimũtur in appellatio-
ne ab interlocutoria,curia nõ exprimit niſi vnam, & eligit ex
deductis.caueãt ergo ſibi appellantes, ne falſam cauſam ex-
primant,vel quã ꝓbare non poſſunt.ad qđ reprimendũ ęqua
vr̃ dicta conſuetudo, ſiuè cauſæ ſe compatiantur adinuicem,
ſiuè nõ.de quo in Spe.eo.ti.§.de off.in prin.penul.col.Et prę-
dicta, quæ hic dicuntur de cauſis exprimẽdis in appellatione
vel non:habent locũ in appellationibus emiſsis in iudicio. de
emiſsis vero extra iudicium,& in cauſis electionũ,dic vt in c.
vt circa.de elec.lib.6.& cle.conſtitutionẽ.eo.titu.in alijs vero
cauſis extra iudiciũ exprimẽdis in appellatione, vel nõ,dic vt
s̃.eo.c.bonæ.& c.cũ in cunctis. j̃.de his,quæ fi.à ma.par.ca.

*SVMMAE.*

1 *Executor gratiæ apoſtolicæ debet legitimas exceptiones admittere, aliàs licitè appellatur ab eo.*
2 *Sententia cenſuræ executoris gratiarum qualiter poteſt vitari.*
3 *Literæ ſi non faciunt mentionem de numero canonicorum,non valent.*
4 *Appellatio vt cenſeatur efficax, quæ requirantur.*
5 *Appellans ſi in cauſa appellationis vult proſequi nullitatem proceſſus, vel ſententiæ tantum, vel vult ſimul proſequi iniuſtitiam, & nullitatem, an poſſit, & nu. 12.*
7 *Libellus qualiter formetur in cauſa appellationis.*
8 *Appellans an poſsit agere de nullitate ſententiæ coram iudice appellationis, quando appellatum eſt ab interlocutoria, et poſt appellationem fertur ſententia diffinitiua, à qua non appellatur.*
9 *Appellans in iudicio ſiue extra iudicium ante ſententiam, ſi iterum appellat poſt ſententiam, an per appellationem poſteriorem videatur renunciare priori, vel ſententiam latam ratificare.*
10 *Iudex quis debeat adiri ſuper nullitate an appellationis, an iudex, qui tulit ipſam ſententiam.*
11 *Iudex aditus ſuper nullitate ſententiæ an poterit ipſam confirmare ex alia cauſa.*
12 *Iudex confirmauit ſententiam, quæ erat nulla, à qua fuerat appellatum, an talis ſententia valeat, & habeat robur.*
13 *Proſecutus vnam cauſam nullitatis ſi ſuccumbat, an poterit poſtea aliam nullitatem proſequi. Et ſi condemnetur, an poterit dicere ſententiam nullam.*

DIlecto filio. Non ſufficit appellãti di
cere,qđ legitimam exce
ptionem oppoſuit,& appellauit, niſi pp eã nõ ad-
miſſam doceat ſe appellaſſe.h.d. Et prima pars ponit factum
coram auditore narratum.ſecunda committit cauſam.& præ
mittit quare ibi: qm̃ igitur. ¶ Primo no. quod iſte presbyter
litigabat cũ capitulo,& capitulum ſe opponebat contra eum
dicens,ꝙ eũ recipere nõ debebat, & quid ſi duo pariter con-
currant.dic vt in c. mandatũ.s̃.de reſcrip.per Io.An.poſt In-
1 noc.¶† Secundo no.ꝙ executor gratiæ apoſtolicæ debet legi
timas exceptiones admittere,aliàs licitè appellatur ab eo.de
quo dic, vt s̃.de re iud.c.de cetera. & in c. paſtoralis. de offi.
dele.in gl.magna.aduerte tñ,ꝙ ſuper beneficijs conceduntur
literæ dupliciter,vel executorię,vel monitorię.de quibus in c.
2 ex inſinuatione s̃.de reſcrip. ¶ Tertio no.in ver. ne aliter.† ꝙ
ad euitandũ ſententias cenſuræ,quas ſępè fulminant iſti exe-
cutores gratiarũ,requiritur appellatio, nec ſufficit exceptio-
num propoſitio.ad qđ vide no.in Spe.in tit.de except.§. viſo.
ver.qđ aũt nouitij.& ſe.& de app.l.qualiter. ver.itẽ qđ faciat.
3 ¶† Quarto no.ꝙ non valent literæ, ſi nõ faciunt mentionem
de numero canonicorum. de quo s̃.de reſcrip.c. conſtitutus.
facit eo.tit.c.ſi proponẽte.vbi alij caſus, in quibus literæ ſunt
4 nullæ. ¶† Quinto no.in ver.qm̃ igitur, qđ plura debent con-
currere,vt appellatio cenſeatur efficax. & enumerat hic Ho-
ſti.13, quæ requiruntur ad validandam appellationem, quo-
rum aliqua colligit hic ex tex. & remittit ad c.2.j̃.eo.lib.6.&
ſunt iſta cauſæ legitimæ expreſsio iudicis, à quo aditio ipſius
cauſæ proſecutio,ipſius repulſio, propter ipſius repulſionem
appellatio.Item quòd à præſenti grauamine,non à futuro.Itẽ
ꝙ in ſcriptis petantur apoſtoli. Item ꝙ infra 10. dies, & alia,
de quibus hic in nouella. ¶ Venio ad oppoſitiones. dicitur
hic,ꝙ capitulum oppoſitis exceptionibus,& ſubiũcto,quòd,
ne iſti executorę aliter facerẽt,appellauit:& infra Papa man
dat,quod debeat inquiri,an fuit propter dictam cauſam ap-
pellatum.Sed contra.videtur enim,quòd dicta appellatio fuit
inepta,quia à futuro grauamine, & q̃a non expectato reſpon
ſo iudicis appellauit:& ideo appellatio videtur nulla:cuius cõ
trarium ſentit tex.ſi probarentur,quę dicuntur in eo. Sol. Io.
An.fatetur,quòd capitulum ineptè appellauit,quia debuit re
ſponſum iudicis expectare,an admitteret, vel reijceret exce-
ptionem prædictam. admittendo enim habebat obtentum,
& repellendo poterat appellare.ſecũdum Inn.facit quod not.
Ioan. An. poſt ipſum s̃.de teſt. c. ſignificauerunt. in glo.no.
Si autem iudex non admittit,nec reijcit,ſed tacet,vel ad vltè-
riora procedit,quid tunc iuris ſit.no. hic Ioan. An. qui dicit,
quod ſi procedit ad vlteriora exceptione non admiſſa, nec re
pudiata poterit appellari.facit, quod ipſe not. j̃. eo. c. parte.
Si autem non procedit,ſed ſemper tacet, & ſemper eſt in deli
berando,vt ſic partem vexet laboribus, & expenſis, tunc di-
cit Hoſt.j̃.eo.c.interpoſita,primo reſponſo, ꝙ ſi iudex tertio
loco requiſitus humiliter expectato tpe congruo non reſpon
deat, poterit appellari,ar.in eo quod le.& no. de ſupplen.ne-
gli.præla.c.1.& de electio.cum in veteri.facit quod no. Ioan.
An.in cle.q̃uis.eo.ti.in gl.etiam fi.in fi.¶ Sed contra prædicta
opponitur de communi practica: per quam ſtatim non expe
ctato aliquo reſponſo appellat à proceſsibus iſtorum execu-
torũ. Ego aũt dixi ſupra proximo contrario, quod nõ tenet
talis appellatio, quare male. So.dicit Io.An.ꝙ hæc Decre.nõ
contradicit cõi obſeruantiæ.nam executores ſtatim fulminãt
ſententias, niſi infra certos dies pareatur eiſdem. Et ideo ne
per lapſum dierum cõtingat talem ligari, licitè appellatur,vt
s̃.eo.c.præterea.ſed in iſta Decre. non erat lata ſententia per
executores,quo caſu debent prius exceptiones opponi con-
tra præcepta executorũ,q̃ ab eis appellari,& facit ad materiã
quod no.Spè.in d.§.viſo.ver. quid aũt nouitij. de excep. & de
appel.§.qualiter.ver. Itẽ ꝙ facit,&c. ¶ Tertio opponitur: dr̃
hic, qđ Papæ conſtitit per cõfeſsionẽ partis,ꝙ erat in eccleſia
certus numerus canonicorũ iuramento firmatus: ex quo ſolo
tantum euidenter apparet,qđ dictæ literæ erant nullæ,vt s̃.de
reſcrip.c.cõſtitutus.ergo malè Papa hic mãdat de alio inqui-
ri,& præcipuè in cauſa beneficiali,in qua debet,& põt ſupple
re de facto.s̃.de elec.c.cũ nobis olim.Sol.Hoſt.fatetur cõtra-
riũ, & dicit,qđ hic vacat ar.à contrario ſenſu.Io.An. dicit, ꝙ

ex quo capitulum volebat ſe iuuare remedio appellationis,
neceſſe habuit iuſtificare appellationẽ. vnde quod potuit, no
luit, &c. eſt ſimile, quod no. Io. An. s̃. e. c. in eccleſia. ſup 1. glo.
vel poteſt dici, ꝙ quãdo appellat̃ ab interlocutoria, & nõ pro
batur cauſa deducta in appellatione, non debet iudex appel-
lationis ferre ſententiã in ſcauſa principali, licet cõſtet ſibi de
veritate dictæ cauſæ. ſecus ſi appellat̃ à diffinitiua. quia poteſt
iuſtificari ex omnibus cauſis. vt l. ſcio. ff. eo. ti. ¶ Venio ad quę
ſtiones. & quærit Inn. dicit̃ hic in tex. quod fuit appellatũ, po-
5 ne ergo † ꝙ in cauſa appellationis vult appellans ꝓſequi nul-
litatẽ ꝓceſſus, vel ſententiæ tantũ, vel vult ſimul proſequi in-
iuſtitiã, & habet locũ quæſtio cũ appellat̃ à diffinitiua. nã de
interlocutoria certũ eſt, quòd nõ poteſt iuſtificari, niſi ex cau
ſis deductis in ea. vt in Cle. appellãti. j̃. de appel. dicit ergo In
no. ꝙ appellãs à ſentẽtia diffinitiua ſecundũ quoſdam poteſt
proſequi omnem caſum, per quem dicat̃ ſentẽtia iniuſta, ſed
neutro caſu licet ꝓponere corã iudice appellationis, qđ ſen-
tentia ſit nulla rõne defectus iuriſdictionis cõteſtationis omiſ
ſæ, vel alia, nã licet de nulli tate poſsit prĩcipaliter agi iudicis
officium implorãdo, non tamen appellationem proſequẽdo.
& hoc eſt verũ ſecundùm ipſos, cũ appellatus non petit con-
firmationẽ ſentẽtię. nam ſi peteret, poſſet appellans oppone-
re de nullitate, & iniuſtitia qa. hoc caſu cenſet̃ reus, & ſic cõ-
trarijs exceptionibus vti põt. de reg. iur. nullus pluribus. li. 6.
